PASQUALE TOLA

CODICE DIPLOMATICO DELLA SARDEGNA

TOMO I

Parte seconda

PASQUALE TOLA

CODICE DIPLOMATICO DELLA SARDEGNA

CARLO DELFINO EDITORE

recipientibus pro omnibus, et singulis utriusque dictarum partium, quorum interest, et interesse potest, seu poterit, attendere, et observare bona fide, sine fraude, integre, et inviolabiliter, et contra non facere vel venire ullo unquam tempore aliqua ratione, ingenio, sive arte, directe, vel per obliquum.

Pro quibus complendis, et observandis stipulate sunt ad invicem dicte partes modis, et nominibus, quibus supra, penam si contra fieret, videlicet decem millium marcharum argenti per partem infringentem dandam parti observanti; qua pena soluta, vel non, nihilominus omnia, et singula supradicta remaneant in suo robore et virtute; quibus, vel aliquibus ex eis ex dicte pene appositione non intelligatur vel possit in aliquo derogari.

Et pro omnium predictorum observatione partes predicte obligaverunt sibi ad invicem, videlicet dicti Dominus Rex, et Dominus Infans se, et suos heredes, et successores, et bona ipsorum dictis Sindicis pro dicto Comuni Pisano recipientibus; et dicti Sindici se sindacatus nomine pro dicto Comuni, et ipsum Comune, et eius bona predictis Domino Regi, et Domino Infanti per se, et eorum successores, et heredes recipientibus; et relaxaverunt dicte partes omni iuri, rationi, et consuetudini, quibus predicta in aliquo fieri . . . . . .

Insuper ad maiorem cautelam, et firmitatem omnium predictorum, dicte partes, videlicet predicti Dominus Rex, et Dominus Infans, et predicti Sindici Comunis Pisani pro dicto Comuni iuraverunt ad sancta Dei Evangelia, predicto corporaliter iuramento coram nobis notariis et testibus infrascriptis, predicta omnia et singula attendere, et observare, et firma habere perpetuo ad bonum, et sanum intellectum, et bona fide sine fraude, et contra non facere, vel venire directo, vel per obliquum, per se vel alios, ullo unquam tempore, aliquo modo, vel iure. Et de predictis omnibus iussere partes iam dicte duo publica instrumenta similia de verbo ad verbum confici per suos notarios.

Actum instrumentum hoc in Palatio Regio civitatis Barchinonensis, septimo kalendas madii, anno Domini millesimo trecentesimo vigesimo sexto, secundum morem Barchinonensium; Dominice vero incarnationis anno millesimo trecentesimo vigesimo septimo, Indictione nona, secundum morem Civitatis Pisane. Testes huius rei, qui presentes fuere religiosus vir, frater Pontius abbas Montis Popaleorum, Nobilis Otho de Monte Cuteno. Armaldus Roggerii de Paylas, et venerabilis Bernardus de Follonario, et Berengarius de Sancto Miniate Milites. Bernardus de Marimundo, et Arnaldus Ductaii consiliarii hoc anno civitatis Barchinensis, et Guilliermus de Lateria civis eiusdem civitatis. Gerardus Bochini, et Henricus Accurti Florentini. Macchajone Iacobi. Franciscus Rodulfis, et Carolus filius quondam Iusti Alamanni Pisani

De predictis Iustus Bonanatus, et ego Bene fuimus rogati instrumentum conficere, et firmata fuere inde duo instrumenta consimilia; quorum unum supradictis Dominis, et aliud Comuni Pisano fuere exhibita.

Ex Arch. Reformat. Civit. Flor

XXXIII*

L'Infante Don Alfonso di Aragona raccomanda con sue lettere a Ugone III. GIUDICE *di Arborea il suo Consigliere Raimondo di Montepavone, che dovea trasferirsi a Sardegna per prendere il comando del castello di Cagliari affidato alla sua custodia, e quello della podesteria della città di Sassari, e del capitanato del regno di Logudoro, dappoichè la detta città ritornerebbe sotto l'obbedienza, ed alla fede regia.*

(1326, 27 maggio).

Dai Reg. Archiv. di Barcellona, Registr. SARDINIAE, ad ann. MCCCXXVI. fol. XXII.

Infans Alphonsus, Illustrissimi Domini Regis Aragonum, primogenitus, eiusque generalis procurator, ac comes Urgelli. Egregio viro Ugoni, vicecomiti de Basso, iudici Arboreae, gubernatori Sardorum Insulae Sardiniae, salutem, et dilectionis affectum. Cum Nos de fide legalitate, et industria dilecti consiliarii nostri Raymundi de Montepavone plene confisi commisserimus eidem Castrum Callari custodiendum pro Nobis ad consuetudinem Hispaniae, dum nostrae placuerit voluntati, commisserimusque, etiam eidem officia potestariae civitatis nostrae Saceri, et capitaniae regni Lugudorii, cum dicta civitas redierit ad fidei nostrae obsequium, et in super sibi plenam contullerimus potestatem, quod in portubus commitens, et de turribus fiant nostro nomine novae pupulae, et etiam pro istis, quam pro aliis, que de nostro mandato in dicta Insula habuerit expedire, necessarium habeat vestrum consilium, et favorem; ideo vos rogamus, quatenus honore nostris, et sicut negotia nostra obtatis feliciter expedire, praenominatum Raymundum de Montepavone recomendatum specialiter habeatis, sibique impendere vestrum consilium, et favorem velitis, quandocumque vestram adierit praesentiam pro praemissis, ex hoc etiam gratum nobis servitium facietis, et regratiabimur illud vobis. Dat. Barchinonae vj. calendas iunii, anno Domini MCCCXXVI.

C.ª Egidius Petri, mandato Domini Infantis facto per Guillermum Oul.

XXXIV.

Don Iacopo II re di Aragona, dopo la pace conchiusa colla repubblica Pisana, concede in feudo alcune ville, terre, e luoghi della Sardegna al conte Bonifazio figliuolo del conte Gherardo, e a Tommaso, Gaddo e Barnaba pupilli, e figliuoli del conte Ranieri di Donoratico.

(1326, 18 dicembre).

Da FLAM. DAL BORGO, Scelt. Dipl. Pis. pag. 259 a 265.

In Dei nomine Amen.

Pateat universis, quod Nos Iacobus Dei gratia Rex Aragonie, Valencie, Sardinie, et Corsice, ac Comes Barchinone, considerantes qualiter inclitus Infans Alfonsus, legitimus primogenitus, ac generalis Procurator noster, Comes Ur-

Et quod Comune predictum possit de dicto Castro Kallari extrahi, et deferri facere omnia sua bona mobilia, que ibi habet, libere, et expedite.

Et quod ipsi Dominus Rex, et Dominus Infans teneantur super navibus, aut cocchis, vel usceriis ammarinatis, vel etiam in galeis armatis, aut mixtim, si hoc potius de galeis armatis elegerint Amiratus Regius, qui est in Sardinea, et Sindici sive Ambaxiatores dicti Comunis illuc ituri, absque aliqua solutione facere deferri ad Portum Pisanum, Pisanos, et alios predictos, qui redire, vel ire Pisas voluerint cum eorum bonis predictis, et etiam predicta bona Comunis, et captivos relaxandos sanos, et salvos ab omnibus gentibus ipsorum Dominorum, et Valitorum suorum, et aliis quibuscumque, quantum in eis fuerit, ad sanum, et bonum intellectum, sumptibus ipsorum Dominorum.

Et quod burgenses et habitatores dicti Castri Kallari, et appenditiarum eius, et Villenove, Stampacis, et Hortorum predictorum, qui remanere et esse voluerint in dictis locis, possint in eis remanere et esse, et eorum bonis gaudere, et tractentur ibi benigne, rationabiliter, atque iuste.

Et quod possessiones, et bona immobilia tam Pisanorum, quam burgensium sive habitantium Castelli predicti, quam etiam aliorum, qui subessent, vel subesse consueverunt dicto Comuni Pisano, posita in dicto Castro, et in dictis villis Stampacis, Villenove, et Hortorum, et in Villa Ecclesie, et aliis locis et terris Sardinee, exceptis castris, villis, ac jurisdictionibus, dimittantur, et restituantur eis libere, et sint, et esse debeant eorum libera, et expedita, salvis iuribus pro quibus respondere consueverunt dicto Comuni, pro bonis ipsis, de quibus dictis Domino Regi, et Domino infanti respondeant, et successoribus illorum, et in quantum respondebant dicto Comuni, et eis possint gaudere, eaque tenere, et usufructare, et alienare sicut eis placuerit, absque aliqua contradictione, et sicut poterant antequam dictus Dominus Infans perveniret ad dictam Insulam.

Et idem intelligatur, et servetur de ecclesiasticis personis, et locis, et beneficiis ac bonis eorum, sine aliqua exceptione, castrorum, villarum, et iurisdictionum; salvo quod si Pisani, qui consueverunt habere castra, vel villas in dicta Insula, haberent aliqua predia vel possessiones, singulares personas in ipsis castris, vel villis, possint eis gaudere, atque retinere, et usufructare, sicut poterant ante aduentum dicti Domini Infantis in Insulam predictam, sub generali dominio tamen dictorum Domini Regis, et Domini Infantis et suorum.

Predicta vero de castris, villis, et iurisdictionibus non restituendis locum non habeant in villis, et terris concessis in feudum comitibus Rainerio, et Bonifacio de Donoratico a dicto Domino Infante, super quibus, ob gratiam dicti Comunis, dominus Rex, et dominus Infans intendunt de speciali gratia singulariter providere secundum quod inter dictos dominos, et dictos ambaxiatores noviter est tractatum.

Et quod Pisani et districtuales Comunis Pisani possint stare, et esse in dicta terra, castellis, et aliis terris, et locis dominii ipsius domini Regis dicte insule, et aliis. Et quod possint ibi contrahere, et mercari, illucque ire, ibique stare, et inde redire secure, et quod benigne, et favorabiliter tractentur ibidem. Et similiter subditi, et districtuales dictorum domini Regis, et domini Infantis, et valitorum suorum, possint stare, et esse in civitate, et districtu Pisarum, et valitorum suorum et ibi contrahere, et mercari, illucque ire, ibique stare, et inde redire secure, et quod benigne, et favorabiliter tractentur ibidem.

Adjecto quod si dictus dominus Rex, et dominus Infans predicti, vel eorum officiales haberent aliquem, vel aliquos ex predictis Pisanis vel Burgensibus castri Kallari predicti suspectum, vel suspectos, possint eum, vel eos removere a predicto castro, ita quod extra ipsum castrum possint stare, et esse in quibuscumque villis, vel locis Sardinee; quam remotionem facere possint, dato eis spatio competenti, infra quod possint vendere bona sua; in quo termino, si secundum dictum eorum ipsa bona vendere non valerent pretio competenti, teneantur dominus Rex, et dominus Infans et successores sui per se, vel eorum officiales, emere, sive emi facere illa bona, que haberent in dicto castro, et etiam extra castrum, si illa de extra castrum vendere voluerint, et inde eis dare, vel dari facere in pecunia pretium justum et conveniens ad justam extimationem fiendam ab extimatoribus a dictis partibus comuniter eligendis, et quod non possint inde extrahi quousque esset eis de dicto pretio satisfactum, et quod totum hoc bona fide et sine fraude procedat, et servetur, et servari debeat per dictos dominos, et officiales eorum.

Et quod liceat Pisanis et eorum districtualibus extrahere, et extrahi facere de regno Sardinee et Corsice, et eius terris et locis mercationes, et res quascumque, solvendo inde dirictum ordinatum, vel ordinandum, preter quam de fructibus, et aliis redditibus habendis per dictum Comune ex villis et terris infrascriptarum curatoriarum de Tragenta, et de Ghippi eis concessis in feudum. De quibus fructibus et redditibus dictum Comune nullum dirictum solvere teneatur; et quod aliter non fiat in eis prohibitio, nisi sicut, et quando generaliter fieret subditis dictorum dominorum.

Et quod predictum Comune Pisanum, et Pisani habere possint consulem et consules in terris et locis maritimis dicti regni Sardinee et Corsice, quem et quos dictum Comune egerit et voluerit, qui cognoscant de contractibus, et aliis contingentibus occasione mercationum et aliorum negotiorum inter Pisanos et alios districtus pisani navigantes, et appellantes sive adplicantes ad portus, et alia loca regni ejusdem, qui non facerent ibi domicilium non tamen de iis, que essent ex crimine punienda.

Et quod granum, et hordeum et alia grana castrorum et terrarum Iudicatus Gallurii, qui est in Comarcha versus Pisas, non possint extrahi de dicto Iudicatu per aliquos cujuscumque nationis sint, sive de dominio dicti domini Regis, vel districtu Pisano, vel aliunde, nisi deferenda ad civitatem Pisarum tantum per Pisanos, et quoscumque alios, prestita securitate per extrahentes sub competenti pena, quod ad civitatem Pisanam, et non ad alias partes deferantur. Que securitas vel pena a Pisanis non exigatur, vel imponatur eisdem.

Et insuper ex causa ejusdem tractationis dicti domini

Rex, et Infans concesserunt, et dederunt Sindicis supradictis recipientibus nomine jam dicti Comunis in feudum absque aliquo servitio, et censu dando vel solvendo aut faciendo, villas et terras sitas in curatoriis de Tragenta et de Ghippi, que sunt in Iudicatu Kallari, cum hominibus et feminis in ipsis villis et locis habitantibus, et habitaturis, et cum possessionibus, et terris cultis, et heremis in predictis curatoriis situatis, et cum jurisdictionibus, redditibus, proventibus, et pertinentiis earundem, et cum mero et mixto imperio, et omni jurisdictione alta et bassa, quam dominus Rex et dominus Infans, aut officiales dictorum domini Regis et D Infantis dabunt officialibus Comunis Pisani, ut ad eorum acquisitionem, omnem favorem per quem Comune Pisanum, et eius officiales jura sua integre habere possint ab hominibus dictarum villarum et terrarum; et officiales sui jura dicti Comunis possint consequi, et officia libere exercere.

Dictum vero Comune, vel aliquis, vel aliqui pro eo non possint ullo unquam tempore constituere castra, vel fortilitias aliquas in dictis curatoriis, vel parte ipsarum. Possint tamen dictum Comune, et ejus officiales in dictis curatoriis domos eminentes, et fortes facere, absque fossatis et steccatis et berteschis pro personis suis, et fructibus dicti Comunis, et in carcerandis criminosis, et aliis tutius conservandis, dummodo non fiant in montibus, sive roccis, nisi ipse ville jam essent in montibus sive roccis situate; quo casu possint fieri per modum supradictum.

Et promiserunt, et etiam promittunt ex nunc dicti dominus Rex et dominus Infans predictis pro dicto Comuni dare, vel dari facere cum effectu, illi, vel illis, ex dictis sindicis, qui ituri sunt ad partes Sardinee pro executione dicte pacis, pro dicto Comuni recipientis, vel alii, seu aliis, quem, seu quos ipse sindicis, vel sindici pro dicto Comuni elegerint, sive deputaverint in officiales in dictis villis, vel alii legitime persone pro dicto Comuni, possessores dictarum villarum quam citius commode fieri poterit, et ipsum officialem, et officiales, et alios, qui pro tempore ibi fuerint pro dicto comuni, et ipsum Comune, et eius successores in ipsis villis et terris, vel eorum possessionibus, ullo tempore, aliqua ratione vel causa non inquietare, vel molestare. Sed ipsas villas et terras ipsi Comuni, et ejus officialibus ad omnibus personis defendere et distrigare de jure et de facto.

Et absolvent, et ex nunc absolvunt homines dictarum villarum ab omni fidelitate et juramento, et aliis quibus tenerentur eisdem, vel aliis quibuscumque ab eis habentibus causam in iisdem; et mandabunt, et ex nunc mandant eis, quod deinceps obediant dicto domino Regi et domino Infanti, et officialibus suis perpetuo, tanquam dominis eorum, et eis homagium faciant, ac fidelitatis juramentum, ac respondeant de omnibus et singulis, de quibus olim dicto Comuni, et prout ea dictis dominis, vel aliis ab eis causam habentibus respondere consueverunt.

Ac intellecto in predictis, et ex causa dicte transactionis per stipulationem premissa, quod si Comune Pisanum maluerit florenorum quatuor millia de auro quolibet anno sibi dari et solvi perpetuo a suprascriptis dominis, et quolibet eorum, ut una solutio sufficiat, eorumque successores suprascripti domini, et eorum quilibet in solidum teneantur, et ex nunc promittunt sindicis supradictis pro dicto Comuni recipientibus dare et solvere, seu dari et solvi facere dicto Comuni, vel legitime persone pro ipso Comuni recipienti, singulo anno in perpetuum in Castello Castri, in festo Purificationis Beate Marie mensis februarii, cujuslibet anni, dictos quatuor millia florenos auri; qui floreni dicto Comuni, vel alii legitime persone eius nomine dentur et solvantur per manus administratorum generalium reddituum, et proventuum dicte insule Sardinee Pisarum, aut qui pro tempore fuerint, vel aliorum officialium dictorum dominorum.

Et prestetur sacramentum per administratores ipsos successive in ingressu sui officii, quod dictam florenorum quantitatem solvent dicto Comuni, vel alii eius nomine annis singulis termino supradicto; et etiam in defectu dictorum administratorum, et officialium, predicti dominus Rex et dominus Infans et eorum quilibet ad scriptam solutionem faciendam et complendam remaneant obligati ut superius est expressum. Ita tamen quod per dictam florenorum promissionem, vel solutionem ubi dictum Comune eligat recipere dictos florenos quatuor millia annuatim, Comune ipsum non sit neque intelligatur adstrictum ad aliquod vinculum fidelitatis, sed fiant pro virtute transactionis predicte. Quam voluntatem dictum Comune declarare possit hinc ad tres annos proxime venturos; et in hoc casu, quo Comune predictum acceptaverit velle predictam florenorum quantitatem, ut dictum est, dicte ville et terre cum juribus, et pertinentiis suis ad ipsos dominos libere revertantur, et sint eorum, ut erant ante concessionem predictam.

Item quod omnibus Pisanis, et eorum districtualibus fiat plenum, summarium, et expeditum ius de iis, que recipere haberent, vel petere possent a Sardis, et aliis quibuscumque.

Item quod damna, mulcte, condemnationes, et processus singuli facti, et facte, seu data Pisanis, seu burgensibus olim Ville Ecclesie, et aliis quibuscumque, qui tempore presentis pacis essent ad devotionem, et mandatum Pisani Comunis, sive contra eos, vel de eis, usque in diem facte pacis, a quocumque officiali dictorum Dominorum, vel alio eis subposito, sint, et esse intelligantur ex nunc ipso iure cassa, et irrita, et nullius valoris, e cassari, et annullari debeant virtute presentis pacis.

Item, ob reverentiam Beate Marie Virginis, concessere predicti Dominus Rex, et Dominus Infans, quod omnia iura, et possessiones, honores, et bona, quos, et quas, et que opera Sancte Marie Pisane Maioris Ecclesie habet in Castello Kallari predicto cum aliis terris, et locis Sardinee, sint et maneant ipsius opere, et ei libere, et cum effectu dimittantur, et restituantur, et eis possit gaudere eaque tenere, usufructuare, et alienare, sicut placuerit operario dicte opere, et sicut poterat, antequam Dominus Infans ad dictam insulam perveniret.

Predicta quidem omnia, et singula sicut melius, et plenius superius condita, conventa et promissa sunt predicti Dominus Rex, et Dominus Infans, et predicti Sindici Comunis Pisani, nominibus quibus supra, promiserunt sibi invicem solemniter, et nobis stipulantibus et

recipientibus pro omnibus, et singulis utriusque dictarum partium, quorum interest, et interesse potest, seu poterit, attendere, et observare bona fide, sine fraude, integre, et inviolabiliter, et contra non facere vel venire ullo unquam tempore aliqua ratione, ingenio, sive arte, directe, vel per obliquum.

Pro quibus complendis, et observandis stipulate sunt ad invicem dicte partes modis, et nominibus, quibus supra, penam si contra fieret, videlicet decem millium marcharum argenti per partem infringentem dandam parti observanti; qua pena soluta, vel non, nihilominus omnia, et singula supradicta remaneant in suo robore et virtute; quibus, vel aliquibus ex eis ex dicte pene appositione non intelligatur vel possit in aliquo derogari.

Et pro omnium predictorum observatione partes predicte obligaverunt sibi ad invicem, videlicet dicti Dominus Rex, et Dominus Infans se, et suos heredes, et successores, et bona ipsorum dictis Sindicis pro dicto Comuni Pisano recipientibus; et dicti Sindici se sindacatus nomine pro dicto Comuni, et ipsum Comune, et eius bona predictis Domino Regi, et Domino Infanti per se, et eorum successores, et heredes recipientibus; et relaxaverunt dicte partes omni iuri, rationi, et consuetudini, quibus predicta in aliquo fieri . . . . . .

Insuper ad maiorem cautelam, et firmitatem omnium predictorum, dicte partes, videlicet predicti Dominus Rex, et Dominus Infans, et predicti Sindici Comunis Pisani pro dicto Comuni iuraverunt ad sancta Dei Evangelia, prestito corporaliter iuramento coram nobis notariis et testibus infrascriptis, predicta omnia et singula attendere, et observare, et firma habere perpetuo ad bonum, et sanum intellectum, et bona fide sine fraude, et contra non facere, vel venire directo, vel per obliquum, per se vel alios, ullo unquam tempore, aliquo modo, vel iure. Et de predictis omnibus iussere partes iam dicte duo publica instrumenta similia de verbo ad verbum confici per suos notarios.

Actum instrumentum hoc in Palatio Regio civitatis Barchinonensis, septimo kalendas madii, anno Domini millesimo trecentesimo vigesimo sexto, secundum morem Barchinonensium; Dominice vero incarnationis anno millesimo trecentesimo vigesimo septimo, Indictione nona, secundum morem Civitatis Pisane. Testes huius rei, qui presentes fuere religiosus vir, frater Pontius abbas Montis Popaleorum. Nobilis Otho de Monte Cuteno. Armaldus Roggerii de Paylas, et venerabilis Bernardus de Follonario, et Berengarius de Sancto Miniate Milites. Bernardus de Marimundo, et Arnaldus Ductaii consiliarii hoc anno civitatis Barchinensis, et Guilliermus de Lateria civis eiusdem civitatis. Gerardus Bochini, et Henricus Accurti Florentini. Macchajone Iacobi. Franciscus Rodulfis, et Carolus filius quondam Iusti Alamanni Pisani

De predictis Iustus Bonanatus, et ego Bene fuimus rogati instrumentum conficere, et firmata fuere inde duo instrumenta consimilia; quorum unum supradictis Dominis, et aliud Comuni Pisano fuere exhibita.

Ex Arch. Reformat. Civit. Flor

XXXIII*

L'Infante Don Alfonso di Aragona raccomanda con sue lettere a Ugone III. GIUDICE *di Arborea il suo Consigliere Raimondo di Montepavone, che dovea trasferirsi a Sardegna per prendere il comando del castello di Cagliari affidato alla sua custodia, e quello della podesteria della città di Sassari, e del capitanato del regno di Logudoro, dappoichè la detta città ritornerebbe sotto l'obbedienza, ed alla fede regia.*

(1326, 27 maggio).

Dal Reg. Archiv. di Barcellona, Registr. SARDINIAE, ad ann. MCCCXXVI. fol. XVII.

Infans Alphonsus, Illustrissimi Domini Regis Aragonum, primogenitus, eiusque generalis procurator, ac comes Urgelli. Egregio viro Ugoni, vicecomiti de Basso, iudici Arboreae, gubernatori Sardorum Insulae Sardiniae, salutem, et dilectionis affectum. Cum Nos de fide legalitate, et industria dilecti consiliarii nostri Raymundi de Montepavone plene confisi commisserimus eidem Castrum Callari custodiendum pro Nobis ad consuetudinem Hispaniae, dum nostrae placuerit voluntati, commisserimusque, etiam eidem officia potestariae civitatis nostrae Saceri, et capitaniae regni Lugudorii, cum dicta civitas redierit ad fidei nostrae obsequium, et in super sibi plenam contullerimus potestatem, quod in portubus commitens, et de turribus fiant nostro nomine novae pupulae, et etiam pro istis, quam pro aliis, quę de nostro mandato in dicta Insula habuerit expedire, necessarium habeat vestrum consilium, et favorem; ideo vos rogamus, quatenus honore nostris, et sicut negotia nostra obtatis feliciter expedire, praenominatum Raymundum de Montepavone recomendatum specialiter habeatis, sibique impendere vestrum consilium, et favorem velitis, quandocumque vestram adierit praesentiam pro praemissis, ex hoc etiam gratum nobis servitium facietis, et regratiabimur illud vobis. Dat. Barchinonae vj. calendas iunii, anno Domini MCCCXXVI.

C.ª Egidius Petri, mandato Domini Infantis facto per Cuillermum Oul.

XXXIV.

Don Iacopo II re di Aragona, dopo la pace conchiusa colla repubblica Pisana, concede in feudo alcune ville, terre, e luoghi della Sardegna al conte Bonifazio, figliuolo del conte Gherardo, e a Tommaso, Gaddo e Barnaba pupilli, e figliuoli del conte Ranieri di Donoratico.

(1326, 18 dicembre).

Da FLAM. DAL BORGO, Scelt. Dipl. Pis. pag. 259 a 265.

In Dei nomine Amen.

Pateat universis, quod Nos Iacobus Dei gratia Rex Aragonie, Valencie, Sardinie, et Corsice, ac Comes Barchinone, considerantes qualiter inclitus Infans Alfonsus, legitimus primogenitus, ac generalis Procurator noster, Comes Ur-

zelli, dudum tempore pacis prius inite inter Nos et dictum Infantem ex parte una, et Comune civitatis Pisarum ex altera, ex potestate inde sibi per nos plenarie attributa, dedit in feudum perpetuum secundum morem Italie egregio viro Raynerio quondam, ac vobis nobili Bonifacio eius nepoti, nato quondam comitis Gerardi comitibus de Donoratico, ac successoribus ipsius, et vestri, castrum de Joyosa Guardia, situm in regno Kallari in curatoria de Sigerio, et omnes villas, loca, casalia, saltus, silvas, et nemora, que dictus quondam Raynerius, et vos dictus Bonifacius habebatis, et ad vos pertinebant ante adventum ipsius Infantis in insula Sardinie, quando dictum Comune Pisanum dominabatur ibidem; quam siquidem donationem vobi fecit sub censu mille florenorum auri de Florentia solvendorum in festo Nativitatis Domini, annis singulis, nobis, et successoribus nostris in domo salinarum nostrarum, que sunt prope Kallarum, et sub aliis conditionibus, et retentionibus, in carta donationis ipsius specialiter expressatis, ut in carta ipsa acta prope Castrum Kallari, in loco, ubi exercitus dicti Infantis esse consueverat, kalendis julii, anno domini millesimo trecentesimo vicesimo quarto, plenius continetur.

Qualiter etiam, instigante pacis emulo, inter Nos, et dictum Infantem, seu gentes nostras, predictumque Comune abjecto pacis federe, et reiterata discordia, aptis, et ad nostrum dominium reductis castro, villis, locis, casalibus, et aliis per dictum Infantem predicto quondam Raynerio, et vobis dicto Bonifacio, ut premittitur, concessis in feudum prefato Raynerio ab hac luce subtracto, in tractatu pacis inter Nos, et dictum Infantem, ac ambaxiatores dicti Comunis Pisarum rursus, ac subsequenter inite; cum carta nostra data Barchinone septimo kalendas madii, anno Domini millesimo trecentesimo vigesimo sexto ob favorem et gratiam dicti Comunis promisimus restituere, et ex tunc restituimus vobis dicto Bonifacio pro medietate, et Thome, Gaddo, ac Barnabe filiis dicti quondam comitis Rainerii pro alia medietate villas, et loca, ac terras in dicto privilegio donationis facte dicto quondam Rainerio, et vobis dicto Bonifacio per Infantem jam dictum contentas, sub modis et formis in ipso privilegio expressatis, exceptis castris de Joyosa Guardia, et Villa Massargia, ac Villa Gonesie, quas cum juribus redditibus, et terminis earumdem, ac pertinentiis universis nobis duximus retinendas; pro quarum compensatione obtulimus vobis dictis comitibus dare villas, et terras in Sardinia, valentes tantumdem, in redditibus, quantum valent castrum, et ville supra retente, vel, si magis vellitis, daremus vobis pro castro, et villis ipsis nobis retentis mille florenos auri in redditibus annis singulis, perpetuo, in festo Purificationis Beate Marie mensis februarii, quo casu deducentur de censu predicto mille florenorum pro rata terrarum supra retentarum; et quod de censu, qui remaneret, fieret excomputatio usque in concurrentem quantitatem dictorum mille florenorum, retentis tamen pro censu centum florenis auri, ut hec, et alia in dicto privilegio nostro plenius contineri noscuntur.

Idcirco cum nunc nostram presentiam adeuntes Bartholomeus Mussus jurisperitus, et Bonnomus notarius civitatis Pisane, procuratores, et nuncii speciales in solidum vestri Bonifacii supradicti, et plenum, ac speciale mandatum habentes ad omnia infrascripta, ut constat per instrumentum procuratorium nobis exhibitum, factumque per vos in presentia, consensu, et auctoritate Tinuccii de Rocca de Cappella Sancti Laurenti Kinsice curatoris vestri Bonifacii supradicti, dati vobis per Fremutium filium Lucterii, et Tegrinum filium Iohannis Tegrini publicos iudices ordinarios curie pupillorum Pisane civitatis, ut de dicta procuratione constat per instrumentum inde nobis exhibitum confectum auctoritate Villani filii quondam Venture Cornetani de Plumbino imperiali auctoritate notarii, anno millesimo trecentesimo vicesimo septimo secundum consuetudinem Pisanorum, indictione decima, ipsa die kalendarum novembris, auctoritate Iohannis quondam filii Gardi Iudicis de Camuliano imperiali auctoritate notarii, et tunc dicte curie pupillorum pro comuni Pisano scribe publici; Et de cura decreta dicto Tinuccio curatori vestro predicto constat per publicum instrumentum inde confectum anno et indictione predictis. et pridie kalendas novembris.

Comparuit etiam coram nobis Vannes filius quondam Marsupini de Vico, curator datus vobis dictis Thomasio, Gardo, et Barnabe per dictos Iudices ordinarios curie pupillorum civitatis Pisane, ac habens ad infrascripta plenum et speciale mandatum, ut constitit per instrumentum huiusmodi cure ab eo exhibitum, confectum die, indictione, et anno proximo suprascriptis, auctoritate Iohannis Ricchi de Palaria civis Pisani imperiali auctoritate Iudicis ordinarii, notarii, et scribe dicte curie pupillorum pro comuni Pisano, nobis humiliter supplicarunt, ut iuxta promissionem et concessionem nostram predictam, vobis jamdictis comitibus de villis et terris predictis per dictum Infantem vobis dicto Bonifacio, dictoque quondam Comiti Raynerio dudum donatis, atque concessis, exceptis supra retentis, pro quibus eligebant pro parte vestra recipere mille florenos auri supra redditibus et exitibus nostris Sardinie, in festo Purificationis predicto, donationem et concessionem facere dignaremur.

Nos igitur attendentes devotionem sinceram, et affectionis pure constantiam, quas predecessores vestri ad inclitam domum nostram, nostrosque progenitores, et nos antiquitus habuerunt, quasque vos dicti Comites ad nos, et dictum Infantem gerere in vestre iuventutis initiis expressistis. Ideoque sperantes, et consecutione probabili subponentes, quod eo in vobis erga nos et successores nostros, in etate provectiori, accresceet affectus solidior, fidelitasque sincerior, quo a Regie munificentie largitate potioribus beneficiis vos senseritis secundatos.

Ea propter cum presenti carta nostra perpetuo valitura, in favorem et gratiam dicti comunis, et vestrorum, gratis et ex certa scientia damus, restituimus, atque concedimus in feudum perpetuum secundum morem Italie, vobis dicto Bonifacio pro medietate, et vobis Thome, Gerardo, ac Barnabe comitibus de Donoratico pro alia medietate et heredibus, ac successoribus vestris, et cuicumque vestrum, et vobis dictis Bartholomeo, atque Bonnomini procuratoribus, atque nunciis vestri Bonifacii supradicti, ac Vanni filio Marsupini curatori vestri Thome, Gerardi, ac Barnabe predictorum, recipientibus et paciscentibus nomine vestro, et cuiuslibet vestrum, omnes villas, loca, atque casalia, saltus, silvas, nemora, et omnia alia, et singula

preter supra retenta, que dictus quondam comes Raynerius, et vos dictus Bonifatius habebatis, et possidebatis ante adventum dicti Infantis in insula Sardinie supradicta, quando Comune Pisarum dominabatur ibidem, cum hominibus, feminis, servis, et ancillis in dictis villis, locis, atque casalibus habitantibus, atque habitaturis, et cum redditibus, proventibus, exitibus, terris, juribus, et jurisdictionibus ad vos, et ad dictum quondam comitem Raynerium pertinentibus, et que habere consuevistis in eis, ante adventum dicti Infantis in insula memorata. Retentis nobis specialiter et expresse jure Argentariarum nostrarum, que olim comune Pisanum tenebat et possidebat, et in quibus dictum Comune jurisdictionem exercebat, et officiales statuere consueverat, et omnibus aliis juribus ex Argentariis nostris predictis provenientibus, de quibus vos dictus Bonifacius, et dictus quondam comes Raynerius partem certam percipiebatis ex eis, et jure inde provenienti; quae quidem omnia nobis, et nostris successoribus, absque participatione aliqua, simul et in solidum retinemus.

Salvamus etiam, et retinemus nobis, et nostris perpetuo castrum de Joyosa Guardia, Villam Massargiam, ac Villam Conesie cum hominibus et feminis, juribus, jurisdictionibus, redditibus, proventibus, terminis earumdem, ac pertinentiis universis, que in dicta donatione et concessione excipimus, et excludimus specialiter, et expresse.

Sane quia propter retentionem castri, et locorum hujusmodi debet extenuari pro rata census mille florenorum, quos tenebamini nobis annuatim prestare pro castro de Joyosa Guardia, ac aliis locis omnibus, villis, et terris, que dictus Infans vobis dicto Bonifacio, et dicto quondam comiti Raynerio in prima concessione in feudum concesserat, ut est dictum, et debet fieri hinc inde deductio pro aliis supra contentis, prout inferius liquide continetur. Idcirco cum per computa, et libros rationum terrarum omnium predictarum nunc coram nostro, et Infantis predicti rationalibus edita constet, quod de censu mille florenorum predicto debent deduci pro dictis castro, et villis a nobis retentis ducenti sexaginta floreni pro rata redditum et jurium eorumdem, quibus deductis de dictis mille florenis censualibus, restant ad dandum, et solvendum per vos curie nostre de dicto censu septingenti quadraginta floreni auri. Ideo de hujusmodi quantitate restanti iuxta promissa per nos in privilegio supradicto, et propter excomputationem inferius faciendam centum florenos auri tantum pro omnibus villis, locis, et terris vobis supra in feudum concessis preter supra retenta, et ratione census eorum annuatim ducimus retinendos, ita quod vos dicti comites pro censu, et recognitione predictorum vobis nunc in feudum, ut predicitur, concessorum, detis, et teneamini dare perpetuo nobis, et successoribus nostris de totali quantitate census predicti in festo Nativitatis Domini proximo nunc venturo, et deinde annis singulis ipso festo, dumtaxat centum florenos auri de Florentia auri fini et recti ponderis; quam siquidem solutionem faciatis in domo saimarum nostrarum, que sunt prope Kallarum, aministratori, vel aministratoribus redditum nostrorum Sardinie aut illi, vel illis, quibus voluimus, et mandavimus loco nostri.

Verum cum nos pro Castro, et locis precitatis, que nobis retinuimus, ut prefertur, promiserimus dare vobis dictis comitibus, vosque elegeritis a nobis recipere mille florenos auri annis singulis dicto festo Purificationis Beate Marie mensis februarii in perpetuum; et de ipsis mille florenis, deductis, et defalcatis sexcentis quadraginta florenis ex dictis septingentis quadraginta florenis, de quibus centum florenos pro censu retinuimus, et defalcavimus, ut est dictum; restent ad dandum vobis trecenti sexaginta floreni auri; propterea presentium tenore damus, et concedimus, et solempni stipulatione dare promittimus vobis dicto Bonifacio pro medietate, et vobis Thome, Gerardo, et Barnabe pro alia medietate, et curatori, ac Procuratoribus vestris prescriptis recipientibus pro vobis, et nomine vestro pro premissis supra a nobis retentis, trecentos sexaginta florenos auri de Florentia auri fini, et recti ponderis, factis deductionibus supradictis, habendos, et percipiendos perpetuo annis singulis in dicto festo Purificationis Beate Marie mensis februarii, super redditibus, et exitibus nostris regni Sardinie supradictis. Mandantes per presentes universis, et singulis aministratoribus, et collectoribus dictorum redditum, et exituum, ut vobis, et vestris successoribus perpetuo annis singulis dent, solvant et tribuant dictos trecentos sexaginta florenos in termino supradicto.

Retinemus etiam nobis, et nostris perpetuo omnia, et singula iura alia competentia Dominis pro feudis iuxta morem Italie, vobis etiam ex uberiori gratia concedentes, quod fructus colligendos per vos ex redditibus dictarum terrarum supra per nos vobis concessarum in feudum, possitis per vos, vel quos volueritis extrahere de Sardinia, absque solutione alicuius diricti ordinati, vel ordinandi per hoc tam habitantes, vel habitaturi in villis, et Terris predictis nullam immunitatem habeant a dicto diricto, si extrahere voluerint de dicto regno, vel insula fructus, vel alias merces suas; et ut pro censu preterito nulla inquietatio vobis fieri valeat in futurum, nos ob gratiam dicti comunis quicquid, et quantum solvere teneremini pro censu preteriti temporis vobis remittimus, vosque prorsus ab illo tenore presentis carte nostre liberamus.

Ad hec nos Bartholomeus Mussus iurisperitus, et Bonnomineus notarius civitatis Pisane procuratores, et nuncii simul, et in solidum iamdicti Bonifacii; et ego Vannes curator Thome, Gerardi, et Barnabe comitum de Donoratico predictorum, acceptantes, nominibus quibus supra, cum gratiarum actione a vobis Excellentissimo, et magnifico Principe et Domino, Domino Iacobo Dei gratia Rege Aragonie supradicto concessionem, restitutionem, et promissionem, donationem, et gratiam supradictam sub formis, conditionibus, et retentionibus superius expressatis, promittimus per firmam stipulationem nominibus, quibus supra, vobis dicto domino Regi recipienti nomine vestro, et successorum vestrorum, interveniente stipulatione solemni, et notario infrascripto stipulanti pro vobis, et successoribus vestris perpetuo, quod dicti Bonifacius, Thomas, Gerardus, et Barnabas comites supradicti, et eorum successores in perpetuum erunt fideles, et legales pro feudo predicto vobis dicto domino Regi, et dicto inclito domino Infanti Alfonso, et successoribus vestris, sicut veri et legales, ac legitimi vassalli esse debent domino suo, pro feudo, ac censum predictum centum flo-

renorum auri de Florentia auri fini, et recti ac justi ponderis, solvent vobis, vel aministratori, seu aministratoribus reddituum vestrorum regni Sardinie, aut cui volueritis, et mandaveritis loco vestri, annis singulis, perpetuo, loco et termino prelibatis; Et quod facient vobis pro dicto feudo omnia et singula ad que vassalli tenentur secundum morem Italie, pro quibus omnibus complendis et attendendis per comites supradictos, et successores suos perpetuo facimus eorum nomine vobis dicto domino Regi recipienti nomine vestro, et successorum vestrorum homagium ore et manibus comendarum, et fidelitatis etiam juramentum, dicendo « Ad Sancta Dei Evangelia manibus » nostris corporaliter tacta, nos Bartholomeus Mussus ju» risperitus et Bonnomines notarius civitatis Pisane con» stituti ad hec procuratores simul, et in solidum per » nobilem virum Bonifacium comitem supradictum, et ego » Vannes filius quondam Marsupini de Vico curator bo» norum, et personarum Thome, Gerardi, et Barnabe » comitum jamdictorum vobis domino Regi predicto re» cipienti nomine vestro, et successorum vestrorum, quod » ab hac hora in antea dicti comites fideles, et obedientes » erunt vobis dicto domino Regi, ac dicto domino In» fanti, vestrisque successoribus: Non erunt in consilio, » ac consensu, vel facto, ut vitam perdatis, aut mem» brum, aut mala capiamini captione, consilium, quod » eis crediti eritis per vos, aut nuncios vestros, aut li» teras ad dampnum vestri, ipsis scientibus, nemini pan» dent. Et si scient fieri, vel procurari, sive tractari » aliquid, quod sit in vestri dampnum, illud pro posse » impedient, et si impedire non possent, illud vobis » significare curabunt; Et ut jura vestra in dicto regno » sint salva adjutores erunt in regno Sardinie contra » omnem hominem, formam, et tenorem concessionis feudi » predicti plenarie adimplebunt, et inviolabiliter obser» vabunt nec ullo unquam tempore venient contra ea ».

Et nichilominus nos Bartholomeus, Bonnomines, et Vannes predicti, nominibus quibus supra, promittimus per firmam stipulationem vobis dicto domino Regi nominibus antedictis, et notario infrascripto recipienti, et stipulanti nomine illorum, quorum interest, vel intererit, aut interesse potest, aut poterit in futurum, quod comites supradicti, et quisque eorum cum ad etatem perfectam pervenerint, ratificabunt et approbabunt personaliter, nisi essent impedimento legittimo impediti, et tunc eo casu per procuratores legittimos omnia et singula supradicta, et etiam renovabunt in manu, et posse vestri dicti Domini Regis, vel dicti Domini Infantis, aut successorum vestrorum, seu illorum, quos ad hec duxeritis deputandos, ac vassallagium, et homagium legitimum, et fidelitatis juramentum sub forma premissa facient, ut est dictum pro premissis omnibus, et singulis inviolabiliter adimplendis; quam renovationem homagii et juramenti fidelitatis, ac aliorum etiam premissorum vobis dicto Domino Regi, ac successoribus vestris sub forma et condictione predictis faciant, et facere teneantur successores comitum predictorum personaliter, si in regno Sardinie vos, vel successores vestri fueritis; Et si in aliis regnis, vel terris fueritis, per procuratores legitimos, ut est dictum.

Unde Nos Iacobus Rex predictus, vos predictos Bartholomeum et Bonnominem, nomine procuratorio nobilis Bonifacii supradicti, et vos Vannem curatorem Thome, Gerardi, et Barnabe comitum de Donnoratico predictorum, et nomine eorumdem, et heredum, ac successorum suorum, per traditionem ensis nostri de dicto feudo, videlicet comitem Bonifacium pro medietate, et dictos Thomam, Gerardum, ac Barnabam pro alia medietate personaliter, et solempniter investimus; mandantes cum presenti carta nostra gubernatoribus, capitaneis, aministratoribus, et aliis universis et singulis officialibus nostris, et Infantis predicti quocumque nomine censeantur presentibus, et qui pro tempore fuerint in regno predicto, quod predictam donationem, promissionem, concessionem, et restitutionem nostram firmam habeant, et observent, et dictos comites, vel eorum procuratores, aut officiales permittant tenere, et possidere perpetuo pacifice, et quiete premissa omnia et singula per nos eis concessa, et contra presentis donationis seriem vos, vel illos non gravent, molestent, aut aliquatenus inquietent.

In quorum testimonium dictus Dominus Rex mandavit inde fieri presens privilegium sua bulla plumbea communitum. Datum Barchinone quintodecimo kalendas ianuarii, anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo sexto = subscriptum.

Signum † Iacobi Dei gratia Regis Aragonie, Valencie, Sardinie, et Corsice, ac Comitis Barchinonis.

Si†gnum Bartholomei Mussi.

Si†gnum Bonnominis notarii procuratoris Bonifacii supradicti.

Si†gnum Vannis de Marsuppino curatoris Thome, Gerardi, et Barnabe predictorum, qui nominibus prelibatis premissa, et singula approbamus, laudamus, concedimus, et firmamus, et predicta fidelitatis iuramenta, et homagia prestamus.

Testes sunt, qui predictis omnibus et singulis presentes fuerunt, Guillelmus de Iaffero vicecancellarius, Bernardus de Anisone notarius, Petrus Marci thesaurarius, Anibaldus Megergii camerarius, et Franciscus de Bastida scriptor dicti Domini Regis.

Si†gnum Dominici de Biscarra scriptoris dicti Domini Regis, ac eius auctoritate notarii publici per totam terram et dominationem eiusdem, qui de ipsius mandato hec scribi fecit cum literis rasis et emendatis in XXI. linea, ubi legitur *et possidebatis*; et clausit loco, die, et anno prefixis.

Ex Arch. Pie Domus Misericord Civit. Pis. -

XXXV*.

Diploma dell'Infante Don Alfonso di Aragona, col quale si fa espresso divieto al Podestà *di Sassari di chiedere o ricevere dal Comune alcun dono, o provigione, oltre lo stipendio assegnatogli.*

(1326, 26 dicembre).

Dagli Archivi ant. della Città di Sassari.

Nos Infans Alfonsus Illustrissimi Domini Regis Aragonum primogenitus eiusque generalis procurator ac comes

bella et dricto novo recolligendo et habendo, et solvere debentes ad solutionem compellere summarie et sine strepitu et figura judicii et juxta formam aliarum cabellarum et drictuum communis Ianue. Et quod officiales pisani communis deputati super dicta cabella recolligenda possint et debeant ad peticionem dicte persone legitime dictorum dannificatorum Ianuensium compellere ad sacramentum prestandum quoscunque mercatores, mercantias vel res alias in civitatem pisanam inmitentes, ad manifestandum, si inmiterent aliquid de bonis vel mercibus alicuius Ianuensis, pro quibus seu de quibus cabella solvi deberet. Et inde facere possint et debeant dicti officiales communis Ianue in ipsa civitate pisana, in mercatoribus et de mercatoribus mercantias in dictam civitatem mittentibus ad peticionem persone legitime dannificatorum pisanorum. Et quod dicta persona que erit in civitate Pisarum, pro dictis dannificatis Ianuensibus possit et debeat percipere et videre raciones pro rata contingentes predictorum trium denariorum de supradictis octo denariis, et partem in dictis dannificatis contingentem petere recipere et habere.

Que omnia et singula supradicta, dicti sijndici dictis nominibus promiserunt et convenerunt sibi ad invicem et inter se ac etiam iuraverunt in animas eorum quorum sunt sijndici ad sancta dei evangelia tangendo corporaliter scripturas, attendere complere et observare et attendi compleri et observari facere et curare et non in aliquo contrafacere vel venire, et quod dicta communia, omnia et singula attendent complebunt et observabunt et attendi compleri et observari facient et curabunt. Et non in aliquo contrafacient vel venient sub pena marcharum quinquaginta milium boni argenti solenniter stipulata et promissa. In quam penam incidat pars non observans parti observanti. Et que pena cum effectu peti et exigi possit per partem observantem a parte non observante quociens fuerit contrafactum vel ut supra non observatum. Ratis manentibus omnibus et singulis supradictis. Et pro predictis omnibus et singulis attendendis et firmiter observandis ut supra, et pro dicta pena obligaverunt dicti syndici dictis nominibus sibi ad invicem et inter se, omnia bona ipsorum communium habita et habenda. Et renunciauerunt omni iuri auxilio exceptioni et deffentioni ipsis communibus contra predictam competentibus et competituris.

Actum in civitate Pisana in domo Pisani communis quam inhabitant antiani populi pisani, presentibus domino Frederico domini Bona Iuncte de civitate Castelli milite et legum doctore potestate communis pisani, domino Angiolletto de Rechanate capitaneo pisani populi, domino Gerardo Buzacharino de Sismondis, domino Francischo da Comte, et domino Raijnerio de Guallandis militibus, domino Iohanne Benigni, domino Raijnerio Damiani, et domino Raijnerio Timpanelli juris peritis, Andrea Gambacorta, Cellino de Colle, Nerio de Sancto Cassiano mercatoribus civibus pisanis. Et Iohannino Vassalli subscriba cancellarie domini Ducis Ianue, et aliis pluribus testibus ad hec rogatis. Dominice nativitatis anno millesimo trecentesimo quadragesimo primo indicione octava secundum cursum Ianue die vigesima quarta iunii in vesperis. Et anno dominice incarnationis millesimo trecentesimo quadragesimo secundo, indictione nona secundum cursum Pisanorum octavo kalendas julii.

(1) In treugua facta inter communia Ianue et Pisarum que est in registro I. III. libro ad cartam CLXXXV. continetur inter alia sic.

Item dicti sindici dicti communis Pisarum nomine et pro parte dicti communis Pisarum promictunt et se obligant solempniter predicto sindico communis Ianue nomine et pro parte dicti communis Ianue et Pisarum solempni habito inter dictos sindicos dictis nominibus facere et curare dicto nomine et quod commune Pisarum curabit et faciet quod rebelles et forestati communis Ianue vel aliqui qui facerent vel facere vellent offensiones aliquas communi Ianue vel hominibus seu terris ipsius communis Ianue non habitabunt nec receptabuntur in civitate Pisarum seu districtu pisano, nec in aliqua terra seu loco que seu qui distringatur per commune Pisarum ubicunque sit neç ex dictis locis communis Pisarum vel aliquo eorum predicti rebelles vel forestati seu qui offenderent vel offendere vellent dictum commune Ianue vel homines ipsius communis habebunt nec recuperabunt aliquod . . . . *(corroso)* nec aliqua alia sibi . . . *(corroso)*.

Prorogatio prime Tréugue	in	Capitulo primo.
Cassatio capitulorum prime Treugue que complecta dicuntur	in	II.
De liga et unione ad duos annos .	in	III.
Remissio dannorum utriusque partis	in	IIII.
Cassatio processuum et bannorum .	in	V.
Cassatio laudum et represaliarum .	in	VI.
Reservatio rebellium utriusque communis – quomodo tractari debent . . .	in	id.
De eis et eorum conditionibus . . .	in	id.
De dictis versa vice pro Pisanis . .	in	VII.
De debitis privatarum personarum non remissis sed reservatis	in	VIII.
De assignatione facta Ianuensibus dannificatis et similiter Pisanis dannificatis certo modo ordinata ad collegendum	in	VIIII.
Versa vice pro Pisanis	in	X.

Senza sigillo.

(1) Questa nota, e la giunta, e l'indice, che sieguono appresso, sono posteriori di data all' atto del 24 giugno 1341 (1342 stil. pis.) che precede.

LIV.

Francesco di S. Clemente Vicario *del castello di Cagliari per il re di Aragona ordina a Ricucco Ricucchi* Vicario *generale dei conti della Gherardesca di render conto ai medesimi del governo da lui avuto, e che aveva anche allora, delle possessioni di detti conti in Sardegna.*

(1348, 15 marzo).

Dal Maccioni, Difes. del domin. dei Conti di Donoratico, Tom. II. pag. 114.

Franciscus de Sancto Clemente Vicarius Castri Callari pro illustrissimo domino Rege Aragonum, nec non Lo-

cumtenens gubernatoris in regno Callaritano, ipso gubernatore absente in dicto regno, venerabili Richucho de Ricucchis vicario generali nobilium comitum de Donoratico in regno Sardiniae salutem, et dilectionem. Nobilis Bernabo de Donoratico comes (1) nobis per quamdam suam cedulam intimavit, quod vos per tempora longa rexistis, et etiam gubernastis huc usque villas, et loca sua, percipiendo, pariter, et habendo omnia iura, proventus, et redditus eorumdem ratione vestri vicariatus, officii supradicti, de quibus nullam rationem, seu compotum reddidistis, et quod deterius est, sibi reddere recusatis, pluries exinde cum instantia requisiti, in ipsius praejudicium, atque damnum. Propter quod nos actente rogavit, ut sibi super hoc oportuno iuris remedio providere ex debito nostri officii deberemus. Cuius rogaminibus annuentes, quin etiam advertentes ipsum comitem iustum petere, et honestum, vobis ex parte dicti domini regis, et auctoritate officiorum quibus fungimur in hac parte, dicimus, et expresse mandamus sub pena librarum mille alfonsinorum minutorum, in quam vos incurrere volumus ipso facto, nisi feceritis, quod iubemus, quatenus eidem comiti de proventibus, et iuribus universis per vos habitis, et perceptis ratione praemissa, ac de omnibus, et singulis per vos gestis, et administratis reddatis fidele compotum, et legale, sibique restituatis, prout tenemini, reliqua rationum integraliter sine fraude, omni occasione remota, et causa aliqua non obstante, cum unusquisque rationem villicationis suae reddere teneatur, scientes quod si hoc facere nolueritis, quod non credimus, taliter contra vos, et bona vestra ultra dictam poenam, mediante justitia procedemus, quod dictus comes erit digna satisfatione contentus, quem nolumus suis juribus defraudari. Presentem autem litteram nostram fieri mandavimus per Petrum Corp. notarium pubblicum, ac regentem scribaniam dicti nostri Vicariatus officii, de cujus praesentatione portatori ipsius nostro iurato nuncio in hac parte dabimus plenam fidem. Datum in Castro Callari die sabbati intitulata idus martii anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo octavo.

Ego Marcus de Vita auctoritate Illustrissimi domini regis Aragonum notarius publicus per totius Sardiniae, et Corsicae regnum, nec non regens scribaniam Vicariatus officii supradicti presentem literam loco, et vice dicti Petri Corp. notarii post mandatum dicti domini Vicarii propria manu scripsi, prout in Actis Curiae originaliter reperitur, in cuius testimonium me subscribo etc.

(1) Il conte Bernabò di Donoratico era signore *pro indiviso* col suo fratello conte Gherardo della *sesta parte* dell'antico regno cagliaritano, come si rileva dal suo testamento, fatto in *Villa Grampatis ..... Castri Callari pridie kalendas februarii anni Domini* 1350, nel quale s'intitola *Bernabos Comes de Donoratico, Dominus sextae partis regni Callaritani, una et pro indiviso, cum nobili et potenti viro Domino Comite Gherardo fratre nostro legitimo.* Il testamento fu ricevuto *in presentia Guglielmi Serra Notarii pubblici;* e nel medesimo è instituito erede universale il detto conte Gherardo. Ambi fratelli erano figli del conte Ranieri, e costui del conte Bonifazio *novello* di Donoratico, quello stesso, cui nel 1326 D. Giacopo II. re di Aragona concedette in feudo alcune terre, ville, e luoghi di Sardegna (Ved. sopr. Dipl. N.° XXXIV. pag. 681). E questo conte Bonifazio *novello*, avo del conte Bernabò menzionato nella presente *Carta*, nel suo testamento del 19 luglio 1338 (stil. pis. corrisp. al 1337), legò *libras quadringentas denariorum pisanorum minutorum* ai poveri, e alle povere zitelle, che si trovassero al tempo di sua morte *in terris nostris de Kallari ..... in Villa de Conese*, et *Villa Massargia*, ed altre lire cinque della stessa moneta *fratribus minoribus s. Francisci loci de Sardinea.* (Ved. Maccioni, *Difes. del Domin. dei Conti di Donorat.* Tom. II. pag. 84. 85. 86. 90. 115-16-17, ed altri).

LV*.

Il re di Aragona D. Pietro IV. revoca tutte le lettere di marca, pignorazioni, e rappresaglie concedute da lui, o dai suoi predecessori, ai propri sudditi contro i mercatanti pisani, e proibisce, che sulle loro mercanzie provenienti dalle loro terre, e dai loro porti, si riscuota dritto o gabella di sorta, a forma del trattato di pace conchiuso, e vegliante tra esso Re, e il Comune di Pisa.

(1349, 22 gennaio).

Dall'I. R. Archivio delle Riformagioni di Firenze, Classe XI. Atti pubblici, Distinzione 3.ª, Vol. 93. Docum. N.° 27. (2).

Nos Petrus Dei gratia Rex Aragone, Valentie, Maiorice, Sardinie et Corsice comesque Barchin. Rossillionis et Ceritanie. Attendentes ante nostre magestatis presentiam comparuisse nobilem Iohannem de *Heresis* (3) decretorum professorem consiliarium nostrum dilectum, et Franciscum Merolla cives et ambaxiatores, ad nos destinatos, per Commune pisarum, asserentes quod tum mercatores et negotiatores communis predicti dubitarent intrare civitates et loca nostra causa mercantili, et negotiationis, pretextu aliquarum marcharum, que per nos et predecessores nostros concesse dicebantur subditis nostris, contra Commune Pisarum et singulares ac districtuales eiusdem, dictumque Commune paratum existeret subditis nostris condignam satisfactionem facere si repertum esset, eis de iustitia teneri in aliquo. Propterea duxerunt nobis humiliter supplicandum, ut omnes illos si qui erant ex subditis nostris, qui vellent conqueri de communi predicto, et de fatica (*sic*) iuris in eo reperta evocari facere dignaremur coram nobis ad ostendendum illud, cum ipsi parati existerent eis facere dignam satisfactionem, et de sua innocentia se purgare. Et quod pro conservandis confederationibus, ac pactionibus federis, et aliis conventionibus inter illustres Reges Aragone, et dictum Commune ad utriusque subditorum utilitates factis et initis, talis ordo fieret, et in futurum modus debitus sumeretur, per quem predicta inviolabiliter observentur, et predicti subditi sub dicte pacis amenitate hinc inde tute et secure valeant negotiari, et terris utrinque utilitates et commoda procurare. Quorum audita supplicatione licet per civitates Valentie et Barchin. citationes fieri fecerimus nostris subditis antedictis; quod tertia die coram nobis comparerent ad ostendendum rationes si quas habebant, que predictis possent vel deberent in aliquo obsistere, nullus tamen in termino, neque post, de gratia spectati, comparuit seu se ad predictam opposuerit, qui causas vel rationes iustas ostenderet, propter quas ad subscripta debite procedere nequiremus. Ideo nos videntes bonam affectionem et voluntatem, quam dictum Commune ad

(2) Trasmesso nel 1838 dal Professore Capei alla Regia Deputazione Sarda sopra gli studi di Storia Patria.

(3) *Heresis*. Lezione errata. Deve dire *Heritiis*, o *Hericiis*, come si ricava da molti diplomi del 1353, che riportiamo più sotto.

RE.I.SAR

Repertorio informatizzato delle fonti documentarie e letterarie della Sardegna

Il progetto | Chi siamo | Codex diplomaticus Sardiniae | Testi e documenti | Contatti

Codex diplomaticus Sardiniae

Il *Codex Diplomaticus Sardiniae* venne pubblicato, a cura di Pasquale Tola, negli anni 1861 (Tomo I, Parti I-II) e 1868 (Tomo II), all'interno del ben più vasto repertorio dei *Monumenta Historiae Patriae* di cui rappresentano i volumi X e XII. Si tratta del più vasto repertorio di fonti medievali relativo alla Sardegna, articolato sostanzialmente in tre sezioni: la Parte Prima del Tomo I riguarda i documenti dall'XI al XIII secolo; la Parte Seconda del Tomo I riguarda il solo XIV secolo; il Tomo II riguarda i secoli XV-XVI.

Nonostante sia passato ormai più di un secolo dalla sua compilazione, Il *Codex* è ancora il punto di riferimento ineludibile della ricerca storica e filologica sulle fonti della Sardegna, ma la sua disponibilità in rete ha limiti di gestione e di utilizzo.

Si è dunque ritenuto opportuno digitalizzare i documenti e i regesti, mantenendo la distinzione per secoli, in modo da avviare un progetto inevitabilmente in progress, di revisione delle edizioni a partire da quella ottocentesca del Tola. Contemporaneamente si è arricchito il repertorio delle fonti medievali, con edizioni recenti e più avanzate di documenti compresi nel Codex e con altri di testi invece estranei alla compilazione del Tola.

Testi

Secolo XI

Secolo XII

Secolo XIII

Secolo XIV

Secolo XV

Secolo XVI

Secolo XVII

HISTORIAE PATRIAE

MONVMENTA

REGIS CAROLI ALBERTI

https://www.reisar.eu/codex-diplomaticus-sardiniae/

Secolo XIV

I

Il Pontefice Bonifazio VIII scrive al Podestà e Comune di Pisa, affinché prestino aiuto e favore a D. Giacopo re di Aragona nell'impresa, o spedizione armata ch'egli intendea fare in Sardegna, per conseguire di fatto l'isola, che assieme alla Corsica eragli stata conceduta in feudo dalla Chiesa Romana.

(1303, 20 aprile).

Dal Raynald. *Contin. degli Annal. Eccl.del Baron.*, Tom. IV. ad ann. 1303. N° XXIX.

Dilectis filiis potestati, capitaneo, antianis, consilio, et comuni Pisanis (1). Tanquam discretionis fulti consilio tam in arduis, quam in aliis quibuscumque negotiis prudentiae vestrae processus consuevistis provida circumspectione dirigere, ac specialiter sanctam Romanam Ecclesiam matrem vestram tam in seipsa, quam in charis eius, quos ipsa dilectionis praerogativa prosequitur, praevenire honoribus, et favoribus confovere. Propterea non indigne confidimus, quod super iis, quae vestrae sinceritati scribuntur, mentem nostram filialibus obtutibus contemplantes efficaciter quae scripta continent impleatis, cum in vobis vigor devotionis solitae augmentum suscipiat, ut speramus, potius, quam lentescat. Sane sicut vestram credimus non latere notitiam, nos dudum ad charissimum in Christo filium nostrum Iacobum Aragoniae, Sardiniae et Corsicae regem illustrem dirigentes nostrae considerationis intuitum, sibi tum de regione dissimilitudinis redeunti, quem suae devotionis sinceritas ad ecclesiam praelibatam, a cuius unitate recesserat, quasi novum adoptionis filium nobis placidum reddidit atque charum, regnum Sardiniae et Corsicae, quod ipsius Ecclesiae iuris et proprietatis existit, cum omnibus iuribus et pertinentiis suis in feudum duximus concedendum.

Cum autem idem rex ad honorem Ecclesiae memoratae intendat, ut asserit, ad eiusdem Sardiniae et Corsicae regni possessionem, quam nondum adeptus extitit, corporaliter obtinendam potenti manu procedere, nostrumque sibi favorem et auxilium super hoc petiverit impertiri, nos huiusmodi felicem consumationem negotii ad promotionem honoris et exaltationis Ecclesiae supradictae, ac recuperationem Terrae Sanctae, quae prospicitur, proh dolor! depopulatione deserta non modicum cedere attendentes, venerabilem fratrem nostrum Raymundum episcopum Valentinum, de cuius industria et circumspectione confidimus, legatum in dicto regno propterea duximus deputandum, ut spiritualis auxilii circa huiusmodi negotium sollicitudo non desit; sed in ipsius prosecutione potestas sacerdotalis et regia se praesentialiter alterno munere foveant, et favore mutuo muniantur. Verum cum in dicto negotio, quod charum cordi gerimus, opera et studia vestra necessaria dignoscantur, universitatem vestram paterno rogamus et hortamur affectu, quatenus praemissis provida meditatione pensatis: et attendentes nihilominus, quod per hoc vobis plurimum in gratia et dilectione nostra dictique regis accrescet, velitis eidem regi ad id vestrum auxilium, consilium, et favorem liberaliter, ac efficaciter impertiri, a contrario penitus abstinentes. Sic itaque tam pro nostra et apostolicae sedis reverentia, quam consideratione regis eiusdem in hac parte circumspectio vestra devote, amicabiliter, et consulte provideat, quod praefatum regem ad vestra constituatis processu temporis beneplacita debitorem, et nos, qui vobis ex animo scribimus, devotionis vestrae

promptitudinem exinde commendare cum gratiarum actionibus merito valeamus.
Dat. Laterani, XII. kal. maii, anno IX. (2)

NOTE

(1) La concessione, e la investitura della Sardegna fatta nel 1297 da Papa Bonifacio VIII a favore di Don Iacopo II. re di Aragona non avea ancora ottenuto il suo reale effetto, perciocché l'isola era in gran parte posseduta dai pisani e dai genovesi, oltre i *giudicati* che dipendevano dai regoli, o *giudici* nazionali. Quindi il Pontefice, volendo facilitare al suddetto re Don Iacopo la possessione del feudo concedutogli, creò suo Legato Raimondo vescovo di Valenza, affinché inducesse i vescovi, i dinasti, e i popoli sardi ad acconciarsi al nuovo dominio, ed ai desiderii della Chiesa Romana, scrisse direttamente ai sardi medesimi, e scrisse inoltre ai pisani e ai genovesi, onde non si opponessero alla impresa del re Aragonese, come si ricava dal registro delle epistole di Papa Bonifacio VIII che conservasi in Vaticano.

(2) Lettera somigliante alla presente fu diretta per lo stess'oggetto dal Pontefice al Comune di Genova. Ma siccome i pisani, e i genovesi non erano disposti a secondare il desiderio, e le preghiere del Papa, anzi si disponevano a difendere con le armi le loro ragioni e dritti, e quanto possedevano in Sardegna, perciò il re di Aragona differì la spedizione contro l'isola a tempo più opportuno. Ved. çurita, Annal. de Aragon., Lib. V. cap. LXII.

II

Bolla di Papa Clemente V. con la quale si dichiara, onde perpetuarne la memoria, che gli ambasciatori di Giacopo II. re di Aragona confessarono di avere il loro sovrano ottenuta la Sardegna per concessione della Sede Apostolica.

(1304, 28 maggio).

Dal Lunig. *Cod. Ital. Diplom.* Tom. IV. col. 1385.

Clemens etc. ad perpetuam rei memoriam.

Ne in posterum rei gestae memoriam diuturnitas temporis forsan oboleat, praesentium insinuatione testamur, quod accedentes olim ad praesentiam piae memoriae Benedicti Papae XI. praedecessoris nostri dilecti filii Vitalis de Villanova miles, et Guillelmus de Lateria civis Barchinonensis procuratores, nuntii, et ambasciatores charissimi in Christo filii nostri Iacobi regis Sardiniae et Corsicae illustris, et recognoscentes quod idem rex ratione regni Sardiniae et Corsicae ad Romanam Ecclesiam pertinentis, quod felicis recordationis Bonifacius VIII. praedecessor noster sibi et haeredibus suis sub certis modis et conditionibus in perpetuum feudum concesserat; cui quidem Bonifacio praedictus rex ipse personaliter pro eodem regno vassallagium ligium, et homagium fecerat, et iuramentum fidelitatis praestiterat, tenebatur cuilibet romano Pontifici infra annum post creationem ipsius per procuratorem, seu procuratores suos, ad hoc legitime constitutos, similiter pro eodem regno vassallagium ligium, et homagium facere, et iuramentum praestare, literas suas, eius aurea bulla bullatas, modos, conventiones, et conditiones huiusmodi plenarie continentes, in quibus idem rex recognosceret, se dictum regnum sub eisdem modis, conditionibus, et conventionibus in feudum a Romana Ecclesia praedicta tenere, eoque se promitteret servaturum; procuratorio nomine dicti regis pro eodem regno in ipsius Benedicti praedecessoris et fratrum suorum praesentia constituiti infra annum post creationem ipsius huiusmodi vassallagium ligium, et homagium fecerunt, ac praestiterunt in ipsius regis animam huiusmodi iuramentum; sibique postmodum infra mensem praesentaverunt et exhibuerunt ex parte regis eiusdem literas ipsi, eius aurea bulla bullatas, in quibus non solum modi, conditiones, et conventiones praedictae, sed etiam totus tenor literarum Bonifacii praedecessoris super concessione huiusmodi confectarum inseritur; recognoscendo et confitendo procuratorio nomine dicti regis, quod idem rex regnum praedictum sub ipsis modis, conditionibus, et conventionibus receperat; ipsosque modos, conditiones, et conventiones dicto nomine observare per omnia promiserunt, prout semper iis plenam ab eodem rege acceperant potestatem, sicut de eadem potestate constabat per instrumentum publicum dicti regis simili munimine roboratum; quae quidem literae, et instrumentum praesentata, ut praedicitur, dicto praedecessori Benedicto in archivio dictae Romanae Ecclesiae reservantur. Dictusque Benedictus praedecessor huiusmodi vassallagium ligium, et homagium, recognitiones et promissiones factas, et iuramenta praestita a dictis procuratoribus praefati regis nomine, ut praefertur, de praedictorum fratrum consilio acceperit; quamvis, eodem Benedicto praedecessore morte prevento, dicti procuratores, et nuntii literas eius super hoc habere necquiverunt, prout haec omnia ex eorundem fratrum assertione nobis constant, quibus fidem plenariam adhibemus etc. Datum Burdegalae V. kal. iunii, anno I.

III

Giacopo II. re di Aragona conferma il giuramento di omaggio e vassallaggio da lui prestato alla Santa Sede per la concessione della Sardegna fattagli da Papa Bonifazio VIII.

(1305, 29 ottobre).

Dal Lunig. *Cod. Ital. Diplom.* Tom. IV. col. 1387.

Sanctissimo ac reverendissimo in Christo patri ac domino Clementi, divina providentia sacrosanctae Romanae, et universalis Ecclesiae summo Pontifici, Iacobus Dei gratia rex Aragonum et Valentiae, Sardiniae et Corsicae, comesque Barchinoniae, ac praescriptae Romanae Ecclesiae vexillarius, ammiratus, et capitaneus generalis, et humilis filius et devotus, pedum suorum oscula beatorum.

Sanctae (1) vestrae tenore literarum nostrarum praesentium patefiat, quod viso ac plenarie intellecto papali rescripto super collatione, concessione, et donatione confecto, quam felicis recordationis dominus Bonifacius Papa VIII. praedecessor vester nobis fecit, nostrisque haeredibus in perpetuum feudum de regno Sardiniae et Corsicae cum iuribus omnibus el pertinentiis suis sub certo servitio, sub certisque conditionibus largius conscriptis in praedicto rescripto continentiae subsequentis – *Bonifacius Episcopus servus servorum Dei, charissimo in Christo filio Iacobo Sardiniae et Corsicae regi illustri ad perpetuam rei memoriam. Super reges et regna etc*. (2).

Idcirco reducto ad memoriam nos iam tempore donationis praemissae memorato domino Papae Bonifacio iuxta continentia dicti rescripti ex causis in eo scriptis, iuramentum, fidelitatem, vassallagium, et homagium personaliter praestitisse; et postmodum etiam per Vitalem de Villanova militem, et Guillielmum de Lateria civem Barchinon. procuratores nostros, ambasciatores, et nuntios speciales olim per nos ad romanam curiam destinatos homagium, et alia praedicta renovasse, fecisse, et praestitisse felicis recordationis domino Benedicto summo Pontifici, dedisse literas aureas bulla nostra bullatas recognitionis et acceptationis contentorum in rescripto praedicto iuxta eiusdem tenorem; de quorum homagii et aliorum praedictorum praestatione, nec minus de traditione literarum regiarum aurea nostra bulla bullatarum fuerunt concepta, seu mandata papalia rescripta, quae sunt in cancellaria papali, aut penes cancellarium dicti quondam domini Renedicti Papae, quia eidem domino Papae, morte superveniente, expediri non potuerunt, neque bullari, ut hoc habuimus per assertionem nostrorum mentionem ad nos revertentium praedictorum, quodque nuper in Montepesulano nos vobis praesentialiter obtulimus homagium et alia supradicta considerato etiam, nos nunc ex eiusdem rescripti serie inductos nostrum constituisse procuratorem solemnem ad eadem Sanctitati vestrae praestanda; providimus propterea, sanctissime Pater, has fieri literas bullatas bulla aurea nostra, Sanctitati vestrae per praedictum procuratorem nostrum tradendas, et dandas, prout fieri debere iam dicti rescripti tenor inducit: per quas siquidem literas nunc propter ex tunc modos, conventiones, conditiones, tenorem et formam in dicto papali rescripto conscriptorum acceptamus expresse, et per quas etiam fatemur, et recognoscimus expresse dictum Sardiniae et Corsicae regnum a domino Summo Pontifice, et Romana Ecclesia recepisse in feudum sub conditionibus, modo et forma, atque tenore, qui in dicto papali rescripto continentur: quos tenorem, modum, conditiones, conventiones et formam promittimus nos inviolabiliter

observaturos. Pro quorum observantia obligamus nos, et dictum regnum Sardiniae et Corsicae, iura et bona nobis competentia, et competitura in eo. Humani generis conditor et redemptor personam vestram ad sua sancta servitia conservare dignetur per tempora longiora. Dat. Perpiniani IV. kalend. novembr. anno Domini MCCCV.

NOTE

(1) Forse *Sanctitati*.

(2) Qui è trascritta per intiero la Bolla, con cui Papa Bonifacio VIII concedette nel 1297 la Sardegna in feudo perpetuo a D. Giacomo II. re di Aragona, la quale abbiamo già riportato fra le Carte e i Diplomi del secolo XIII. Ved. sopr. Dipl. N° CXXXVIII. Pag. 456.

IV

Mariano III. giudice *di Arborea accorda a Parasone, e Giovanni de Ponti, a Giovanni de Scano, e Giorgio Seque, e loro eredi maschi, la esenzione da tutti i tributi soliti pagarsi nel regno di Arborea, coll'obbligo per parte dei medesimi, e di detti loro eredi, di custodire e riparare il* gran ponte *di Oristano, di abitare presso il medesimo nelle case ivi costrutte, e di non dipartirsene senza il permesso di detto* giudice*; e ciò al fine di mantenere sempre libero il transito sullo stesso ponte*.

(1310, 31 marzo).

Dai Regii Archivi di Cagliari, Cabreo C., *Fogl*. 28.

In eterni Dei nomine amen. Ex hoc publico instrumento omnibus pateat evidenter quod magnificus et potens vir dominus Marianus vicecomes de Basso Dei gratia iudex Arboree quondam iudicis Iohannis pro honore Dei et Beate Virginis Marie et omnium Sanctorum, et pro salute et remedio animarum bene memorie magnifici viri olim iudicis Mariani eius avi, et magnifici domini iudicis Iohannis quondam eius patris (1) et sue anime, nec non pro remuneracione serviciorum fiendorum et prestandorum ab infrascriptis Parosono de Ponti filio Petri Leo, et Ioanne de Scano quondam Petri de Scano, et Ioanne de Ponte quondam Arau de Ponte, et Iorgio Seque Murayolo quondam… in recuperacione, conservacione, gubernacione et custodia Pontis Magni de Oristano (2), fecit et concessit supradictis Parassono, Ioanne de Scano, Ioanne de Ponte, et Iorgio recipientibus pro se ipsis et quoque eorum, et pro eorum, et cuiuscumque eorum heredibus masculi sexus tantum immunitatem, quod ipsi, et eorum, et cuiuscumque eorum heredes, ut dictum est, sint liberi et absoluti et immunes de omnibus redditibus *directibus* (sic) tributis quos et qui supradicto magnifico domino secundum consuetudinem regni Arboree reddere et solvere tenentur qualitercumque et quomodocumque predictos et quemlibet eorum et cuiuscumque eorum, ut dictum est, ab omnibus dictis exactionibus per graciam liberans et absolvens, quam graciam et immunitatem, et omnia supradicta et infrascripta, et singula suprascriptorum et infrascriptorum dictus magnificus vir dominus Marianus per stipulatione *solepne* (sic) concessit et promisit suprascriptis Parasone, Ioanne de Scano, et Ioanne de Ponte, et Iorgi accipientibus, ut dictum est, semper et omni tempore habere firmam et firma, ratam et rata, validam et valida, et contra non facere vel venire ullo unquam tempore aliquo modo vel iure ad penam dupli totius eius de quo ageretur, obligando inde se et suos heredes et bona dictis Parasono, Ioanni de Scano, et Ioanni de Ponte, et Iorgio recipientibus, ut dictum est, et eorum heredibus, renunciando omni iuri sibi contra predicta vel aliquod predictorum competenti et competituro. Quapropter suprascripti Parasonus de Ponte, Ioannes de Scano, Ioannes de Ponte, et Iorgius, et quilibet eorum in solidum, non vi cohacti nec dolo ducti, sed eorum libera et spontanea voluntate, et ob predictam graciam et immunitatem adquirendam per stipulacionem solemnem convenerunt et promiserunt magnifico domino iudici Mariano dictum Pontem facere *catari* (sic) (3) quoties expedierit, ita quod gentes ibi transitum habere possint ut consuetum extitit temporibus retroactis, et in domibus iuxta dictum Pontem sitis pro conservacione et custodia dicti Pontis moram continuam contrahere totis temporibus vite eorum, et inde non se separare pro mora alibi contrahenda absque parabula supradicti magnifici domini, de qua parabula *redeatur* (sic) (4) publicum instrumentum. Quod si supradicta omnia sic non fecerint et non observaverint, aut si contra predicta vel

aliquid predictorum fecerint vel venerint penam *averis* (sic) et persone tollendam arbitrio supradicti magnifici domini, obligando inde se, et eorum et cuiusque eorum heredes bona in solidum dicto magnifico domino et eius heredibus, renunciando omni iuri sibi ipsis contra predicta vel aliquid predictorum competenti et competituro, et maxime renunciaverunt beneficio epistole divi Adriani et… authenticorum, et beneficio de duobus reis vel pluribus in solidum conveniendis. Actum in Oristano in *Ballaterio* (sic) *Palacii novi* archiepiscopatus Arborensis Presentibus domino Cino de Taculis quondam domini Guidonis de Taculis maniscalcho supradicti domini, Domino Arzoco Dessi Armentario de loco Arborensi, et Domino Ugheto de Serra Maior Camere pro supradicto domino testibus rogatis ad hec. Dominice Incarnationis anno millesimo tercentesimo decimo indictione decima pridie kalendas aprilis (5). – † Ego Nicolaus quondam Gomite Mathai de Arestano regia auctoritate notarius hanc cartam a Nicolao notario quondam Alamanni Rubei *Depis* rogatam, ut in eius actis inveni, eius *scesa* (sic) a me visa et lecta ex commissione inde me facta a Bartholo Mathao notario quondam supradicti Gomite de universis actis suis, et ex bailia, auctoritate et decreto nobilis viri domini Mariani de Amirati (6) curatoris civitatis Arestani ordinariam iurisdictionem dicta civitate authoritatem suam et decretum interponentis omnibus cartis extrahendis de dictis actis, et per me notarium infrascriptum dictam cartam de dictis actis extractam *XI* scripsi et firmavi.

NOTE

(1) Giovanni, o Chiano, padre di Mariano III., e figlio di Mariano II., vivea nel 1301, come si ricava da una iscrizione, che riportiamo nelle note ad altro diploma di questo secolo. Il di lui regno in Arborea fu assai breve. Lasciò una sola figlia per nome Giovanna, la quale morì in età minorile. La di lui vedova Giacomina passò a seconde nozze con Tedice della Gherardesca, e per le ragioni spettanti alla suddetta Giovanna sua figlia tentò di escludere dal regno di Arborea, prima Mariano III., e quindi Ugone III., impetrando perciò ed ottenendo nel 1329 un diploma d'investitura dall'imperatore Ludovico il Bavaro. (Ved. infr.). Ma le sue pretensioni andarono fallite, come può vedersi nel Tola *Dizion. biogr. degli Uomini illustri di Sardegna*, Vol. I. pag. 216 e seg. Vol. II. pag. 226, 227 e seg. Vol. III. pag. 271 e seg.

(2) Ponte sul Tirso, ch'è il maggior fiume dell'isola, mentovato da Tolommeo nella Tavola VII., e da Pausania nel Lib. X.

(3) Forse *aptari*, o meglio *aptare*.

(4) Forse *redigatur*.

(5) La presente concessione a favore dei discendenti dai concessionarii Parasone, e Giovanni *de Ponti* o *de Ponte* fu confermata nel 10 marzo 1531 dal luogotenente generale dell'isola e regno di Sardegna col parere del reggente la reale cancelleria, contro le pretese del municipio di Oristano, che volea obbligarli al pagamento dei tributi.

(6) Mariano de Amirati, del quale è qui fatta menzione, è lo stesso Mariano de Amirato, che fu spedito nel 1321 da Ugone III. regolo di Arborea (figlio e successore del *Giudice* Mariano, cui appartiene il presente diploma) a Don Giacomo II. re di Aragona onde profferirgli la sua alleanza, e il suo aiuto per la conquista della Sardegna. Riuscì

felicemente in questa straordinaria missione, e le memorie storiche di quel tempo dimostrano, ch'egli si distinse molto per la sua destrezza nel maneggio degli affari pubblici; su di che, vedasi il Tola *Dizion. biogr. degli Uomini illustri di Sardegna*, Vol. I. pag. 73, e vol. III. pag. 271, 272 e seg. Dal presente diploma si ricava, che sotto il regno di Mariano III. di Arborea Mariano de Amirato cuopriva la carica di *Curatore* (governatore, o giudice) della città di Oristano, capitale del *giudicato* Arborense.

V

Fr. Nicolò Romano dell'ordine dei Predicatori, per decreto del Capitolo generale celebrato in Metz, è mandato al convento del Castello di Cagliari in Sardegna, onde farvi penitenza delle gravi colpe da lui commesse.

(1313, …).

Dal Martene, e Durand, *Thes. Nov. Anecdot*. Tom. IV. col. 1944.

Item, cum frater Nicolaus Romanus de Anglia rediens, et per provinciam Franciae transiens, duos iuvenes propria temeritate ad habitum ordinis receperit, et ad curiam Romanam contra magistri ordinis praeceptum accesserit, nec non et multa alia perpetraverit ordini scandalosa, ipsum omnibus gratiis ordinis privamus, et conventui de Castelli-Castro in insula Sardiniae assignamus in poenam, ad quam infra octo dies a praesentium notitia cum socio per Priorem conventus, in quo est deputatus, iter eundi arripiat, et cum illuc pervenerit, poenitentiam gravioris culpae per duos menses continuos facere teneatur.

VI

Gli anziani di Pisa eleggono Pietro di Buccio da Cortona giureconsulto in Riformatore ed Inquisitore del regno di Sardegna, per tenere a sindicato gli Uffiziali, che vi avea la Repubblica.

(1314 [1315, stil. pis.], 31 agosto).

Dai *Scelti Diplom. Pisani* di Flam. Dal-Borgo, pag. 315.

In Sanctissimi Dei Nomine Amen.

Nos Iohannes Riccardi iudex prior antianorum Pisani populi, Bestialinus Familiati. Iacobus Franza Bellomi. Nicolaus Nocchi de Advane notarius. Chellus Rustichelli iudex, Nocchus Benni. Iohannes Magnifici Falconis. Franciscus de Seta. Iacobus Miccari Coriarius. Rainerius Compagni. Et Guccius de Quarata Vinarius antiani eiusdem Pisani populi. Et Iohannes domini Betti de Vico iudex. Bonaccurtius de Colle. Iohannes Facca. Gaddus Gattus. Et Leonardus Frenetti notarius, sapientes viri ab antianis Pisani populi electi, et in eorum presentia constituti, una cum eisdem antianis habentes de his plenam bailiam, et liberam potestatem; auctoritate consilii Pisani populi celebrati in ecclesia s. Sixti, ubi fiunt consilia populi, sub anno domini MCCCXIIII. indictione XII. septimo idus februarii.

Eligimus sapientem virum dominum Petrum Buccii de Cortona iurisperitum in officialem, et modulatorem Pisani comunis in Sardineam, et Gianbertinum notarium de Bolognana, notarium cum eo, in termino novem mensium, incipiendorum die qua pervenerint ad civitatem Pisanam et officium suprascriptum iuraverit, super investigando, inquirendo, vel modulando infrascriptos omnes, et absolvendo, et absolvendos, et condemnando, et condemnandos infrascriptos officiales, qui modulati non sunt, et eorum complevissent officia, tempore quo dominus modulator pervenerit in insula Sardinie, seu complebunt ab inde ad unum mensem proxime venturum, non obstante aliquo privilegio, videlicet, castellanos, et iudices Castelli, seu Castri, vicarium, seu vicarios regni Kallaritani, salinarios salinarum de Kallari, custodes salis; rectores et iudicem, seu iudices Ville Ecclesie; iudices de foro regni Kallarum si ibi sunt; armamentarios armamentariorum, et maiores villarum; operarios omnes regni Kallarum, potestatem, sive potestates, et camerarios domus nostre, et camerarios Pisani comunis in Castello Castri, et in Villa Ecclesie pro comuni Pisano; et eorum, et cuiusque eorum notarios; et eorum, et cuiusque eorum tagliatores grani, et tagliatores grani Castelli Castri, et consules portus Castelli Castri; castellanos, et subcastellanos, camerarios sive habentes in custodia fornimenta castrorum, scilicet castrorum Aque fredde, et eius burgi Orgogliosi, et Chine, et omnes et singulos guelchos, et omnes, et singulos domicellos, et birruarios suprascriptorum officialium, vel aliorem eorum; et sergentes castrorum, et omnes alios qui in dicto iudicatu, sive regno Kallarum fuissent officiales pro comuni Pisarum, et intelligantur officiales, sive duret eorum officium duobus mensibus, sive maiori tempore, seu minori, et etiam substituti, sive vicarii predictorum officialium, vel aliorum eorum quicunque.

Et omnes et singulos ambaxiatores, et provisores, et capitaneos guerre, et etiam vicarium, sive vicarios iudicatus Galluri; potestatem sive potestates Terre Nove, et camerarios in Terra Nova pro comuni Pisano, et eorum, et cuiusque eorum notarios, et iudices de facto;

castellanos; et subcastellanos, camerarios, sive custodes fornimentorum castrorum dicti iudicatus Galluri, et eorum burgorum; armamentarios armamentariorum, et maiores villarum; et operarios, et omnes, et singulos domicellos, et birruarios suprascriptorum officialium, vel aliorum eorum, vel sergentes castrorum, et generaliter omnes alios qui fuissent officiales pro comuni Pisano in dicto iudicatu Galluri, qui modulati non sunt, et eorum complevissent officia tempore quo dominus modulator pervenerit in insula Sardinie, seu complebunt ab inde ad unum mensem tunc proxime venturum. Et intelligantur officiales omnes illi, ut supra dictum est in iudicatu Kallari. De eorum, et cuiusque eorum gestis administratis, et neglectis in eorum officiis, et delictis, et excessibus commissis ab eis, vel aliquo eorum, durantibus eorum officiis.

Et in predictis inquirendis, et inveniendis sive investigandis habeat merum, et liberum arbitrium inquirendi, investigandi per inquisitionem, iudicia, et tormenta, et alio quocumque modo, quo placuerit, etiam non servata aliqua iuris solemnitate. Et nihilominus possit procedere prout et sicut ipsi modulatori secundum qualitatem facti, et fame videbitur convenire.

Et quando iverit ad castra Pisani comunis utriusque iudicatus teneatur portare secum in scriptis omnia fornimenta, que esse debent in quolibet castrorum, et cui ipsa fornimenta et a quo recomendata fuerint, et per ipsam scripturam requirere ipsa fornimenta, et videre si ibi sunt. Et si non invenerit, et ibi singulariter, prout data fuerint, et recomendata, condemnet illum, cui comendata fuerint in duplo eius, quod non invenerit ibi de ipsis fornimentis. Et in emendatione ipsorum fornimentorum, que deficerent, quas recomendationes fornimentorum notam camerariorum Pisani comunis in Castello Castri, et in Terra Nova dare teneantur in scriptis dicto modulatori antequam ad castra vadat.

Et possit, et debeant D. modulator vigilem seu vigiles et Castaldicentes Terre, seu comunis Ecclesie, qui modulati non essent, et eorum complevissent officia, vel complebunt infra mensem post adventum D. modulatoris ad insulam Sardinie, de eorum et cuiusque eorum actu, gestu, et administratione, et aliis sicut per dictos officiales Sardinee, et quod dicti vigil, et vigiles, et castaldicentes, et quilibet eorum teneantur et teneatur stare, et parere modulationi dicti officialis modulatoris, sicut predicti officiales Sardinie; et D. modulator teneatur, et debeat omnes qui Moccobellum pecunie, vel aliarum rerum dedissent alicui, vel aliquibus ex predictorum officialium Sardinie Pisani comunis, et omnes qui fuissent mediatores, vel mezzani dictorum Moccobellorum, vel fecissent, seu ordinassent dari Moccobellum alicui, vel aliquibus dictorum officialium condemnando suo arbitrio, prout sibi videbitur, spectata qualitate conditionis, criminis, vel pene, nisi sponte confiteantur ipsi quod dederint Mocobellum, vel fuerint mediatores ipsum Mocobellum esse datum, et conditionem facti ipsius; qui dantes, seu mediatores Moccobelli si ultro confessi fuerint in nihilo condemnentur.

Et qui D. officialis modulator non possit, nec debeat procedere ad condemnandum, seu confiteri facere aliquem predictorum officialium ex dicto, et attestatione contra eum reddito, et reddita ab aliquo, seu aliquibus, quem, vel quos ipse officialis in suo vel pro suo officio condemnasset in solidis quadraginta de pisana moneta, vel inde supra, vel fuisset cameratus vel positus in carcere, nec ex dicto patris, filii, vel germani fratris condemnati.

Et quod D. modulator in sententiis absolutionum, et condemnationum quas tulerit, et fecerit teneatur, et debeat reservare, et expressim dicere, et exprimere, et scribi, et poni facere sic: *salvo, et reservato comuni Pisano in perpetuum, et etiam proximo suo successori, tantum quod possit procedere nihilominus contra ipsos officiales tam absolutos, quam condemnatos, si reperiretur illos umquam tempore deliquisse, vel commisisse, ultra ea, que in ipsis sententiis continerentur, aut dolum, vel fraudem in eorum officiis commisisse.*

Qui officialis, et modulator teneatur facere condemnationes in Castello Castri de officialibus Sardis, et aliis Sardis absolvendis, et condemnandis ab eo de dicto iudicatu Kallaritano, et de officialibus Sardis iudicatus Galluri, et in Castro Terre Nove de Gallura, et condemnatis debeat assignare ad solvendum condamnas terminum unius mensis, et consignet scripturas condemnationum de Sardis regni Kallaritani comunis Pisani camerariis in Castello Castri. Et de Sardis iudicatus Gallure camerariis Pisanis in Terra Nova.

Qui camerarii dictas condemnationes cum effectu exigere, et recolligere teneantur, et habeant, et habere, et secum ducere teneantur pro dicto suo officio, et in dicto eius officio exercendo duos notarios bonos, e legales forenses, amatores boni status Pisani comunis, et populi, computata persona supradicti Ser Giambertini, et quorum unus sit dictus Ser Giambertinus, qui in simili officio, cum aliquo alio modulatore non fuerint, et famulos quatuor forenses, quorum duo sint ab armis administratores ad minus.

Et habeat pro salario suo, et notariorum, et famulorum suorum predictorum, et vecturis equorum et expensis, eundo, et redeundo, in dicto et predicto termino novem mensium, a comune Pisano libras mille den. pisane monete sine gabella, solvendas ei de pecunia Pisani comunis in duabus paghis, videlicet in prima paga medietatem in civitate Pisana post quam fuerit modulatus; et habeat navigium de Pisis in Sardineam, et de Sardinea Pisas, expensis comunis Pisani, et etiam habeat a comuni Pisano cartas necessarias pro suo officio exercendo.

Et teneatur D. modulator cum dictis suis notariis, et sergentibus discedere de civitate Pisana pro eundo in Sardineam infra quindecim dies proximos, postquam pervenerit ad ipsam civitatem Pisanam. Et in dicta insula Sardinia moram contrahere cum eis pro dicto suo officio exercendo sex mensibus, scilicet quatuor in regno Kallari, et duobus in iudicatu Gallure et postea immediate redire ad civitatem Pisanam, et suum complere officium in residuo dicti temporis novem mensium, postquam redierit ad civitatem Pisanam, ut dictum est ad absolutionem, et condemnationem suorum processuum, et inventos culpabiles condemnet, et condemnare possit, et teneatur suo arbitrio, secundum qualitatem delicti. Ita quod si aliquis dictorum officialium inventus fuerit culpabilis, et habuisse pecuniam, vel alias res contra formam sui officii, ipsam pecuniam, vel alias res teneatur restituere comuni Pisano duplicatam; et duplicatas. Et nihilominus parti, quam leserint teneantur ad emendationem lesionis, et nihilominus condamnet in pecunia, et in privatione officiorum Pisani comunis, seu populi loquentis de hoc. Ita tamen quod privare non teneatur aliquem officialem, nisi pro Moccobello, vel offensione facta in socium.

Teneatur, et debeat ipse offcialis seu modulator de Sardinea in condemnationibus faciendis ab eo, et predictis officialibus assignare, et dare terminum in dictis condemnationibus illis, quos condemnaverit, unius mensis, de solvendo condemnationes factas ab eo de pena quanti pluris fecerit ipsius condemnationes.

Et quod D. modulator possit, et debeat procedere contra quoscumque etiam non officiales recipientes Moccobellum vel prestantes auxilium vel favorem per Moccobellum aliquibus eorum quibuscumque officialibus Pisani comunis insule Sardinie, contra quos possit procedere, prout supra de officialibus recipientibus Moccobellum, et mediatoribus ipsorum Moccobellorum dicitur et continetur. A quibus condemnationibus appellari non possit, nec ipse condemnationes remedio nullitatis infringi possint agendo, vel excipiendo.

Et Dom. Pisanus potestas, et capitaneus Pisani populi teneantur, et debeant ipsas condemnationes omnes, elapso termino predicti mensis, exigere, et exigi facere cum effectu iuribus sui officii infra quindecim dies, ad penam librarum ducentarum den. Pis. monete sui salarii; et nihilominus ad exationem faciendam teneantur simili pena, donec exacte fuerint.

Eius officii modulationis iurisditio declinari non possit ab aliquo qui fuerit antianus populi Pisani, vel notarius antianorum; et eidem modulatori pro suo officio privilegium aliquod antianitatis, vel notariatus antiani, vel aliquod aliud privilegium non possit opponere.

Teneantur etiam vicarii Pisani comunis, qui erunt in Sardinea in regno Kallaretano, et in Gallure, dare et concedere eidem officiali modulatori de masnada Pisani comunis ab equo, et pede, quando, et sicut ipsi modulatori placuerit, et necesse fuerit pro dicto suo officio exercendo. Salvo quod non teneantur ei dare equos pro equitando pro se, et sua familia.

Et teneatur D. modulator cum suis notariis, quos secum habebit pro suo officio exercendo, et facere ire in Castellum Castri, Villam Ecclesie, Domum Novam, et ad castra predicta Pisani comunis, et in qualibet curatoria iudicatum de Kallari, et Gallure, et stare ibidem, et in qualibet terra moram contrahere pro dicto suo officio exercendo secundum quod necesse fuerit, et conveniens.

Qui modulator, et notarius suprascriptus, et alii omnes de sua familia veniant, vadant, morentur, et redeant ad propria suo risico, et periculo, et suis expensis omnibus in omni casu, et eventu.

Et habeat in Sardinea hospitium in qualibet parte ad quam iverit, et steterit pro suo officio, pro se, et dictis suis notariis, et familia, durante dicto officio, expensis illius comunis seu iudicatus, in quo moram pro dicto suo officio exercendo contraxerit.

Et quando D. modulator, pro executione dicti officii steterit in Castello Castri, habeat de sergentibus Castelli Castri sergentes sex, et totidem de sergentibus Ville Ecclesie, quando in ipsa Villa steterit, et quando iverit per iudicatum Kallaretanum, habeat de stipendiariis Pisani comunis ab equo; et quando esset in Gallura, habeat sergentes sex a pede, et habeat etiam D. modulator in scriptis omnes officiales, quos modulare tenetur, et omnia que dicti officiales servare tenentur.

Qui etiam modulator teneatur, cum venerit in Sardineam pro dicto suo officio, perquirere nomina aliorum officialium Pisani comunis qui non erunt modulati, et eos modulare, ut alios quorum nomina habet scripta.

Qui dominus Petrus modulator, deposito dicto suo officio pro predictis omnibus, et pro dicto, et de dicto suo officio teneatur, et debeat cum dictis notariis, et famulis, et familia sua

stare, et parere per dies quindecim in civitate Pisana pro sui, et dictorum notariorum, et famulorum, et familie modulatione, et ipsos notarios, famulos, et familiam stare, et comparere facere dicto tempore coram syndico Pisani comunis constituto, et constituendo super modulando rectores Pisane civitatis, et quoscumque alios officiales forenses, et ei parere; et solvere, comuni Pisano quidquid fuerit ab eo modulatus, vel condemnatus, si syndicus predictus fuerit in civitate Pisana, alioquin moduletur per sapientes viros ab antianis eligendos; ita quod non possit eligere aliquem modulatum ab ipso modulatore, vel eius consanguineum usque in quartum gradum, aut socerum, generum, sive cognatum carnalem vulgariter intellectum, vel eius consortem.

Et teneatur et debeat dictus modulator cogere camerarios Pisani comunis in Castello Castri, et camerarios Pisani comunis in Villa Ecclesie, tempore quo ibi fuerit, recolligere introitus, et redditus Pisani comunis, prout sibi modulatori videbitur convenire.

Et habeat iurisdictionem contra vicariam, castellanos, stipendiarios Pisani comunis, et rectores Ville Ecclesie in cogendo ipsos ad dandum auxilium, et favorem predictis camerariis in predicta exactione facienda, et contra dictos camerarios inobedientes, et etiam pendentibus eorum officiis, et eos puniendi, et condamnandi suo arbitrio.

Et quod dictus modulator teneatur in modulatione, quam faciet de supradictis camerariis, quos modulare tenetur, librum introitus, et exitus dictorum cameriariorum reddituum Pisani comunis per calculatores ab antianis Pisani populi eligendos, facere calculare, et videre in curia sua, postquam Pisas redierit de dicto suo officio. Qui calculatores non sint consanguinei alicuius, quem debet modulare, usque in quartum gradum.

Et quod teneatur, et debeat cogere heredes cuiuscumque officialis in suo officio, vel post ipsum officium defuncti, quos ipse modulator possit si invenerit ad solvendum, et restituendum comuni Pisano, et quidquid apparuerit ad ipsum defunctum, pervenisse de bonis Pisani comunis, vel que pertinere possent ad comune Pisanum ita tamen ut in aliquam penam dicti heredes non succedant.

Et habeat similem iurisditionem, et officium contra omnes, et singulos fideiussores, et fideiussorum heredes sicut contra supradictos officiales ad faciendum observare a dictis fideiussoribus omnia, et singula, que in eorum promissionibus continerentur. Et quod contra predictos omnes et singulos contumaces, existentes, possit procedere ad exbamniendum, et condemnandum prout sibi videtur, tamquam si essent presentes, habita eorum contumacia post bamni decretationem pro confessione.

Et quod dominus modulator teneatur mittere preconium in quolibet iudicatu, quando pervenerit, quod nullus Pisanus de officialibus supradictis, qui non sit burgensis alicuius predictorum iudicatuum debeat morari in iudicatu in quo habuerit officium pro comuni Pisano toto tempore officii domini modulatoris, quando erit in iudicatu ubi officialis habuerit officium; et si invenerit aliquem contra facere, habeat eum pro confesso de omnibus, de quibus inquirit contra eum, dummodo primum mitti faciat bamnum in Terra Nova, Castello Castri, Villa Ecclesie, et Domo Nova, non admittet probationem in contrarium. Et quod si invenerit aliquem de dictis officialibus esse in aliquo officio Pisani comunis, de novo non permittat ibi esse. Et quod modulator debeat cogere omnes officiales ad solvendum gabellam pro tempore, quo steterit in officio ultra tempus anni.

Qui modulator supradictus teneatur predictum officium ad dictam electionem de eo factam eo modo, ut supra dicitur, accipere, vel ipsi electioni, et officio renunciare infra tertiam diem postquam dicta electio eidem per syndicum Pisani comunis fuerit denunciata, et presentata. Et si predictam electionem, et officium non acceptaverit, vel ipsi officio et electioni non renunciaverit infra suprascriptam tertiam diem, idem modulator prefata electione et officio careat, et dicta electio ex nunc sit, et esse debeat, et intelligatur cassa, et irrita, et nullius momenti; et in dicto casu modulatori predicto ex dicta electione, et officio, et eius occasione nullum ius acquiratur vel acquisitum sit, aut esse intelligatur contra comune Pisanum, vel eius bona, aut eorum singulares personas Pisane civitatis, vel eorum bona aliqua.

Actum Pisis in palatio Pisani populi in sala ubi morantur domini antiani Pisani populi, presentibus Leopardo notario de Morona cancellario antianorum Pisani populi, et Ricciardo notario de Calcinaria scriba publico predictorum antianorum etc. ad hec rogatis. Dominice incarnationis, anno millesimo trecentesimo quintodecimo. Indictione XII. pridie kalendas septembris.

† Loco Sigilli.

Ego Bononcontrius filius quondam Martini Bononcontri de Ripa Arni imperatorie dignitatis iudex ordinarius, atque notarius, et cancellarius Pisani comunis, scriba publicus, prefatis omnibus interfui, et rogatus hanc inde cartam scripsi atque firmavi, et in actis cancellarie prefate misi atque scripsi.

VII

Statuti del Comune di Sassari, scritti, esemplati e promulgati sotto la Podesteria di Cavallino de Honestis.

(1316, …).

VIII

Statuti per il porto di Cagliari (*Breve Portus Kallaretani*), *fatti, e ordinati sotto il dominio Pisano*.

(1317 [1318 stil. pis.], … febbraio).

Dai Regii Archivi di Corte di Torino (1).

Incipiunt Rubrice Brevis Portus Kallaritani.

I. *In nomine patris et filiis et spiritus santi Amen*.

II. *Difare lofficio*.

III. *Delli richiami*.

IIII. *Di fare rendere lodevito*.

V. *Di chiamare li Consiglieri*.

VI. *Delli Pesatori e Misuratori*.

VII. *Di non lassare lo Mercatante essere pesatore*.

VIII. *Di fare leggere lo breve*.

VIIII. *Di trovare le canne*.

X. *Di comandare delle canne*.

XII. *Delli Consiglieri dicastello*.

XII. *Delli beni delli morti*.

XIII. *Di non ponere data*.

XIIII. *Chi non volesse jurare*.

XIII. *Di fare jurare custori e misuratori*.

XVI. *Sopra le magagne de pannj*.

XVII. *Di chiamare modulatori*.

XVIII. *Di non fare mercantia apresso a X miglia acastello di castro*.

XVIIII. *Di fare jurare litestimoni*.

XX. Dandare *allicastellani*.

XXI. *Di non togliere avaria*.

XXII. *Dellopra della chiesa*.

XXIII. *Della luminara*.

XXIIII. *Di fare jurare lo camarlingo*.

XXV. *Delle Credense*.

XXVI. *Di fare quello che fidato perconsiglio*.

XXVII. *De bandi e divieti*.

XXVIII. *de Legni*.

XXVIIII. *Di non essere consulo*.

XXX. *Davere fermo ciò che fi facto per li antecessori*.

XXXI. *Di cognoscere le discordie*.

XXXII. *Di pagare li deviti delli antecessori*.

XXXIII. *Se alcuno dicesse villania aconsuli o aconsiglieri*.

XXXIIII. *Se alcuno avesse ricevuto dono*.

XXXV. *Di cercare e investigare li beni del porto*.

XXXVI. *Di pesare tucte le mercatantie*.

XXXVII. *Di eleggere homini sopra lenavi olegni da caricare*.

XXXVIII. *Davere una loggia u bottega per lo porto*.

XXXVIIII. *Capituli desensali*.

In nomine patris et filii et spiritus sancti amen.

Questo breve fu composto facto etordinato amandare accorreggere apisa jntempo delli discreti et savi homini Messer Nero digoluntino et Messer bindo faccha consuli del porto di Kallari et corretto et emendato per li discreti et savihomini Ser Cellino dalcolle Ser pellaio dillasita Ser Guidone dafaulga et Ser Bacciameo dimalgle Corrente allora li Anni Domini MCCCXVIII. del mese di ferraio.

Nos Iacobus Dei gratia Rex Aragonum, Valentie, Sardinee, et Corsice ac Comes Barchinone, presentis scripti nostri tenore notum fieri volumus omnibus quod ante maiestatis nostre presentiam veniente noviter discreto magistro Michaele Pera fisico habitatore civitatis Sassari in insula nostra Sardinee constituto per prudentem virum Guantinum Catonum de civitate ipsa Sassari cum litera credentie destinato, inter alia nobis exposuit, qualiter probi homines et tota universitas dicte civitatis Sassari nostrum dominium affectantes agnoscere, et nos in eorum et regni nostri Sardinee et Corsice dominum assumere, proponunt et intendunt nostris mandatis et beneplacitis obedire, et tanquam devoti nostri atque fideles nostro se submittere dominio promptitudinarie ut tenentur, humiliter supplicando ut de benignitate regia dignaremur dictam universitatem in subscriptis nostri favoris gratia decorare, offerendo universitatem predictam paratam homagium et fidelitatis iuramentum prestare nobis ut regi et domno dicti regni Sardinee et Corsice, vel loco et vice nostrum inclito infanti Alfonso carissimo primogenito et generali procuratori nostro, ac Comiti Urgelli, quem pro felici acquisitione regni predicti ad partes illas duce domino e vestigio destinamus. Cui supplicationi favore benevolo annuentes, considerata bona et laudabili affectione civium predictorum, ex qua veluti nobis placidos et acceptos regia benevolentia eos amplectimur, et benignitate nostra dignos prospicimus obtinenda, volentes eos sic dignis gratiare premiis, et libertatis collationibus ampliare, ut sub nostro felici dominio pacis et immunitatis lenitatem sentiant, et dicta civitas plenis ac continuis proficiat incrementis, eiusque cives et habitatores ad nostra nostrorumque servitia et beneplacita promptius et animosius inducantur. Propterea prescriptis civibus, et universitati civitatis iam dicte effectualiter adimplentibus, et prestantibus memorato infanti Alfonso ea que pro parte sua coram celsitudinis nostre culmine iam per scribam sunt oblata, per nos et nostros cum presenti privilegio nostro perpetue valituro gratis, et ex certa scientia enfranchimus, ac francos liberos et imunes facimus universos et singulos cives et habitatores dicte civitatis Sassari, presentes pariter et futuros, ab omni peuta, questia, et alio quocumque servitio coacto, et ab omni etiam levida, pedagio, penso et mensuratico, passagio, portatico atque ribatico, tam in dicto regno nostro Sardinee et Corsice, et singulis ei adiacentibus, quam in aliis regnis et terris nostris Aragonum, Valentiae, Cathaloniae, et in aliis etiam, quas dante Domino acquisierimus, seu acquirere poterimus nos vel nostri. Sic quod ipsi vel aliquis eorum nobis vel nostris, non donent, nec dare teneantur peutam aliquam, questiam aut servitium coactum quodcumque, nec in ipso regno nostro Sardinee, vel aliis regnis et terris nostris predictis solvant aut solvere teneantur pro aliquibus rebus seu mercibus suis quas secum detulerint seu portari fecerint levidam aliquam, pedagium,

portaticum, atque ribaticum, immo sint a predictis omnibus et singulis liberi perpetuo et immunes. Exercitus vero, hostes et cavalcatas retinemus et salvamus nobis et nostris in dicta universitate et habitatoribus eiusdem, et terminorum suorum sub hoc modo, videlicet; quod quando et quotiens a nobis vel nostris successoribus seu officialibus fuerit demandatum, dictos exercitus hostes et cavalcatas fatiant et facere teneantur infra dictam insulam Sardinie tantum, per tempus quatuor mensium quolibet anno particulariter sive simul suis sumptibus et expensis. Et alibi seu ultra formam predictam exercitus ipsos, hostes et cavalcatas facere minime teneantur. Laudamus etiam et confirmamus civibus supradictis et singulis eorum hereditates et possessiones suas prout melius eas habent et tenent, et eis pertinent, ac possunt modo quolibet pertinere. Inhibentes expresse ne quis in dictis hereditatibus et possessionibus, aut bonis aliis seu rebus eorum mobilibus, vel immobilibus audeat vel presumat eos impedire aut modo quolibet perturbare, vel ab ipsis inde per violentiam aliquid occupare. Notariis seu tabellionibus dicte civitatis iam creatis laudamus et concedimus ipsum offitium notarie et usum eius. Ita tamen quodammodo regia auctoritate nostra, et tamquam a nobis auctoritatem habentes, et non alia quacumque utantur ipso offitio notarie. Salva tamen notaria, seu scribania curie dicte civitatis, quam nobis et nostris spetialiter retinemus, et de qua et in qua providere possimus, prout nostri et nostrorum placuerit voluntati. Verumtamen notarii alii, qui pro tempore creandi fuerint in dicta civitate, sint et ponantur inibi ac constituantur auctoritate nostra, nosque et nostri ad ipsum exercendum offitium constituamus personas ydoneas, non tamen appropriando nobis ipsas notarias, sed eas concedendo personis ipsis que offitio ipso libere uti possint. Praeses insuper in dicta civitate ponatur et constituatur per nos et nostris, vel de mandato nostro et nostrorum prout nostri et nostrorum placuerit voluntati. Qui Praeses offitium ipsum ad honorem et fidelitatem nostram, et tranquillitatem, ac bonum statum dicte civitatis et habitatorum eius exerceat plebarie atque bene, nosque et nostri ipsi presidi provideamus de salario competenti. Appellationes quoque a processibus et sententiis in dicta civitate ad nos vel nostros seu gerente vices nostra in dicto regno plenarie devolvantur, quas infra dictam insulam Sardinee audiri volumus, et etiam terminari, nec possint dicti cives extra dictam insulam pro ipsarum appellationum prosecutione vocari aliquatenus sive trahi. Preterea concedimus civibus memoratis, quod viso brevi eorum super suis statutis seu consuetudinibus edito, ipsoque discusso plenius et attento circa ea corrigenda, aptanda, seu in melius emendanda, addendo vel subtrahendo providebimus, habito consilio proborum hominum civitatis ipsius, prout ad honorem nostrum, et dictorum civium tranquillum et bonum statum ac cultum iustitie cedere dignoscatur. Concedimus etiam eisdem quod castaldio et alii offitiales per nos ponendi in dicta civitate pro ordinandis, et recognoscendis pensis mensuris, et colligendis caloniis (1) penis seu aliis iuribus, ponantur et constituantur ibi per nos et nostros suffitientes et ydonei, qui tamen sint de dicta civitate et habitatores eiusdem. Statuimus denique atque concedimus quod de cetero in dicta civitate vel eius terminis non immittatur seu immitti possit aut vendi vinum aliquod extraneum vel vendemmia, nisi tantum vinum et vendemmia collecte ipsius civitatis et terminorum suorum. Adiicimus quoque atque concedimus quod si in prosecutione acquisitionis dicti regni nostri Sardinee et Corsice contingerit dictam universitatem contra aliquam vel aliquas civitates, castra, villas seu loca, aut habitatores earum nobis vel domino nostro rebelles que sint infra triginta miliaria in circuitu dictae civitatis Sassari constituta, exercitum vel processum cum armis facere per se ipsos cum praeside dicte civitatis, vel cum familiis nostris armorum, et ipsas civitates, castra, villas, seu loca, et habitatores earum rebelles nobis et nostro dominio per vim et cum armis subiugare, ipse civitates, castra, villas, seu

loca sic adquisita vel subiugata, et habitatores earum, subsint ex tunc dicte civitati Sassari, et iurisdictioni ac dominationi nostre, et offitialium nostrorum civitatis eiusdem, et ipsi offitiales nostri utantur in eis, et uti possint, et debeant prout plenius et melius uti debuerint in dicta civitate Sassari et pertinentiis seu terminis eiusdem, et de pertinentiis dicte civitatis Sassari nihilominus censeantur. Arrendamenta etiam seu obligationes per eos iam usque nunc facta seu factas de redditibus seu iuribus dicte civitatis pro solutione debitorum dicte universitatis seu construendis operibus murorum, vel aliis necessitatibus ipsorum, laudamus et confirmamus, et eas ratas esse volumus atque firmas, ac precipimus firmiter observari. Ad ulteriorem insuper gratiam et cautelam civium predictorum, et ut clementie nostre gratiam se cognoscant integraliter assecutione, omnes et singulas offensas, et alios quoscumque excessus per ipsos, seu inter ipsos huc usque commissas, ac dissensiones nostras, concitationes, vel alias contensiones criminales et civiles eis et eorum cuilibet de speciali gratia remittendas duximus, et penitus relaxandas, sicque de cetero per nos vel nostros non possint pro predictis vel aliquo predictorum conveniri demandari aut pena aliqua condempnari, nec nos de ipsis intromittere debeamus. Attamen incarceratis iam seu exclusis aut relegatis ab ipsa civitate misericorditer nos si voluerimus habeamus, ipsosque ad civitatem ipsam reducere, si et quando nostre regali placuerit voluntati, et bona sua eis restitui facere, in eo statu quo tunc fuerint, exceptis tamen fructibus inde perceptis, et dampnis substentis, quos et que ipsi sic reducti non possint petere vel habere. Denique concedimus civibus supradictis, quod nullus extraneus audeat vel presumat in botecis, vel cellariis aut domibus, pro tenendo blado vino vel mercibus ipsorum civium deputatis, seu in domibus etiam viduarum se ponere, vel etiam hospitari, nec ipsi cives aut aliquis ex eis teneantur ipsos extraneos ad hospitandum in predictis admittere seu etiam receptare. Mandantes per presens privilegium nostrum dicto inclito infanti Alfonso, nec non quibuscumque officialibus nostris seu presidentibus tam in dicto regno Sardinee et Corsice, quam alibi in aliis regnis et terris nostris constitutis et constituendis, ac levidariis, pedagiariis, collectoribus, seu quibuscumque aliis officialibus nostris presentibus et futuris, quod premissam franchitatem libertatem et gratiam nostram, et omnia et singula per nos superius concessa firma habeant et observent, ac fatiant inviolabiliter observari, et non contraveniant, nec aliquem contravenire permittant. In cuius rei testimonium presens privilegium nostrum, maiestatis nostre sigillo appendititio communitum sepedictis civibus fieri iussimus atque tradi. Datum Barchinone, Nonas Madii, anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo tertio.

Signum… Iacobi Dei gratia regis Aragonum Valentie Sardinie ac Corsice ac comitis Barchinonie.

Testes sunt: Infans Petrus Domini Regis filius ac comes de Ripavercia.

Infans secundus Berengarius eiusdem domini regis natus.

Pontius Barchinonie episcopus.

Dalmacius vicecomes de Rocabertino.

Guilbertus de Sentillis etc.

Fuit clausum per G. Augustini scriptorem domini regis.

NOTE

(1) Forse *tholoniis*.

XIV.

Napoleone, cardinale diacono del titolo di S. Adriano, scrive a D. Giacomo II re di Aragona dalla città di Avignone; gli manifesta la sua contentezza pe' soccorsi inviati a Ugone giudice *di Arborea, e per la spedizione armata, capitanata dall'Infante D. Alfonso, che si preparava per la conquista della Sardegna: lo informa dello stato, in cui egli avea lasciato l'isola, e di quanto avea operato il suddetto Ugone contro i Pisani, dichiarandosi per il primo a favore della causa regia; magnifica perciò i meriti grandissimi del giudice; e dice di avergli scritto efficacemente, e che gli scriverebbe di nuovo, affinchè recasse ad effetto quanto si era concertato alla sua presenza, e dell'arcivescovo di Arborea, da Vitale di Villanova, e Guglielmo Olomario ambasciatori di esso re di Aragona da una parte, e Mentanario inviato di Ugone dall'altra, tosto che l'Infante arriverebbe a Sardegna.*

(1323, 23 maggio).

Dal R. Archivio di Barcellona, Armar. VIII. Sard. Num. CCCXXXXVIIII.

Serenissimo Principi Domino Iacobo, Dei gratia, Regi Aragonum, Valentiae, Sardiniae, et Corsicae, Comitique Barchinonae, ac Sanctae Romanae Ecclesiae Vexillario, Amirato, et Capitaneo generali, amico nostro charissimo, Neapoleo miseratione Sancti Adriani Diaconus Cardinalis, salutem, et paratam ad beneplacita voluntatem. Litteras Serenitatis Regiae letanter recepimus, et gaudemus quam plurimum, tam de celeri succursu transmisso, per magnificentiam Regiam, ad petitionem nobilis viri domini Ugonis, Vicecomitis de Basso, Iudicis Arboreae, quam etiam de praeparata expeditione faelicis stolii vestri, cum quo Inclitus Princeps Primogenitus vester, Infans Dominus Alphonsus, Comes Urgellens accelerare festinat, ad consecutionem, Deo auctore, insularum Sardiniae, et Corsicae, possessionis regni vestri, quam Dei auxilio praeeunte, facilem cum gaudio expectamus, secundum negotii qualitatem. Credimus certe, quod providus, et discretus vir Guyllermus Oulomarii, consiliarius dilectus, et familiarius Regius, relatione veridica, sapientiae Regiae nostrum, quem vidit recitavit affectum. Sed in veritate, charitas, et sincera affectio cordis nostri, ad omnem honorem, et exaltationem Regiae coronae vestrae, et domini Infantis, plus flagrant in corde nostro, quam possimus exterius opere demonstrare. Praedicto autem domino Iudici Arboriensi jam efficaciter scripsimus, et iterum scrivemus, quod ea quae fuerunt ordinata, in praesentia nostra, ac venerabilis in Christo Patris Archiepiscopi Arboriensi ac nobilibus militis vestri, et ambaxiatoris, et consiliarii, Domini Vitalis de Villanova primo, et postmodum praedicti consiliarii vestri, et nuntii Guyllermi Aulomarii, ac Montanarii, nuntii praedicti Iudicis, statim cum dominus Infans intraverit Sardiniam, complete, perfecte studeat cum effectu, et Regiam magnificentiam ex abundanti ortam, ut eidem Iudici, ea, que tractata sunt, plene, et gratiose faciat observari. Nam primitas adhaesionis coronae Regiae, et resistentiae, quam primo fecit contra Pisanos, magnum locum obtinet meritorum, nec haec scribimus, quia de praedictis in aliquo dubitemus; sed ut sapientia regalis pectoris Dominum Infantem informet, ut super hiis, et super aliis, quae occurrent strenue, et viriliter, sapienter, et discrete procedat, et quod semel ex ore suo processerit, cum circunstantiis predictis observare nitatur. Nam sic eius crescet honor, et fama, et non solum sibi subiecti ex debito, sed etiam alii sub umbra eius fiducialiter requiescent. Sicque alia occurrant per nos possibilia fieri, secura fiducia placeat intimare. Circa negotium religiosi viri fratris Ferrarii de Apilia, fecimus quod potuimus, et in futurum

sine negligentia faciemus; quia quidquid Serenitas Regia nobiscum tanto recomendat affectu non possemus negligere; tamen sciunt nuntii vestri, quod Sanctissimus Pater Dominus noster est in aliquibus stricti juris; speramus tamen quotidie meliora, maxime si arriserint prospera, in assumptione praedicta, ut jam grata nuntia manifestant. Postquam usque huc praesentes litteras fieri feceramus, intelleximus, quod nuntius, qui portabat litteras nostras praedictas Iudici Arboreae, adhuc erat Nisiae in transitu impeditus, sed solliciti erimus efficaciter soribere per alium, non semel, sed pluries sicut fuerit opportunum, et nunc alias eidem Domino Iudici litteras scribimus, cuius thenor in littera Goulomarii continetur.

Datum Avinionis die XXIII. mensis madii.

XV.

I capitani di guerra di Villa di Chiesa *(Iglesias) in Sardegna scrivono agli anziani, al difensore, e al capitano generale della masnada, e dei cavalli del Comune di Pisa, chiedendo armi, munizioni, e vettovaglie per la difesa della terra commessa alla loro custodia, e informandoli che la flotta aragonese, che trasportava l'armata destinata per la conquista dell'isola, era giù in vista nel mare presso Oristano, e che Ugone (III)* giudice *di Arborea si trovava accampato in vicinanza di Pavilione (*Pabillonis*) con gran nerbo di fanteria, e di cavalleria*.

(1323, 11 giugno).

Dal Regio Archivio di Barcellona, Armario VIII. Sardiniae. Num. CCCCXI.

Thenor litterae missae per capitaneos stabilitae Villae Ecclesiae, communis Pisanorum, et fuit capta in via cum cursore.

Multae discretionis, et sapientiae viris Dominis antiquis Pisanorum populi, et magnifico Domino Comiti Ramerlo de Donoranto (1), et sextae partis Regni Callaretani Domino, et Capitaneo generali totius mesnadae ab equo Pisanorum communis, nec non Pisanorum populi defensori debite reverendis, et honorandis. Vicus Dominii Rosselmini, et Iacobus de Septimo, capitanei guerrae in Villa Ecclesiae, pro communi Pisanorum, se ipsos cum recomendatione, et debita reverentia, et honore. Noveritis, et vestra noverit Dominatio thenore praesentium: quod die veneris X junii percepimus, quod armata regis Aragonum erat in mari prope Arestanum, cum toto exercitu, et istuelo suo, quod nos non credentes, nec praedictis fidem cum effectu adhibentes, die veneris subsequenti missimus quosdam super quemdam montem, unde dicta armata videri poterat, et verum sciri, qui retulerunt, quod eorum oculis dictam armatam viderunt, et quod per ea quae comprehenderunt, dicta armata, cum dicto exercitu, et istolio poterat applicare portui Arestani hodie per totam diem; et quod erant multa vela, quae connumerare non poterant, tamen videbatur eis, quod essent ultra centum vela, et ligna.

Item, noverit vestra Dominatio, quod Iudex Arboreae est apud Pavilionem cum magna gente peditum et equitum. Noverit autem vestra Dominatio, quod terra Villae Ecclesiae, et nos, multis adhuc fornimentis, et reparationibus indigemus, et etiam peditibus, et equitibus, ordeo, et grano, et aliis, et quod terra esta a modo de bonis, et sufficientibus reparationibus, et fortellitiis in bono esse, et bene reparata, afortiata, et munita muris, foveis estaccato, turribus, vardesquis, et aliis. Ita quod si haberemus illam gentem peditum, et equitum, vobis alias, a nobis scriptam, a toto mundo, et tam Christianis quam Sarracenis defenderemus. Et quia pro maiori parte gens peditum, et equitum, quae est in Villa Ecclesiae est de meliori de mundo, et cum maiore voluntate bene operandi, et faciendi ad honorem Pisanorum communis, tamen valde mesnada conqueritur, quod denarios non habent, et servire non possunt, pro eo quod non habent de quo vivere, et omnia arma subpignorarunt. Et ut scitis mesnada nunquam bene facit, nisi sibi solvatur secundum promissa, et pacta, et male bellari potest sine armis. Quare Dominationi vestrae humiliter, et devote supplicamus, quatenus velitis nos, et terram Villae Ecclesiae Capitaneis de Callari pro communi Pisanorum recomendare, et quod sint solliciti, et intenti, et providi ad reparationem, et conservationem Villae Ecclesiae, quemadmodum ad illam Castelli Castri; qui idem sumus, et scribere eis,

quod in aliquo vobis opportuno non desistant, et eosdem nichilominus redarguatis de multis inconvenientibus factis ab eis, nobis, et mittatis nobis pecuniam pro solvendo stipendiariis ab equo, et pede, et totae mesnadae, ab equo, et pede quo nichil utilius, et gratiosus habere possumus, et sine qua factum nostrum bene esse non possent: et nichilo tantum indigemus, quantum pecunia, que pactata mesnada, et facta solutione eidem unus valeret pro multis, et eam facere deveniri ad manus camerarii Pisanorum communis in Villa Ecclesiae, vel ad manus alterius de quo bene confidere possitis, ita quod solutio fiat in villa, eo quod non esset bonum quod alibi fieret, ne gens absentaret se a Villa, ex isto, quod possibilitas incumberet, quia terra non bene maneret sine mesnada. Et mittatis ita expresse praecipiendo capitaneis guerrae in Castello, quod ita fiat, cum non obstante, quod decem Baneriis nuper missis in Sardiniam, per nos deberet fieri solutio in Villa, et Vaccheta in qua homines scripti essent veniret ad nos, et supra scriptam nobis diceret ipsam aperierunt, et nobis apertam misserunt, et eis solverunt. Et mittatis nobis iuxta posse vestrum, illam gentem militum, et peditum, de quo vobis alias scripsimus. Tamen ad consolationem vestram, et ad dandum vobis gaudium, et cessandum omnem merorem, damus vobis ad intelligendum, Deo Domino nostro, et Beata Maria protectione nostra favente, quod per ea, quae sensimus de nobis, et gente nostra, et fortitudine, et reparatione terrae, et bona voluntate gentis nostrae, dictam terram ad honorem, et bonum statum Pisanorum communis, et populi, et amicorum Pisanorum communis, et ad opprobrium, et vituperium, et destructionem in illius muluti Iudicis, et exblacati Regis Aragonum, et omnium inimicorum Pisani communis defendemus, conservabimus, et custodiemus, hoc semper intellecto in predictis, quod omne praesidium gentis licet loquendo, quod nobis mittere potestis, quam citius poteritis ad terram Villae Ecclesiae destinetis: quamvis omnem timorem, et tristitiam deposuerimus, et stemus in gaudio, et consolatione, credentes inimicos Pisani communi in insula Sardiniae degentes, ponere in conflictu, quod Deus, et ius nobiscum est, et sinistrum, dante et concedente Deo, advenire non posset. Scriptis praedictis, accepimus nunc, et exploratorem dicentem, quod omne armata hodie, vel cras applicabit portui Castelli, vel Palmae de Sultio.

Datum in Villa Ecclesiae, tertio Idus Iunii VJ inditione.

NOTE

(1) Legg. *Donoratico*.

XVI.

Il corriere Guiccio da Fabriano, arrestato per via con la lettera dei capitani di guerra di Villa di Chiesa*, ed esaminato diligentemente da Pietro di Serra capitano della masnada di Ugone* giudice *di Arborea, dà ampie informazioni sullo stato di difesa, e sulle condizioni in cui allora si trovavano la terra suddetta, e il castello* di Castro.

(1323, 12 giugno).

Dal R. Archivio di Barcellona, Armar. VIII. Sardiniae. Num. CCCCXI.

Depositio cursoris, qui captus fuit, cum littera proxime scripta.

Examinatio facta per nobilem virum Domnum Petrum de Serra, capitaneum masnadae magnifici domini, domini Ugonis Iudicis Arboreae, de Guiccio de Fabriano, nuntio communis Castelli Castri super novitatibus, et conditionibus Castelli Castri, et Villae Ecclesiae, die dominica XIJ. mensis iunii, millesimo tercentesimo XXIII. Inditione VI.

Guiccius dictus, interrogatus a dicto capitaneo, quot homines ab equo de masnada sunt in dicto castro, dixit: Quod est ibi Henricus Theuthonicus conestabilis, cum quadraginta Theuthonicis ab equo, et decem Italianibus: Ita quod sunt in totum de masnada, quinquaginta, et non plures. Interrogatus, quot Burgenses possunt esse in dicto castro, habentes eques? Dixit: Forte XX. et viginti cives, habentes viginti equos. Interrogatus, quot equos possunt habere officiales dicti castri? dixit: Forte possunt habere viginti quinque equos. Interrogatus, quot capitanei guerrae sunt in Castro? dixit duo: Dominus Ioannes Gininus, et Petrus Frederici, et duo castellani. Interrogatus, quot homines a pede de mesnada sunt in praedicto castro? dixit: bene trecenti a ballista, nomina capitum peditum, dixit, quod nescit. Interrogatus, quot homines Terassani, et de appenditiis possunt esse in Castro? dixit: bene novicenti. Interrogatus, si in castello retinent portas clausas? dixit, quod non. Interrogatus, quae custodia sit in Castro? dixit, quod de nocte; et de die retinent homines in turribus, et scala guardias, per terram. Interrogatus, si aliqui homines morti sunt in Castello Castri propter istas novitates? dixit: quod sic, quod fecerunt incidi caput cuidam Burgensi dicti Castri, qui vocabatur Magister Bernardinus Physicus; quia dixit: Diabolo placeat, quod isti Catalani veniant, et dicit, quod ab eodem die, post mortem dicti Magistri Bernardini, Terrasani dictae terrae Castri sunt multum turbati, et habent Pisanos multum odio. Interrogatus, qualiter homines dicti Castri de victualibus sunt parati? dixit: forte suo iudicio communiter per sex menses. Interrogatus, de quo dubitant magis homines dictae terrae Castri? dixit: de difficiis, qui vocantur machinae, et de assedio continuo. Interrogatus, si aliquod lignum erat ibi, quod nuper venisset de Pisis? dixit: quod non, nec quod sit paratum ad praesens ire versus illas partes. Interrogatus, quot difficia sunt in dicto Castro parata ad prohiciendum? dixit: quatuor. Interrogatus, qua die fuit in castro? dixit: die veneris X. praesentis mensis iunii. Haec omnia dicta, dixit se scire de conditionibus Castelli Castri predicti.

Super conditionibus vero Villae Ecclesiae interrogatus a dicto capitaneo, qua die fuit in Villa Ecclesia? dixit: die sabbati XI. praesentis mensis iunii. Interrogatus, quot homines de mesnada ab quo sunt in villa? dixit: quod sunt ibi in villa quinque banderiae equitum, ab equo, sunt in qualibet banderia XX. quinque homines ab equo, cum vigintiquinque

ronsinis: Ita quod sunt in totum homines ab equo, centum vigintiquinque, cum centum vigintiquinque roncinis: dixit, quod sunt ibi conestabiles quinque, quorum nomina sunt haec: Verus de Citona, et est infirmus, Cioculus de Arimino, Mafulus de Civitate Castelli, Petrus Rustici de Sancto Minato, et Corrade Theuthonicus: dixit, quod sunt ibi duo capitanei guerrae Dominus Vicus Ronselmini, et Iacobus de Septimo, Dominus Pinus Sasetta, et Dominus… iatthinus Sampante, consiliarii, duo rectores, nomina quorum ignorat. Interrogatus, quot equos retinent dicti officiales omnes? dixit: bene triginta Burgenses retinent XXX. equos. Interrogatus, quot pedites de mesnada possunt esse in villa? dixit: quod XL banderiae, et pro qualibet banderia possunt esse vigintiquinque, vel XXX. homines: Ita quod inter omnes, possunt esse mille homines. Interrogatus, quot homines Terrasani possunt esse in villa? dixit, quod bene sexcenti, vel in circa; dixit quod Villa est fossata tota circum circa, et astechata tota circum circa, et murata media, et dixit: quod sunt ibi viginti turres muratae, et dixit: quod castrum Sancti Guat dictae Villae est astechatum, et fossatum circum circa, et una Turris est ibi murata, et una alia fundata. Interrogatus, qualiter est fornita de victualibus: dixit: quod nescit; sed starellus grani est valoriis VIIJ. solidorum. Dixit: quod sunt ibi duo difficia, et quatuor alia, quae non sunt acta. Interrogatus, qua die fuit in villa praedicta? dixit: heri die sabbati XI. praesentis mensis iunii.

XVII.

Ugone III di Arborea scrive all'Infante D. Alfonso di Aragona; gli dice di aver ricevuto la sua lettera; e lo informa, ch'egli si trovava accampato a dieci miglia di distanza dal castello di Cagliari; che l'indomani si spingerebbe più innanzi, onde impedire le vettovaglie ai difensori del castello; e che intanto avea impedito le devastazioni e gl'incendi che i Pisani commettevano tutto all'intorno; lo consiglia ad approdare al porto di Solci*; lo previene, che colà gli si presenteranno, per ricevere gli ordini, Aldobrando di Serra, e Gomita di Azene, potenti* Solcitani*, suoi devoti, e fautori; gli dà notizia di parecchi altri fatti relativi alla guerra contro i Pisani, ed alla spedizione aragonese per la conquista della Sardegna; e gli trasmette la lettera dei capitani di* Villa di Chiesa *stata intercettata, e la deposizione del corriere Guiccio de Fabriano*.

(1323, 12 giugno).

Dal R. Archivio di Barcellona, Armar. VIII. Sardiniae. Num. CCCCXI.

Excellenti, et Magnifico viro, Domino Infanti Alphonso, primogenito Serenissimi Domini, Domini Iacobi, Dei gratia, Aragonum, Valentiae, Sardiniae, et Corsicae Regis illustris, Comitisque Barchinonae, et Sanctae Romanae Ecclesiae Amirate, Vexillarii, et Capitanei generalis, Ugo Vicecomes de Basso, eadem gratia, Iudex Arboreae, cum debita recomendatione se totum. Litterae Magnitudinis vestrae michi delatae per Petrum de Podio, datum prope caput de Neapoli IIJ Iunii, magnum michi gaudium attullerunt, eo quod pro ipsarum tenore mihi constitit evidenter, ad insulam Sardiniae, et ad praedictum locum, sicut longo tempore meus animus expectavit, vestram Excellentiam cum vestro faelici stolio incolumen pervenisse, de quo Omnipotenti Deo gratiarum exsolvo actiones, eum humiliter deprecans: Quatenus vos semper prospere dirigat, et personam vestram in salute, et sanitate conservet. Caeterum sicut per alias meas litteras, Excellentiae vestrae scripsi ego, cum nobilibus viris, dominis Dalmatio, Vicecomite de Rochabertino, et Geraldo de Rochabertino, et cum illa societate, quam habemus ad vestrum servitium, et honorem intravi iam Callarim, et perveni ad Villam, quae dicitur de Gumun, quae est prope Castellum Castri, ad decem miliaria, et inde cras mane propono discedere, et ad dictum Castellum Castri ad tria miliaria propinquare, et ibi cum dicta societate persistere, et manere, ne Pisani qui sunt in Castello Castri, grano novo, et ordeo se valeant communire, et ut gentes vestras de Lello, quas quasi omnes ad vestram obedientiam, et devotionem reduxi, a Pisanorum incendio liberem, quod quidem incendium ante adventum meum in villas aliquas dicti Pisani, et segetes iam fecerunt, et procurant fieri quantum possunt, ut quod ipsi retinere non possunt, aut defendere, dissipent, et incendant, et propter hoc in praedicto loco sicut praedixi morari intendo, donec Excellentia vestra aliud me iusserit facere, cum paratus sim semper Magnitudinis vestrae jussionibus obedire, nec de praedicto loco, ut ad praesentiam vestram veniam propono discedere, sine vestra conscientia et mandato; et ideo michi mandare dignemini, quid volueritis me facturum. Et quidem portu Sulcitano ad Villam Ecclesiae debetis, concedente Altissimo, salubriter progredi. Deliberavi nobiles viros Aldobrandum de Serra, et Gomitam de Asene, qui sunt de melioribus, et potentioribus Sulcitanarum partium, et qui diu ad vestram devotionem accesserunt, et qui honores vestros, una mecum hucusque promoverunt utiliter, et promoveri etiam procuraverunt, providum virum Magistrum Ricardum Physicum Medicum, nec non nobiles viros Bernardum Iudeum,

et Nadum, germanum suum de Vic ipsis qui sunt per Pisanos expulsi de Villa Ecclesiae, et in banno, et qui in Villa Ecclesiae, et in partibus Sulcitanis, longo tempore permanserunt, et per quos de conditionibus dictae Villae poterit vestra Excellentia veraciter informari, ad praesentiam vestram transmittere. Quare dictos Aldobrandum, et Gomitam, quos specialiter mitto, ut procurent pro portando res ad Villam Ecclesiae, vel ad locum ad quem res predictas Excellentia vestra portandas providerit, currus, et alia opportuna tamquam vestros devotos vestrae Excellentiae recomendo, quibus si placuerit vestra negotia in partibus Sulcitanis tractanda, Excellentia vestra committere poterit; quia per eos tractabuntur fideliter, et si essent aliqui indevoti, ad vestram devotionem utiliter procurabunt. Postquam vero per dictos Magistrum Ricardum, Aldobrandum Gomitam, et Nadum de Villa Ecclesiae fueritis informati, facietis circa expeditionem ipsius, quod providum, et maturum consilium providerit faciendum, et mihi mandabitis quod volueritis me facturum. Propterea quia postquam perveni ad partes Villae Ecclesiae, et Castelli Castri, guardiae, quas poni feceram per contratas, ceperunt heri unum cursorem, et hodie alium, cum litteris Pisanorum, eas dispositioni Excellentiae vestrae transmittere, et transmitto, ut per eas etiam de conditionibus Villae Ecclesiae, et Castelli praedicti, vestra Magnificentia informetur; praefatos autem cursores de conditionibus, et munitionibus Castelli Castri, et Villae Ecclesiae, cum diligentia examinari feci, et eorum examinationem feci redigi per scriptum, et eam vobis mitto praesentibus alligatam, ut per eam etiam informati, providere possitis, quod circa dicta loca facere habeatis.

Datum XII. Iunii.

XVIII.

L'Infante D. Alfonso di Aragona scrive a Ugone di Arborea, che avea differito, per mancanza di sufficienti carriaggi, la sua marcia dal porto di Palma di Solci a Villa di Chiesa*; che però manderebbe innanzi tre o quattrocento soldati verso* Villa Massargia*; e che intanto si raccomandava a lui, acciò gli fornisse al più presto i mezzi di trasporto, e le vettovaglie necessarie per l'esercito, giacchè senza il di lui efficace e potente aiuto non potrebbe riuscirgli felicemente l'impresa, per cui egli era venuto in Sardegna*.

(1323, 17 giugno).

Dai Regii Archivi di Barcellona, Registr. Sardiniae ab ann. MCCCXXI. ad ann. MCCCXXIII. fol. CLXXVIII.

Infans Alphonsus, Illustrissimi Domini Regis Aragonum primogenitus, eiusque generalis Procurator, ac Comes Urgelli egregio Viro Ugoni Vicecomiti de Basso, ac Iudici Arboreae, salutem, et gratiam. Licet hodie, quo praesens scribitur littera vobis, scripserimus: quod die Lunae proxime venienti intendebamus recedere de Portu Palmae de Sols, versus Villam Ecclesiarum progressuri; quia tamen recognitis curribus, quos in partibus istis potuimus habere, est totaliter impossibile, nos cum tota gente nostra simul progredi, nec etiam in parte sufficienti, nostro honore servato, deliberaverimus pro meliori praemittere trecentos, vel quatuorcentos milites cum curribus quos habemus, apud locum de Villa Massargia, et statim, cum ibi fuerint remittant nobis currus, ut cum illis tot victualia praemittamus iterato, ac iterum, quousque muniri possimus decenter, ne defectu victualium haberemus discedere a proposito supradicto. Vos autem, quia dicti currus etiam nobis non sufficiunt, mittatis apud dictum locum de Villa Massargia tot, quot poteritis currus illis onustos victualibus, quibus nostrum exercitum indigere pensatis, ut vestra subventione, nostroque apparatu, quem hic continue procuramus, et mittimus, propositum nostrum sortiatur effectum. Illi autem milites quos promittimus facere viarum securum accessum, et iniungatis ductoribus… quod obediant illi, quem praefecimus militibus supradictis nec minus per vestras litteras quam cito poteritis, sine mora significetis nobis diem recessus curruum vestrorum, et diem applicationis eorum apud Villam de Massargia. In praemissis autem curam, et diligentiam sollicitam praebeatis omnino, sic quod vestra industria et ardua solicitudine, nostra, vestraque intentio ad prosperum ducatur effectum; quia sine vestrae nobilitatis auxilio, ut nobis videtur expresse, id quod intendimus, ad optatum nullatenus duceretur effectum. Milites vero quos praemittemus erunt ad tardius in loco praedicto de Massargia die martij proxime venienti. Datum in Portu Palmae de Solz XV. Calendas Iulij anno Domini M.CCC.XXIII.

XIX.

L'Infante D. Alfonso partecipa a suo padre D. Giacomo II re di Aragona il suo arrivo al porto di Solci *in Sardegna, lo informa di molte circostanze relative al suo viaggio, alla sua impresa, ed alla cooperazione prestata alla causa regia, contro i Pisani, da Ugone* giudice *di Arborea; lo previene che andava a mettersi in marcia coll'esercito verso* Villa di Chiesa*; e gli dice, che conferirebbe a voce con detto* giudice*, e con Bernaba, e Branca Doria, sovra quanto era stato trattato a riguardo delle faccende dell'isola*.

(1323, 18 giugno).

Dai R. Archivi di Barcellona, Armar. VIII. Sardiniae, Num. CCCCXI.

Excellentissimo, ac Magnifico Principi, et Domino, Domino Iacobo, Dei gratia, Regi Aragonum, Valentiae, Sardiniae, et Corsicae, Comitique Barchinonae, ac Sanctae Romanae Ecclesiae Vexillario, Amirato, et Capitaneo generali, Infans Alfonsus, eius humilis primogenitus, et generalis Procurator, ac Comes Urgelli, salutem, cum reverentia subiectiva, ac obedientia filiali. Princeps Serenissime, Pater, et Domine. Nuper existentes in portu Mahonis, insulae Minoricarum, per aliam litteram nostram, datam sub nostro sigillo secreto, sublimitati vestrae descripsimus tranquillum passagium, quod habueramus usque ad dictum portum Mahonis, et alia, quae usque ad dictae litterae datam nobis significanda occurrerant: nunc autem serenitati vestrae notificamus, quod die Mercurii octava praesentis mensis iunii recessimus de dicto portu Mahonis, versus insulam Sardiniae, cum faelici stolio nostro, nostrum dirigentes accessum, et quia navigantes in mari didisceramus, quod egregius vir Iudex Arboreae in manu potenti persequebatur Pisanos in dicta insula, adeo quod esse credebatur apud Villam Ecclesiae, deliberavimus divertere per portum, qui est prope Aristanum, ut ibi habita certitudine de progressu dicti Iudicis, et negotiorum, quae agimus appelleremus, sive ad locum del Alguer, prout disposuerat vestra veneranda paternitas, sive ad alium locum prout negotiis congruere videretur. Et cum fuimus apud locum, vocatum caput Neapolis, prope Aristanum, die sabbati quarta a die Mercurii praedicta, invenimus ibi quendam lembum nostrum, quem pridem misseramus ad Iudicem supradictum, et litteram ipsius Iudicis, per quam significabat nobis, quod ipse consulebat omnino, quod nos deberemus appellere ad portum Palmae de Sulcis, prope Villam Ecclesiae, per viginti quinque miliaria, eo quod locus Villae Ecclesiae est munitus, et stabilitus per Pisanos, et quod cum tota gente nostra aggrederemur potenter dictum locum Villae Ecclesiae, quem procul dubio haberemus (Domino concedente) et ipso habito facilius haberetur Castrum Callari, cum alia loca in insula Sardiniae non sint stabilita per Pisanos, praeter locum vocatum Terra Nova, et unum vocatum Ioyoso, quod est castrum satis competentis fortitudinis, et aliud vocatum Aygua freda, magnae fortitudinis. Qua recepta littera, eadem die, volutis velis venimus sero ad insulam Sancti Petri, et in crastinum die Dominica, venimus ad portum Palmae de Sulcis, ubi fuimus cum galeis, et navibus nostris simul: sequenti vero die Lunae tertiadecima praesentis mensis Iunii, descendimus in terra cum nobilibus, et militibus, gente, et apparatibus nostris, figentes Tentoria prope Villam Palmae de Sulcis, ibique statim venerunt ad Nos Sardi universitatum confinium dictae villae, cum magno gaudio Nos suscipientes, ac homagium facientes, et fidelitatis iuramentum praestantes, et continuo venerunt ad nos nuntii dicti Iudicis, cum litteris ipsius, et Nobilium Dalmatii Vicecomitis, et Geraldi de Rocabertino, per quas nobis significarunt, quod ipsi

cum eorum comitiva, erant prope Castrum Callari per tria miliaria, facientes colligi segestes totius illius contratae, ut aufferrentur Pisanis, et villae, quae ad nostram redierant obedientiam, se inde iuvarent; et informarunt nos, tam scriptis, quam dictorum nuntiorum relatione de statu Villae Ecclesiae, de quo constabat eis per litteras, quas illi de stabilita Villa Ecclesiae mittebant communi Pisarum, per quendam cursorem, qui eadem die per eos captus fuerat, et per ipsius relationem cursoris, et consulebant nobis omnino, quod Nos ad dictam Villam nostram maturaremus accessum. Nos autem ducti consilio praedictorum, ad ipsum locum Villae Ecclesiarum progredi festinamus, sed nondum potuimus hinc redere, propter penuriam quam habemus curruum, qui portent victualia, et arnesia nostra. De gente vero, quae est in stabilita Villa Ecclesiae, et Castri Callari, poterit celsitudo Regia informari per transumptum hinc inclusum litterarum, et aliorum scriptorum nobis inde missorum per Iudicem, et nobiles ante dictos. Nos autem, Princeps Serenissime, ac venerande pater, spem nostram in illo figimus, qui dedit hoc nobis initium, et cuius solius est finem dare salubrem, quod Nos in hijs faeliciter peragendis sui gratia prosperabit. Gens autem nostra incedit gaudens, et sana, nec iudicio illorum, qui nobis cum sunt invenimus talem ayerem, qualem praenuntiaverat fama, maiusque etiam bonum nobis inde prenuntiant de partibus villae Ecclesiae, tam in puritate aëris, quam in loci amaenitate, et aquarum copia, et victualium abundantia in excessu. Caeterum significamus Celsitudini Regiae, quod nuntius ille missus per Guantinum Catonis de Sacero, quando nos fuimus in portu Mahonis nondum inde recesserat, cum noluissent ipsum levasse, ut asseruit, naves quas duxerunt nobilis Vicecomes et Geraldus de Rocabertino praedicti, propter pressuram navigantium ibi; propter quod nos statim fecimus ipsum poni in quodam lembo armato, qui eum posuit in insula Sardiniae, et iniunximus ei, quod expedito negotio pro quo ibat, cum dicto Guantino, et aliis de universitate Saceri ad nos statim veniret, ubicumque essemus in insula supradicta, quem quotidie expectamus. Missimus etiam ad illustrem Regem Fredericum duas naves de maioribus stolii nostri, et quatuor uxerios, ultra illas tres in quibus navigarunt dicti Vicecomes, et Geraldus de Rochabertino, pro portandis victualibus, per dictum Regem Fredericum paratis. De armata aliqua facta per Pisanos, vel alios nobis adversos, licet diligenter exquisiverimus, nulla fit mentio. Nosque armatam nostram galearum accedentes, ut praedicitur, ad Villam Ecclesiae, dimitimus cum navibus, et aliis vasis stollii apud insulam Sancti Petri, bene ordinatam ad bellum, si necesse esset, cum ammirantis vestro, et Regis Maioricarum, stabilita guardia de lembis armatis cum caeteris oportunis. De tractatu habito inter Serenitatem Regiam, et Iudicem Arboreae, de quo in recessu plene informati sumus, nec de nobilibus Brancha de Auria, et Barnaba de Auria, cum adhuc Iudicem, aut ipsos non viderimus, non possumus certum aliquid resecare, sed idem Iudex debet esse nobiscum statim apud Villam Ecclesiae, ibique agemus in negotio prout sumus per Serenitatem Regiam informati, et de hiis, et aliis, prout dabit Altissimus significanda, frequenter curabimus intimare. Praeservet omnipotens Magnitudinem Regiam mentis, et corpore sanitate incolumen, et ad suum servitium dirigat plenis annis. Datum in castris apud portum Palmae de Sulcis XIIIJ Calendis julii, anno Domini millesimo CCC.XX. tertio. Sigillata.

Locus † sigilli.

XX.

L'Infante D. Alfonso di Aragona, ricevuto dagl'inviati del Comune di Sassari il giuramento di fedeltà, conferma al medesimo Comune le concessioni fattegli poco innanzi dal re Don Giacomo, e gli accorda nuovi privilegi, riguardanti specialmente il suo commercio interno, ed esterno, la nomina del suo Podestà*, e la restituzione dei* servi *fuggitivi*.

(1323, 4 luglio).

Dagli Archivi antichi della Città di Sassari.

Noverint universi quod nos Infans Alfonsus Illustrissimi Domini Regis Aragonum primogenitus, eiusque generalis procurator, ac Comes Urgelli, Attendentes clarissimum Dominum Regem genitorem nostrum predictum. Prospectis pene fidelitatis constantia, et affectu laudabili, quem et quam eius habitatores, ac universitas civitatis Sassari insule Sardinie hinc ad eum cuius dominium affectabant agnoscere, ipsius iussibus et beneplacitis parituri, ut coram Regia praesentia exposuit discretus Michael Petri fisicus, habitator civitatis predicte, ad ipsum dominum Regem cum littera credentie destinatus nuper, cives et universitatem eandem de speciali benevolentia quibus eosdem amplectitur sub speciali privilegio libertatis et aliis gratiarum largitionibus decorasse. Ipsis tamen eidem domino Regi vel nobis loco ipsius homagium et fidelitatis iuramentum prestantibus, ac adimplentibus ea que per dictum fisicum coram Regia presentia fuerint proposita seu oblata, ut in ipso privilegio confecto, sub datione Barchelonie nonas May, anno subscripto, clauso per manum Guillelmi Augustini domini regis scriptoris hec et alia noscuntur largius contineri, prospicientes etiam cives et universitatem ipsam per prudentes viros Matheum Caseum, Comitam de Via, Marabottinum Marabottum, et Gantinum Palas nuncios sindicos et procuratores universitatis et comunis Sassari nobis nomine domini Regis homagium et fidelitatis iuramentum reverentia debita prestitisse, et alia ad que tenebantur iuxta prescriptum privilegium devota promptitudine effectualiter implevisse. Idcirco cupientes cives et universitatem civitatis Sassari supradictam, ut vassallos fideles et naturales dicti domini genitoris nostri grassiosis [gratiosis] favoribus prosequi, ut viventes sub Regio dominio in eorum fidelitate letentur, privilegium predictum et omnia in eo contenta laudamus approbamus ratificamus confirmamus, ac etiam de novo eisdem civibus habitatoribus et universitati civitatis predicte concedimus, prout melius intellegi potest et dici, et sicut in eodem largius et plenius sunt inserta, reiecta condictione in dicto privilegio apposita, cum ex quo nobis ut predicitur fecerunt homagium et fidelitatis prestiterunt iuramentum, ut ipsa purificata condictio, ipsumque privilegium debeat iam dictis civitati et civibus Sassari pene et inviolabiliter observari. Considerantes preterea dictum dominum Regem nobis ad infrascripta potestatem plenariam inpendisse cum carta sua tenoris sequentis. – Noverint universi quod nos Iacobus Dei gratia Rex Aragonum Valentie Sardinie et Corsice, Comes Barchinone, ac Sancte Romane ecclesie vexillarius, amiratus et capitaneus generalis. Considerantes quod pro acquisitione Sardinie et Corsice regni nostri feliciter actore Domino peragenda, vos inclitum et magnificum Infantem Alfonsum carissimum primogenitum et generalem procuratorem nostrum ac Comitem Urgelli, Nobilium et militum ac peditum numerosa comitiva congrue sociatum destinamus ad presens, vobisque etiam regimine [regimen] ipsius Regni cum alia carta nostra certi tenoris sigillo maiestatis nostre munita duximus committendum. Idcirco volentes quod liberius et

aptius ipsius Regni regimini opportuna utilia et necessaria expedire possitis, tenore presentis carte nostre perpetuo valiture vobis concedimus et facultatem plenariam impertimus quod possitis in dicto Regno Sardinie et Corsice donationes quascumque de quibusvis bonis stabilibus pure et irrevocabiliter facere, sub feudo tamen et fidelitate nostris more Italico, vel ea in emphiteosim concedere. Et similiter ea quae ex dictis bonis inculta sunt sive herema donare vendere et assignare in perpetuum, aut ad viatorium seu ad tempus, vel etiam ad beneplacitum prout vobis utiliter videbitur expedire. Privilegia libertates seu franchitates aut immunitates quibusvis personis concedere, et terras aut hereditates aut iura que aliqui in dicto regno teneant confirmare. Nos enim quascumque donationes, aut in feudum subscripto modo, vel in emphiteosim concessiones, privilegia, libertates seu franchitates per vos faciendas in regno predicto validas ratas et illibatas esse volumus atque firmas. In cuius rei testimonium presentem cartam nostram inde fieri iussimus maiestatis nostre sigillo appendicio communitam. Data in castris apud portum fangosum duodecimo Kls [Kalendas] Iunii, anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo tertio. – Propterea ad cives et universitatem civitatis predicte quorum comodum sollicitius affectamus debitum habentes respectum volumus et per presentis carte nostre tenorem concedimus eisdem civibus et habitatoribus civitatis Sassari predicte ex uberiori gratia, quod non obstante inibicione seu statuto aliquo facto vel faciendo per quoscumque generaliter vel specialiter in locis aliquibus constitutis infra dictam insulam Sardinie de non extrahendo ab inde rebus seu victualibus aliquibus, dicti cives habitatores aut universitas civitatis Sassari possint de locis in quibus huiusmodi inibicio facta fuerit victualia extrahere absque incursu pene cuiuscumque ad civitatem ipsam pro eorum usibus et non alibi facere apportari. Valeant autem predicti cives et habitatores civitatis eiusdem ac licitum sit eisdem et corum singulis cum eorum rebus et bonis et mercibus navigare ad partes quas voluerint, terris inimicorum dumtaxat exceptis, nisi tamen ad haec obstet inibicio generalis per dominum Regem vel nos aut successores ipsius in dicta insula Sardinie facienda. Concedimus etiam dictis civibus, habitatoribus ac universitati predicte ut eadem civitas continua suscipiat incrementa, et felicibus successibus prosperetur, quod dictus dominus Rex vel nos aut successores sui nunquam civitatem ipsam cum appendiciis et pertinentiis suis in totum vel in partem permutabimus infeudabimus, aut alii aliquo titulo sive causa trademus vel alias separabimus a corona Regia vel permittemus causa vel modo aliquo separari. Volumus eciam et iam dicte universitati Sassari concedimus quod potestas vicarius vel alius preses qui per dictum dominum Regem genitorem nostrum aut successores ipsius prefici habebit pro tempore in civitate iam dicta et eius terminis non preficiatur de illis qui nunc tempore dacte [date] presentis privilegi dominium vel iurisdictionem habent in insula Sardinie, nec etiam aliquis qui sit civis vel habitator civitatis Sassari supradicte. Concedimus insuper in favorem civium et universitatis civitatis ipsius, quod quociescumque contingat aliquos servos vel servas civium et habitatorum ipsorum effugere et ab ipsorum potestate absque licentia discedere, servi vel serve ipsi si reperiri poterunt infra insulam Sardinie vel regno Aragonum, Valentie ac comitatu Barchinonie ac terras alias dicti domini Regis subiectas dominio restituantur et tradantur his quorum fuerint vel nunciis eorundem contradictione et obstaculo quiescentibus quibuscumque. Mandantes per presentem omnibus officialibus et subditis domini Regis collectoribus ac quibuscumque presidentibus tam in dicto Regno Sardinie et Corsice quam alibi in aliis Regnis et terris eiusdem domini Regis constitutis et constituendis quod premissam gratiam et concessionem laudationem et confirmationem nostram et omnia alia et singula per nos concessa superius firma habeant et observent ac faciant inviolabiliter observari, et non contraveniant nec aliquem contravenire permittant

aliqua ratione. In cuius rei testimonium presentem cartam nostram predictis civibus et universitati civitatis predicte nostro pendenti sigillo iussimus communiri. Datum in obsidione Ville Ecclesie, quarto nonas Iulii, anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo tertio.

XXI.

L'Infante D. Alfonso, in virtù di speciali e pieni poteri conferitigli da suo padre D. Giacomo II re di Aragona, concede in feudo nobile a Ugone III, e ai suoi eredi d'ambo i sessi, il giudicato *di Arborea, con le città, ville, castella, e luoghi tutti da lui posseduti in Sardegna; e Ugone presta solenne omaggio, e il giuramento di fedeltà al suddetto re di Aragona e suoi Reali successori*.

(1323, 5 luglio).

Dai Regii Archivi di Barcellona, Registr. Sardiniae, ab ann. MCCCXXIII. ad MCCCXXXVII. fol. LXXX.

In Christi nomine. Notum sit cunctis, quod nos Infans Alphonsus, illustrissimi Domini Regis Aragonum primogenitus, eiusque generalis procurator, ac Comes Urgelli, ex potestate nobis, in hac parte attributa, per Excellentissimum Dominum Regem genitorem nostrum praedictum, cum carta sua, eius Maiestatis sigillo appenditio sigillata tenoris qui sequitur. – Noverint universi huius scripti seriem inspecturi, quod Nos Iacobus, Dei gratia, Rex Aragonum, Valentiae, Sardiniae, et Corsicae, Comesque Barchinonae, ac Sanctae Romanae Ecclesiae Vexillarius, Admiratus, et Capitaneus generalis. Considerantes tractatum initum inter quosdam ex parte nostra, et quosdam alios nomine et pro parte nobilis viri Ugonis, Vicecomitis de Basso, Iudicis Arboreae ex altera, super conferendo, concedendo, atque donando per nos perpetuo, et irrevocabiliter in faedum, nobili eidem Ugoni, Iudici Arboreae, suisque heredibus, utriusque sexus, de suo corpore legitime descendentibus, sine diminutione aliqua, totum iudicatum Arboreae, et omnes terras, quas tenet dictus Iudex Arboreae praesentialiter in civitatibus, castris, et villis, iuribus, et pertinentiis suis omnibus, cum nemoribus, saltibus, aquis, aquarum decursibus, portubus, libertatibus, et immunitatibus eorum, a nobis, et successoribus nostris tenendum, et tenendam immediate, et in capite sub annuo servitio, seu censu, trium scilicet mille florenorum auri de Florentia, boni auri, et iusti ponderis solvendorum, annis singulis, in festo Apostolorum Petri, et Pauli, nobis, et nostris, ac vices nostras, et ipsorum gerenti in Sardinia, praesenti, et recipienti, et quod idem Iudex Arboreae, et heredes sui pro praedictis iudicatu, et terris, nobis, et haeredibus, ac successoribus nostris, per se, vel procuratorem, seu procuratores suos idoneos, more baronum nobilium, praestabunt homagium, et fidelitatis sacramentum, et quod de praedictis omnibus, et singulis fient litterae, privilegia, et alia munimenta necessaria, ad cautelam utriusque partis, cum omni iuris solemnitate, et securitate, ac firmitate debitis, et consuetis; Ideo volentes praemissa omnia ad effectum deduci, ac validam obtinere roboris firmitatem, nostrum et regium animum dirigentes, ad effectum laudabilem, et devotionem sinceram, quas progenitores dicti egregii iudicis, et ipse idem iudex, ad nos, et praedecessores nostros, et ad coronam nostram Aragonum, promptis voluntatibus exhibuerunt, et speramus per eum, et successores suos uberius exhiberi, affectantes erga eum, domusque suae promotionem, et solidationem, Nos favorabiles promutionis, et munificos largitores, et regali munificentia demonstrare, constituimus, et ordinamus vos inclytum et charissimum primogenitum, et generalem procuratorem nostrum Infantem Alphonsum, Comitem Urgelli, procuratorem spetialem nostrum, ac vobis plenarie committimus vices nostras, ad concedendum, conferendum, et donandum perpetuo, et irrevocabiliter per nos, et haeredes, ac successores nostros quoscumque in faeudum nobilem

praefato nobili viro Hugoni, iudici Arboreae, et haeredibus suis utriusque sexus, de suo corpore legitime descendentibus, sine diminutione aliqua, totum iudicatum Arboreae praedictum, in Regno nostro Sardiniae situm, et omnes terras, quas tenet dictus Iudex Arboreae praesentialiter, cum civitatibus, castris, et villis, iuribus, et pertinentiis suis omnibus, cum nemoribus, saltibus, aquis, aquarum decursibus, portubus, libertatibus, et immunitatibus eorum a nobis, et nostris haeredibus, et successoribus tenendum, et tenendam immediate, et in capite, sub annuo servitio, seu censu trium scilicet mille florenorum auri de Florentia, boni auri, et iusti ponderis, solvendorum annis singulis, in festo Apostolorum Petri et Pauli, nobis, et successoribus nostris, vel nostros, et ipsorum viceregenti in Sardinia praesenti, et recipienti, ac firmandum, et fieri faciendum ipsi nobili iudici Arboreae, vel eius procuratori, aut nuncio instrumentum, et instrumenta, privilegia, et alia monimenta ad cautelam utriusque partis, cum omni iure, solemnitate, et securitate, ac firmitate debitis et consuetis, super dicta concessione, collatione, et donatione omnium, et singulorum praedictorum consimilibus instrumentis, privilegiis, et monimentis, per vos recipiendis, et pro cautela nostrae curie reservandis, et ad recipiendum a dicto Iudice, seu eius procuratore, vel procuratoribus, et nunciis pro dicto Iudice, et haeredibus, ac successoribus suis, pro praemissis iudicatu, et terris, more baronum nobilium, homagium, et fidelitatis sacramentum, et ad investiendum de praemissis omnibus et singulis iam dictum Iudicem, vel eius procuratorem, seu procuratores, et omnia alia, et singula faciendum, et complendum, firmandum, explicandum, concedendum, et assentiendum nomine, et pro parte nostra, in praedictis, et circa praedicta, et eorum singula praedicta negotio necessaria, seu et opportuna, quae vobis videbitur quomodolibet expedire, et si mandatum exigerent speciale, et quae nos possemus personaliter constituti, et quae posset quilibet procurator, legitime constitutus: dantes, et concedentes per nos, et haeredes, et successores nostros, vobis in omnibus et singulis supradictis, plenariam potestatem, ac generalem administrationem cum libera, gratum, et firmum promittens habere perpetuo per nos, et haeredes nostros, quidquid vos in praemissis, et circa praemissa actum, gestum, firmatum, expeditum, seu explicatum, concessum, collatum, donatum, investitum, et receptum nomine nostro fuerit, eaque nullo tempore revocare, sub bonorum nostrorum omnium hypotheca: de praemissis autem, ad mandatum nostrum, factum est hoc praesens scriptum, maiestatis nostre sigillo appenditio roboratum. Acta fuerunt haec in castris apud portum fangosum, duodecimo kalendas Iunii, anno Domini M.CCCXXIII. Ad devota, recta, et clara servitia, iam dicto domino Regi genitori nostro, et nobis impensa fideliter, prompte, et utiliter per vos egregium virum Hugonem, Vicecomitem de Basso, Iudicem Arboreae, nec minus ad puram, et bonam voluntatem, quam progenitores vestri dicti Hugonis, erga honorem, et exaltationem domus nostrae Aragonum, multipliciter habuerunt, nostrum dirigentes intuitum, volentes vos dictum Hugonem, Vicecomitem de Basso, honorare, et specialiter insignire, ac in persona vestra, vestris temporibus, domum vestram Arboreae firmare, stabilire, roborare, vice, et nomine praedicti domini Regis, genitoris nostri, ac nostros, cum testimonio praesentis publici instrumenti, perpetuo valituri, damus, concedimus, confirmamus, et donamus perpetuo, et irrevocabiliter in faeudum nobilem, secundum morem Italiae, vobis dicto Hugoni, Vicecomiti de Basso, Iudici Arboreae, et haeredibus et successoribus vestris utriusque sexus, de vestro corpore legitime descendentibus, sine diminutione aliqua totum iudicatum Arboreae, et omnes terras, quas vos dictus Iudex Arboreae tenetis praesentialiter, cum civitatibus, castris, villis, iuribus, et pertinentiis suis omnibus, cum nemoribus, saltibus, aquis, aquarumque decursibus, hominibus, et faeminis, portubus, libertatibus, et immunitatibus eorum, servis, et ancillis, animalibus, daciis,

tributibus et servitiis realibus, et personalibus, a praedicto domino Rege genitore nostro, et haeredibus, ac successoribus suis, tenendum, et tenenda immediate, et in capite in faeudum nobilem, sub annuo servitio, seu censu trium millium florenorum auri de Florentia, boni auri, et iusti ponderis, solvendorum annis singulis, in festo Apostolorum Petri et Pauli, ipso domino Regi genitori nostro, et suis, vol eorum vices gerenti, in Sardinia, praesenti, et recipienti in Sardinia. Volentes, et concedentes, quod vos dictus Iudex Arboreae, et heredes vestri, utriusque sexus, de vestro corpore legitime descendentes, sine diminutione aliqua habeatis, teneatis, possideatis, et expletetis in faeudum nobilem, ut praedicitur, iudicatum praedictum, cum civitatibus, castris, villis, et locis, iuribus, et pertinentiis suis omnibus, et aliis supra dictis, prout melius et plenius ipsa hodie tenetis, et possidetis, de quibus vos investimus praesentialiter et corporaliter, cum ense nostro, quem vobis manualiter tradimus, in testimonium praedictorum. Ad haec nos Hugo, Vicecomes de Basso, Iudex Arboreae praedictus, cum summa gratiarum actione recipientes a vobis dicto domino Infante Alphonso, domino nostro, donationem et concessionem praedictam, promittimus, et convenimus per nos, et haeredes, et successores nostros in iudicatu praedicto, vobis illustrissimo domino Infanti praelibato, nominibus supradictis, quod erimus dicto excellentissimo domino Regi Aragonum, genitori vestro, domino nostro, et haeredibus, ac successoribus suis, pro praedictis nobis donatis, et in faeudum concessis, vassalli ligii, boni, et legales, sicut verus, et legalis vassallus, et solidus debet esse, pro faeudo suo, domino naturali, et vero, et pro praedictis nobis in faeudum donatis et concessis, attendemus dicto domino Regi genitori vestro, et successoribus suis in regno Sardiniae et Corsicae, tanquam veris dominis, nullumque alium dominum super eis recognoscemus, ac proclamabimus, ullo unquam tempore, immo ipsum dominum Regem, genitorem vestrum, et haeredes, et successores suos pro veris et solidis dominis nostris habebimus, et tenebimus perpetuo, ac solvemus nos, et haeredes, ac successores nostri perpetuo censum praedictum trium mille florenorum auri de Florentia, boni et recti ponderis, anno quolibet, in termino supradicto, memorato Domino Regi, vel successoribus suis, vel eorum vices gerenti, tunc ibi praesenti et recipienti in Sardinia, ut est dictum, et recipientes a vobis dicto domino Infante investituram praedictam de faeudo iam dicto, praesentialiter, et corporaliter, ut praedicitur a nobis factum, facimus de praesenti, pro faeudo praedicto, nobis, ut praemittitur, concesso, vobis dicto domino infanti recipienti, vice et nomine iam dicti domini Regis, genitoris vestri, et vestro nomine, homagium ligium, ore, et manibus commendatum, ac praestamus fidelitatis sacramentum, secundum formam fidelitatis, inferius comprehensam. Ego Hugo, Vicecomes de Basso, Iudex Arboreae praedictus, juro ad Sancta Dei Evangelia, quod ab hac hora in antea, habebo, et tenebo pro domino meo, illustrissimum et potentissimum dominum domnum Iacobum, Aragonum, Valentiae, Sardiniae et Corsicae regem praedictum, et excellentem, ac inclytum domnum dominum infantem Alphonsum, eius primogenitum et generalem procuratorem, ac comitem Urgelli, jam dictum, et omnes haeredes, et successores eorum in dicto Regno Sardiniae et Corsicae, et quod ero eis, et cuique eorum fidelis, non ero in concilio, aut tractatu, quod ipsi, vel aliquis eorum capiantur aliqua captione, et quod ipsi, vel aliquis eorum perdant personam, aut membrum, terram, castellum, villam, aut aliquem honorem, vel dignitatem eorum, et si ego scivero, qui hoc tractet, vel tractare vellet, aut facere, disturbabo toto posse meo, et si ego non possem disturbare, quam cito potero significabo eis, vel eorum alicui, et si eis significare non possem, significabo illi, vel illis, per quem, vel quos hoc valeat ad eorum notitiam pervenire, praecepta eorum faciam, et eis obediens ero, consilia, quae mihi credituri sunt, eis fideliter dabo, juxta discretionem a Deo mihi datam, credentias, quas mihi imposituri

sunt, pro credentiis tenebo, usque ad eorum beneplacitum, masnadam, et gentem eorum custodiam, et servabo, iuxta posse meum, si Deus me adjuvet, et haec ad Sancta Dei Evangelia, manibus meis corporaliter tacta. Ad praemissorum autem omnium memoriam sempiternam, fuerunt facta duo publica instrumenta, per alphabetum divisa, sigillo praefati domini Infantis appenditio communita, alterum habendum, et tenendum per dictum dominum Regem, seu dictum Infantem praedictum, et alterum habendum, et tenendum per Iudicem memoratum. Quae fuerunt acta in obsidione Villae Ecclesiae tertio nonas Iulii, anno Domini MCCCXXIII. Signum † Infantis Alphonsi, illustrissimi domini Regis Aragonum primogeniti, eiusque generalis procuratoris, ac comitis Urgelli. Sig†num Hugonis, Vicecomitis de Basso, Iudicis Arboreae, qui haec facimus, laudamus, et juramus, et homagium facimus. Testes sunt nobiles Arnaldus de Luna, Guillermus de Angolaria, Ioannes Eximini de Urrea, Guillermus de Cervilione, Petrus de Queralto = Sig†num mei Clementis de Sala Viridi, scriptoris illustrissimi domini Infantis praedicti, qui de mandato ipsius domini Infantis haec scribi feci, et clausi, cum litteris, rasis, et emendatis in prima linea, ubi describitur: Dominum Regem; et in linea duodecima, ubi legitur: Arboreae; cum suprapositis in linea XXV. ubi dicitur: et suis; et in trigessima prima linea, ubi scribitur: ac successorum.

XXII.

L'Infante D. Alfonso fa sapere a Ugone di Arborea di aver ricevuto avviso, che nei mari di Sacrabus si vedevano quattrocento galee, le quali si dirigevano verso Capo Carbonara, e si sospettava essere legni nemici (cioè pisani); e perciò lo avvertiva di tenersi pronto co' suoi pedoni, e cavalli, per correre dove ne fosse il bisogno, e di collocare speculatori nei luoghi opportuni per dar gli avvisi con segni convenuti; e intanto lo previene di aver fatto armare a difesa tutte le galee, ed i legni aragonesi, ordinando al suo ammiraglio di tenersi pronto per ogni evento nelle acque di Cagliari.

(1323, 12 ottobre).

Dai Reg. Archivi di Barcellona, Regist. Sardiniae ab ann. MCCCXXIII. ad MCCCXXIV. fol. XXVII.

Infans Alphonsus, Illustrissimi Domini Regis Aragonum Primogenitus, eiusque Generalis Procurator, ac Comes Urgelli nobili, et egregio viro Ugoni vicecomiti de Basso, ac iudici Arboreae salutem, et dilectionis affectum. Significamus vobis Petrum de Libiano, dilectum Vicarium nostrum in partibus Callaris, per suam nobis litteram intimasse, quod in mari de Sarabos visae sunt quadraginta galeae, versus Caput de Carbonayre navigantes; et quia praesumuntur nostrorum esse rebellium, in continenti remissimus apud Callarum nobilem Amirantum nostrum, qui ad nos tunc venerat, ut galeas nostras, ac vasa alia sic muniri faciat, et parari, quod si dictae inimicorum galeae ad partes illas veniant, nostras inveniant paratas ad bellum, habentes pro firmo dextera nobis asistente divina, quod inimici nostri ad exterminium deducentur: fecimus etiam speculatores, sive custodias in Insula Sulci, et per loca alia poni, ut si eas viderint signa faciant eis iniuncta, et quam citius nos versus partes quibus fuerint commitivam mittamus resistentem eisdem; ideoque vobis haec significare curamus, ut vos, quod iis tam equites, quam pedites, promovere, et excitare curetis, et taliter facere praeparari, quod eos in continenti cum ipsos nuntios habuerimus possimus paratos habere, nec non a simili faciatis, teneri speculatores, sive talayas per loca oportuna, facientes signa per vos ordinanda, quo nobis significetis, ut si eas viderint, nos proinde possimus effici certiores: si tamen vos sciveritis in qua parte ipsae galeae apulerint, in continenti ad nos cum vestra equitum, et peditum comitiva vestros maturetis accessus. Insuper quia avidi sumus de statu personae vestrae, quem obtamus incolumen prosperos audire rumores; rogamus vos quatenus nobis significare curetis prosperam consistentiam status vestri. Datum in obsidione Villae Ecclesiae, quarto idus octobris anno Domini M.CCC.XXIII.

C.ª Guillermus Coperii mandato Domini Regis.

XXIII.

L'Infante Don Alfonso di Aragona manda Francesco Daurats suo confidente in missione secreta presso Ugone di Arborea, per concertarsi con quest'ultimo su molti affari riguardanti la guerra, che si faceva in Sardegna ai pisani.

(1323, 26 dicembre).

Dai Reg. Archiv. di Barcellona, Regist. Sardiniae, ab ann. MCCCXXIII. ad MCCCXXIIII. fol. LXXII.

Infant Namfos, Primogenit del Illustrissimo Rey Daragò, son Procurador General, y Compte de Urgell. Al molt Noble, e molt amàt Hugo Vezcomte de Bas, è Iutge Darborea, salut, é dilecciò. Sobre alguns affers, trametèm à la vostra presenciae, lo feel nostre en Francesch Daurats, portador de la present. E axi volém, eus pregàm: que vos hajats fé à les paraules, é açò quel dit en Francesch vos dirà, per part nostra; é axi com Nos de vos fiàm, vullats complir de tot, en tot aquelles coses, perquelos affers molt, ò requiren, segons que vostra discreciò sab bé coneixer. Datum en lo setge de Viladesgleyes VII. calendas Ianuarii, anno Domini M.CCC.XX, tertio.

XXIV.

Ugone III di Arborea scrive a Don Giacomo II. re di Aragona, che Villa di Chiesa*, dopo stretto assedio, si era finalmente resa a patti, e che l'Infante Don Alfonso, salvate ai pisani che la difendevano le persone e gli averi, vi avea fatto il suo solenne ingresso, e vi era stato ricevuto con grande onore, e con molta gioia pubblica*.

(1324, 7 febbraio).

Dai Reg. Archiv. di Barcellona, Annar. VIII. Sardiniae Num. CCCLXXXVI.

Excellenti, et Magnifico Principi Domino suo, Domino Iacobo, Dei Gratia Aragonum, Valentiae, Sardiniae, et Corsicae Regi Illustri, Comitique Barchinonae, ac Sanctae Romanae Ecclesiae Vexillario, Admirato, et Capitaneo Generali Ugo Vicecomes de Basso, Divina Gratia, Iudex Arboreae, debitae fidelitatis obsequium, et se ipsum. Magno desiderio desideravi, Maiestati vestrae, de faelicibus processibus Incliti Domini Infantis Alfonsi, Primogeniti, ac Generalis Procuratoris vestri, Comitisque Urgelli, nova faelicia nuntiare; sed usque nunc multis angustiatus angustiis, et tribulationibus conquassatus, una cum excellenti Domino Infante praedicto, cui semper astiti, et asisto, propter multa adversa, et contraria votis meis, quae in dicti Domini Infantis exercitu contigerunt, vestrae Regiae Maiestati, nequivi nova placita scribere. Nunc autem quamvis Excellentiae vestrae idem Dominus Infans scribat; Serenitati vestrae declarare, decrevi; quod, divina favente clementia, et predicti Domini Infantis cooperante prudentia, Terra Villae Ecclesiae, ad cuius obsidionem ipse cum exercitu suo fuit, die martis VII. mensis februarii, se suae potentiae subiugavit, et vi famis constricti Pisani, se, et praedictam terram, salvis personis, et rebus, eidem Domini Infantis dominio tradiderunt, et supradicti Domini Infantis insignia, ad Excellentiae vestrae, et suae gloriam, in dicta terra, cum gaudio sunt recepta, et honorabiliter exaltata, de quo vestra serenitas, una cum Domino Infante predicto, et ego, et alii fideles vestri, vobiscum, et cum eo debemus non immerito congaudere, et divinam conlaudare potentiam, quae post nubilum, dat serenum, et quae defensatris, et adiutris Iustitiae, prostravit, et subiecit potentiae vestrae adversarios suos, se vobis, contra iustitiam opponentes; et in eo speramus fideliter, quod de caetero gratiose, praedicti vestri regni Sardiniae, acquisitionis negotium, feliciter prosequetur, et in brevi adversarios vestros, potentiae vestrae subiicet, ad vestri nominis, et gloriae incrementum, et mei desiderii complementum. Quare, cum ordinata dicta terra per Dominum Infantem praedictum, intendam ad terram Arestanum cum gratia, et beneplacito praefati Domini Infantis reddire, Serenitati vestrae placeat mandare michi id quod volueritis me facturum, parati semper vestris, et praedicti Domini Infantis iussionibus, et beneplacitis obedire. Caeterum quia dignum est, ut probi Viri probitas per scientis silentium ignorata non transeat, Maiestati vestrae sapientis, et discreti Viri Domini Guillermi Olemarii, dilecti Consiliarii vestri, studium, quod gessit actenus, et continue gerit, cum sollicitudine operosa in negotiis, quae habet Dominus Infans praedictus peragere, ego qui novi dignis laudibus recomendo, utile, et honorabile reputans, vestrae Regiae Maiestati, et praedictis negotiis, quod Dominus Infans praedictus, talibus, et sibi similibus societur.

Datum VII. februarii in Villa Ecclesiae.

XXV.

L'Infante D. Alfonso di Aragona scrive a Ugone III giudice *di Arborea, che, lasciata in* Villa di Chiesa *(Iglesias) la propria moglie (l'Infante Donna Teresa), andava a porre l'assedio al castello di Cagliari; e siccome trovavasi senza denaro per pagare le truppe, lo prega di fornirgliene, e di vettovagliare eziandio la suddetta* Villa di Chiesa.

(1324, 13 febbraio).

Dal Regio Archivio di Barcellona, Registr. Sardiniae ab ann. MCCCVIII. Ad MCCCXXIII. fol. C.

Infans Alphonsus, Illustrissimi Domini Regis Aragonum Primogenitus, eiusque Generalis procurator, ac Comes Urgelli. Egregio Viro, Ugoni Vicecomiti de Basso, Iudici Arboreae, salutem, et dilectionem. Ecce quod stabilita Villa Ecclesiae de bona gente nostra, ibique dimissa Inclita Infantissa Theresia, coniuge nostra, ad fortificandam obsidionem nostram Castri Callari, dirigimus gressus nostros, nec cum militibus nostris obtinere potuimus, quod absolverent Nos a promissione, quam eis feceramus, ut scitis, nec facta alia per Nos eis promissione infra XV. dies ex quo fuerimus in obsidione praedicta, faciamus eis solutionem petitam per eos. Igitur considerare potestis, quantum nobis occurrit necessarium ad praesens habere pecuniam; et propterea vos rogamus attente: quatenus pro directione negotiorum nostrorum, nec minus vestrorum, curetis, quam citius poteritis, nobis de pecunia subvenire. Et quia Villa Ecclesiae, sicut scitis, est victualibus defernita; rogamus vos, ut incontinenti faciatis portari victualia ad dicta Villam de partibus Arboreae. Datum in Domus nova, idus februarii, anno Domini M.CCC.XXIIII.

XXVI.

Ugone III di Arborea scrive a Don Giacomo II. re di Aragona, che la flotta pisana, composta di trentasei galee, e di molti altri legni, avea approdato tre giorni avanti nel porto di Terranuova (in Sardegna); che sulla medesima vi erano mille dugento cavalli, e cinquemila fanti, oltre molte altre genti d'arme, che i pisani aveano nell'isola; ch'egli n'avea subito dato avviso all'Infante D. Alfonso, il quale trovavasi all'assedio di Cagliari; e che perciò esso re D. Giacomo si affrettasse di spedire senza ritardo buoni rinforzi d'armi, e di armati.

(1324, 19 febbraio).

Dai Reg. Archiv. di Barcellona, Armar. VIII. Sardiniae, Num. CCCLXXXV.

Excellenti, et Magnifico Principi Domino Iacobo, Dei gratia, Aragonum, Valentiae, Sardiniae, et Corsicae Regi, Comitique Barchinonae, Sanctae Romanae Ecclesiae Vexillario, nec non Capitaneo Generali; Ugo Vicecomes de Basso, eadem gratia, Iudex Arboreae, semper, et ubique se totum. Vestrae noverit Maiestatis Regiae celsitudo: quod die Iovis proxime praeterita XVI. presentis mensis februarii, armata pisanorum pervenit, apud Portum Terrae Novae Insulae Sardiniae, et est dicta armata, galearum triginta sex, et aliorum lignorum, et usceriorum, in maxima quantitate, in quibus sunt milites M.CC. videlicet M. Teotonici equites, et CC. Cives pisanae civitatis, equites, et quinque milia hominum peditum, balestrariorum, et galdaneriorum, sine alia copia gentium, qui sunt in dicta insula Sardiniae, ad ipsorum pisanorum mandata, atque devotionem, quam novam statim cum habui de illis partibus, sine morae dispendio per ipsum cursorem, et nuntium specialem inclito Domino Infanti Alphonso vestro primogenito, per meas destinare curavi litteras speciales, apud obsidionem vestram Castelli Castri, in qua quidem Dominus Infans, cum gente vestra praesentialiter moram trahit. Cum quibus novis ego ad ipsum Dominum Infantem personaliter devenissem, nisi esset corporea infirmitas, quae post captionem, et adquisitionem Villae Ecclesiae, et postquam inde recessi habita dicta terra me totaliter occupavit. Unde cum de ipsorum pisanorum adventu est non immerito dubitandum, propter multa, quae inde occurrere possent, est super his modis omnibus providendum. Quare vestrae Excellentiae praedictam novam describens rogo magnificam celsitudinem vestram, quibus valeo praecibus exorandam; quod vobis placeat super his taliter providere, et his tale consilium, et auxilium viriliter impertiri, quod ad vestrae Regiae Maiestatis, atque vestrorum statum cedat pariter commodum, et honorem, et pradictorum inimicorum confusionem finalem, et perpetuum detrimentum, mittendo in insula praefato Domino Infanti bonae copiam gentis vestrae, tam equitum quam peditum, et etiam galearum armatarum quantitatem aliquam competentem, prout ad obviandum praedictorum iniquitati videritis salubriter convenire. Et cum sit certum et consonum rationi, quod mora trahit ad se periculum, magnificae potentiae vestrae placeat gentes vestras praedictas, tam equitum, quam peditum, galeas praedictas in insula Domino Infanti, atque vestris necessarias ut praedixi, eidem transmittere viriliter, et potenter, sine temporis intervallo, ne propter ipsarum vestrarum gentium, et galearum absentiam, possit vobis, et praedicto Domino Infanti, sinistrum atque periculum aliquod generari.

Datum intra mēā (1) Arestani XIX mensis februarii.

NOTE

(1) Mēā, cioè *moenia*.

XXVII.

L'Infante Don Alfonso di Aragona rivoca le concessioni delle ville di Gerito*, di* Ottava*, di* Eristola*, e di* Cherchi *fatte a Guglielmo Culomario, a Marabottino Marabotto, e a Margherita Rappallino, perché contrarie ai privilegi, ed alle franchigie precedentemente concedute al Comune di Sassari*.

(1324, 19 aprile).

Dagli archivi antichi della Città di Sassari.

Nos Infans Alfonsus illustrissimi domini regis Aragonum primogenitus eiusque generalis procurator ac comes Urgelli. Attendentes quod constituti ante nostram presentiam discreti Comita de Via et Michinus Capra procuratores sindici et ambaxiatores universitatis nostre civitatis Sassari proposuerunt qualiter contra eorum privilegia et signanter contra quandam clausulam tenoris sequentis. – Concedimus etiam dictis civibus habitatoribus ac universitati civitatis predicte, ut eadem civitas continua suscipiat incrementa et felicibus successibus prosperetur, quod dictus dominus Rex vel nos aut successores sui unquam civitatem ipsam cum appendiciis et pertinenciis in totum vel in parte permutabimus, infeudabimus, aut alii aliquo titulo sive causa trademus, vel alias separabimus a corona Regia, vel permittemus causa vel modo aliquo separari. – Nos universitatem predictam gravavimus eo quia dedimus Guillelmo Culomarii consiliario nostro villam de Ieriti sitam in pertinenciis seu territoriis Sassari cum suis iuribus et directis, et quia etiam feceramus donationem Marabottino Maraboti de Sassari jurisdictionem civilem ville de Octavo et de Eristola sitis in termino et pertinenciis Sasseri, eo etiam quia fecimus donationem Margarite Rapallino de Sassaro de villa Cherchi sita in territorio et pertinenciis supradictis. Quamobrem nobis humiliter supplicarunt ut predictas donationes in eorum preiudicium et gravamen, ut predicitur, et dicti privilegii lesionem factas revocaremus annullaremus cassas et irritas decerneremus, et quod de cetero nollemus contra tenorem dicti privilegii donationes similes facere in eorum preiudicium et gravamen; et ostenderent nobis privilegium nostrum predictam continens clausulam nostro sigilli munimine roboratum. Nos vero dicto privilegio et specialiter dicta clausula diligenter inspectis, quamvis nobiscum peritorum in iure in hiis partem non facientium non adesset copia, cum pocius armorum quam litigiorum negotia prossequamur, ex qua causa deliberare super premissis nequivimus subtiliter. Attamen in hiis et aliis volentes complacere probis hominibus civitatis iam dicte et eorum supplicationibus benigne condescendere sicut decet, eorum privilegia plenarie conservare et eosdem tamquam benemeritos prossequi graciis et favore, dictas donationes et earum quamlibet revocamus annullamus cassas et irritas fore perpetuo decernimus. Et volumus et eisdem civibus probis hominibus et universitati concedimus, nec de cetero per nos vel alios donationes similes de locis vel terris terminorum territorii et pertinentiarum Sassari ledentes in aliquo eorum privilegia faciemus nec permittemus modo aliquo de suis iuribus et pertinentiis aliquid separari. Et pronuntiamus sua privilegia et presentem revocationem et concessionem servare perpetuo et facere inviolabiliter observari. In cuius rei testimonium presentem cartam nostram fieri iussimus nostri pendentis sigilli munimine roboratam. Data in obsidione castri Callari tertio decimo kls [kalendas] Madii, anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo quarto.

XXVIII.

Ugone III di Arborea partecipa a Don Giacomo II re di Aragona, che i Pisani, non potendo più reggere nella difesa del castello di Castro*, dentro il quale erano assediati dall'esercito sardo-aragonese, erano finalmente discesi a patti coll'Infante Don Alfonso, ed aveano convenuto col medesimo di rendere al re di Aragona la detta fortezza con tutte le altre castella, ville, luoghi, territorii, stagni, e saline, che possedevano in Sardegna, a condizione però di ritenere in feudo il detto castello di* Castro*, con le sue ville o borghi, col porto e con lo stagno; lo che era stato loro conceduto; dopo di che il detto Infante avea fatto il suo solenne ingresso in Cagliari, e vi avea inalberato il vessillo reale*.

(1324, 19 giugno).

Dai Regii Archivi di Barcellona, Armar. VIII. Sardiniae, Num. DCCCXI.

Excellenti, et Magnifico Principi Domino Iacobo, Dei gratia, Aragonum, Valentiae, Sardiniae, et Corsicae Regi illustri, Comitique Barchinonae, ac Sanctae Romanae Ecclesiae Amirato, Vexillario, et Capitaneo generali. Ugo Vicecomes de Basso, Dei gratia, Iudex Arboreae, reverentiam debitam, et se ipsum. Rex pacificus, qui semper cogitat cogitationes pacis, et non afflictionis, inclitum et magnificum virum dominum Infantem Alphonsum, charissimum primogenitum, et generalem procuratorem vestrum, Comitemque Urgelli, in acquisitione Regni vestri Sardiniae pia dispositione direxit, et ad finem honorabilem jam perduxit, adversarios suos sibi gloriose subiciens, ad Majestatis vestrae, et Excellentiae suae decus, et mei desiderii complementum. Ut autem Serenitas vestra sciat, qualiter dicta conquisitio est completa, Majestati vestrae notifico: Quod post habitam terram Villae Ecclesiae, et victoriam, et triumphum eidem domino Infanti in loco dicto Luto de Cisterna concessum divinitus, idem dominus Infans circa Castrum Callari sua firmavit tentoria, et obsessum tenuit dictum castrum; in qua quidem obsidione, divino sibi assistente praesidio, adversarios suos multipliciter flagellavit; et tandem Pisani compulsi sunt ad dictum dominum Infantem ambaxiatores dirigere, super tractanda concordia, et firmanda, et post diversos, et varios tractatus habitos inter partes dictas, pax et concordia, cartis cum intervenientibus die martis nono decimo praesentis mensis Iunii, fuit solemniter celebrata, ad honorem Omnipotentis Dei, et Beatissimae Virginis Mariae matris eius, exaltationem vestrae coronae Regiae, praedicti domini Infantis honorem, et gloriam, et consolationem meam, et aliorum vestrorum fidelium devotorum. Ita videlicet, quod dictae partes restituant Domino Infanti praedicto, omnes terras, et omnia castra, quae ipsi in Sardinia hactenus tenuerunt, excepto Castello Castri cum ortalitiis, et appenditiis suis, scilicet Stampace, Villanova, Portu Ascanio, et dictum Castrum, et cum praedictis fuerunt praedicto Domino Infanti similiter restituta, sub ea conditione, videlicet, quod dictus Dominus Infans dictum Castrum, Villas, Portum, Stanium, Ortalitia, et apenditia communi Pisano concedat in foedum, et ipsum commune praedictum Castrum, cum suis Villis, Portu, Stanio, et apenditiis a vobis, et Domino Infante memorato, sub annuo censu mille librarum Ianuinorum parvorum in faeudum recognoscant, remanente vobis tota alia terra libera, cum salinis, in quibus idem Dominus Infans, supradicto communi concessit in faeudum librarum duo millia per vestrum salinarium supradicto comuni, annis singulis solvendarum. Hiis autem pactis, et conventionibus praedictis, Dominus Infans, et suum concilium consideratis periculis, qui poterant evenire, et conditionibus praedicti Domini Infantis, multipliciter

ponderatis, quas ipse credo vobis per suas litteras explicuit, libenter concesserunt, et idem Dominus Infans praedicta pacta de consensu praedicti sui Concilii, in quo ego fui, confirmavit, et hodie supradicto die vexilla vestra in dictum Castrum fuerunt solemniter intromissa, et recepta, ad exaltationem, et gloriam Maiestatis vestrae, et dicti Domini Infantis honorem. Et postea, dicti castri solemniter possessione recepta, idem Dominus Infans, Syndico communis Pisanorum infaeudavit, et concessit in faeudum, ut superius est expressum, quae omnia, tanquam homo, qui dubitat de Pisanis, propterea, quae operatus sum contra eos, licet voluissem, eos de Insula exterminare, consideratis tamen praedicti Domini Infantis conditionibus, et periculis, qui poterant evenire consensi pro meliori, et maiori honore Maiestatis vestrae, et Domini Infantis praedicti, consideratis quod quocumque modo totum regnum Sardiniae est honorabiliter conquisitum, et serenitati vestrae, ac ipsius Domini Infantis Excellentiae est subiectum, quod licet vobis, et praedicto Domino Infanti redundet ad gloriam; ego tamen non modicum glorior, quod comune Pisanorum Serenitati vestrae sit subiectum, et solemniter obligatum, me autem semper vestrae gratiae recomendans. Serenitati vestrae, omni qua possum praecum instantia supplico, quod me semper recomendatum habere velitis, paratum ad omnia vestra beneplacita, et mandata.

Datum in Obsidione Castelli Castri, die praedicto circa vesperas.

XXIX.

L'Infante Don Alfonso di Aragona manda suoi ambasciatori, e riformatori in Sardegna Bernardo di Boxadòs, e Filippo di Boyl, e scrive a Ugone III. di Arborea di averli incaricati eziandio di conferire con lui a voce per alcuni affari, che non sono indicati nella lettura.

(1325, 9 marzo).

Dai Reg. Archiv. di Barcellona, Registr. Sardiniae ab ann. MCCCXXV. Ad MCCCXXVI. fol. XL.

Infans Alphonsus, Illustrissimi Domini Regis Aragonum, Primogenitus, eiusque Generalis Procurator, ac Comes Urgelli Egregio viro Ugoni, Vicecomiti de Basso, Iudici Arboreae, salutem et dilectionis affectum. Dilectos consiliarios nostros Bernardum de Boxadòs, maiordomum nostrum, et Philipum de Boyl magistrum rationalem curiae nostrae, ad partes Sardiniae reformatores, ac nuntios nostros de praesenti duxerimus destinandos de intentione nostra, super quibusdam nostro nomine vobis oretenus explicandis plenarie informatos quibus si placet credatis in dubie sicut nobis. Datum Barchinonae VII idus martii, anno Domini MCCCXXV.

C.ª Clemens de Salaviridi mandato Domini Infantis.

XXX.

Il Comune di Sassari condanna nel capo Branca d'Oria, lo bandisce perpetuamente dal suo territorio, decreta la confisca dei di lui beni, e vieta a tutti i Sassaresi di contrarre vincoli matrimoniali, e di avere relazione qualunque co' di lui figli, ordinando che se ne faccia sacramento dagli anziani, e dagli altri cittadini, nel Consiglio maggiore.

(1325, 17 marzo).

Dagli antichi Archivi della Città di Sassari (1).

Post multas deliberationes praesenti capitulo duximus ordinandum, quod aliqua persona de Sassaro, vel de districtu illius, non debeat, vel praesumat cum Branca Auria de Nurra (2), vel cum aliquo, vel aliqua ex filiis, vel filiabus suis, quocumque nomine censeantur, modo aliquo, vel ratione, tractare, aut complere matrimonium, aut aliter contractare; et ponatur in banno perpetuali de Sassaro, et de districtu, et bona sua comuni applicentur; et si aliquo tempore deveniat ad fortiam comunis, capitali sententia puniatur; et sit cuilibet licitum ipsum offendere impune in persona, et rebus. Et ad hoc ut praesens capitulum per homines Sassari melius debeat observari, omnes de consilio maiori, et alii jurare teneantur praesens capitulum.

(1) In un antico *Memoriale*, scritto in lingua spagnuola dal *Licençiado Serra y Manca*, cittadino sassarese, e stampato nel 1642, si fa menzione di questo decreto del Comune di Sassari contro Branca D'Oria, e vi si dice, (non sappiamo con qual fondamento), che il decreto medesimo fu rinnovato nel 1347 in odio dei genovesi.

(2) Il Branca D'Oria, di cui si parla nel presente documento, se non è il genero, e l'uccisore di Michele Zanche, ultimo regolo di Torres, (lo che per altro non sarebbe improbabile, essendo avvenuta tale uccisione nel 1275), né *il suo prossimano*, *che il tradimento insieme con lui fece*, come lasciò scritto Dante nella Divina Commedia (Infern. XXIII. vers. 129 e seg.), poiché quel prossimano, come notammo altrove (supr. pag. 511. not. 6.), fu probabilmente un Barisone D'Oria; potrebbe forse essere il Branca D'Oria mentovato in una carta del 23 dicembre 1287. (Ved. sopr. Diplom. e Carte del secolo XIII. pag. 402 e seg.), il quale, se in quell'anno non avea ancora raggiunto i quattordici, nel 1325, però era per toccare l'anno cinquantesimo di sua età e potea quindi aver figli, e discendenza. Questa conghiettura appare molto verisimile, se si pon mente alla circostanza, che il Branca D'Oria, cui si riferisce la suddetta carta del 1287, era figlio di Manuellino, nipote di Gavino, pronipote di Manuele, o Daniele, e abnepote di Andrea D'Oria genero di Barisone II re di Torres; che dai suoi maggiori, i quali assieme agli altri figli di Andrea D'Oria erano *Domini de Nurra*, come scrive il Fara (De Reb. Sard. Lib. II. pag. 226) egli avea ereditato beni e possessioni in quella vasta regione dell'antico Giudicato Turritano (ora di Sassari); e che il presente capitolo riguarda appunto un Branca Auria de Nurra. Quale poi sia stata la cagione del bando perpetuo, e della condanna capitale contenuta nel presente Decreto, non è facile indovinarlo in tanta distanza di tempi, e nella deficienza assoluta di memorie sincrone, le quali esistevano, e doveano di certo esistere nei copiosissimi archivi del Comune di Sassari, ma sgraziatamente andarono disperse in occasione del tumulto popolare del 1780. (Ved. sopr. pag. 513 not. 4). Però, in mancanza di dati positivi, ci arrischiamo a conghietturare, che il Branca D'Oria di Nurra sarà stato forse uno di quei

cittadini potenti, i quali sostenevano in Sassari il partito genovese, che era quello della repubblica, ossia del reggimento libero, iniziatosi dopo la estinzione dei Giudici Turritani, e consolidatosi coll'alleanza del 1294 tra il Comune di Sassari, e quello di Genova; e ch'egli fu probabilmente una delle vittime fatte dal partito preponderante capitanato dal cittadino sassarese Guantino Catoni, il quale si avea in quel tempo recata in mano la somma delle cose pubbliche della sua patria, ed avea aperte, e condotte a termine le pratiche con Giacopo II. re di Aragona, affinché la città di Sassari fosse ricevuta come *deditizia*, mediante la concessione di molte immunità, e privilegi, e non corresse così la sorte degli altri luoghi dell'isola, al di cui conquisto, dopo la concessione e l'investitura ottenutane da Papa Bonifazio VIII, avea quel sovrano spedito un valido esercito sotto gli ordini dell'Infante Don Alfonso. Non affermiamo questo con certezza, ma ci pare, che sia molto probabile, e che possa trovare appoggio nella storia Sarda dei primi sei lustri del secolo XIV.

XXXI.

Giacopo II re di Aragona, per mezzo di un suo ambasciatore, e procuratore speciale, presta giuramento di fedeltà al Pontefice Giovanni XXII. pel regno di Sardegna e di Corsica concedutogli in feudo dalla Chiesa Romana. E il Pontefice in questa occasione gli condona per un decennio la metà dell'annuo censo di duemila marche di argento, e del servizio militare, che in forza della investitura dovea pagare e prestare alla Sede Apostolica.

(1325, 21 giugno).

Dal Lunig, *Codex Italiae Diplomat*., Tom. II, col. 1421 fino a 1426.

In Christi nomine, amen. Anno eiusdem a nativitate MCCCXXV. indictione VIII. pontificatus sanctissimi patris, et domini nostri domini Ioannis divina providentia papae XXII. anno nono, die XXI mensis iunii, constitutus in consistorio coram sanctissimo patre et domino nostro praedicto, ac sacro collegio reverendorum patrum, dominorum S. R. E. cardinalium, praesentibus nobilibus, clericis camerae, notariis et testibus infrascriptis, nobilis miles dominus Bernardus de Boxados, domini Iacobi, Dei gratia Aragonum, Valentiae, Sardiniae, Corsicae Regis illustris, Comitisque Barchinonensis, ac S. R. E. vexillarii, ammirati, et capitanei generalis, procurator et nuntius per ipsum dominum regem ad admittenda, acceptanda, recognoscenda, et facienda quae inferius describentur, ad ipsum dominum nostrum Papam specialiter destinatus, quasdam ipsius domini Regis patentes literas, suo magno pendenti sigillo sigillatas, humiliter praesentavit et exhibuit dicto domino nostro Papae, quarum tenor inferius inseretur, per quas idem miles de sua dicebat procuratione constare.

Quibus quidem procurationis literis coram se, et dicto collegio, nobis notario ac dicto milite praesentibus, primo publice lectis, idem dominus noster Papa quasdam alias literas eiusdem domini Regis aurea sua bulla bullatas, in quibus idem Rex fatetur et recognoscit expresse Sardiniae et Corsicae regnum a domino Summo Pontifice, et Romana Ecclesia recepisse in feudum sub conditionibus, conventionibus, modis et forma, atque tenore, qui in papali rescripto continetur, facto super donatione et concessione ipsius Sardiniae et Corsicae regni per felicis recordationis dominum Bonifacium Papam VIII sub certis modo et formis in ipsis literis regiis comprehensis, quarum secunda linea incipiebat: – *Sanctitati vestrae, tenore praesentium patefiat* etc. penultima finiebat: *Bona nobis competentia, et competitura in eo humani* etc.; nec non et copiam alterius literae, quam ipse dominus noster Papa eidem Regi olim sub bulla sua transmiserat, ut asseruit, pro eo, quod ipsa contingebant negotia, ad quae dictus procurator et nuntius destinatus extiterat immediate, mihi fecit legi, cuius tenor sequitur in hunc modum etc. Datum Avinione XII. kal. decembris, Pontificatus nostri anno IX.

Item aliae pubblicae tabellae, quibus Iacobus Rex Bernardum a Boxados, procuratorem, regio instruxit mandato, ut se obstringeret, remissionem illam futuram irritam, si reliquum censum Pontificio fisco non inferri contingeret: tum caveret eam rem Pontificiis iuribus fraudi non fore, nec leges a Bonifacio in conferenda iure beneficiario Sardinia abrogatum labefactatumque iri. Datum Valentiae VIII id. martii anno Domini MCCCXXIV. Subdunt publicae tabulae.

Quibus lectis, idem dominus noster summus Pontifex sententiam dictarum literarum praefatarum domini Bonifacii VIII. super donatione Sardiniae et Corsicae regni confectarum, summatim eidem militi exposuit in vulgari: et interrogavit eundem, si vellet admittere, acceptare, facere, et adimplere omnia et singula, ad quae se suum procuratorem extendebat, ita quod per praemissa, pactis, conditionibus et obligationibus praedictis inter eandem Romanam Ecclesiam et ipsum Regem Arragonum factis et stabilitis non derogaretur in aliquo; quin potius in suo robore et efficacia permanerent. Qui quidem miles respondit, quod volebat, in quantum ad hoc se lectum suum procuratorium mandatum extendebat. Tunc dominus noster praefatus, juxta formam oblationis eidem domino Petro infanti per ipsum dominum nostrum dudum, et postmodum praefato Regi Arragonum per suas literas factae, prout in tenore ipsarum literarum superius lecto plenius continetur, sub modis, conditionibus et forma praedictis, de fratrum suorum consilio medietatem duorum millium marcharum argenti sterlingorum census annui, et militaris servitii praedictorum usque ad X. annos proxime venturos, praefato Regi Arragonum, suisque haeredibus in dictarum expensarum suffragium de mera liberalitate et gratia speciali remisit: adjecto tamen per eundem dominum nostrum, quod si ipse Rex Arragonum, vel haeredes sui in solutione residuarum mille marcharum census annui praefati, in dicto termino festi beatorum Petri et Pauli Apostolorum facienda, quocumque anno dicti decennii forte cessarent, remissio hujusmodi de illis mille marchis pro censu ipso, quam faciebat tam pro illo anno, quo cessatum esset a solutione praedicta, quam pro toto residuo temporis dictorum decem annorum haberetur penitus pro non facta; quodque per praemissa pactis, conditionibus et obligationibus praedictis inter eandem Romanam Ecclesiam, et ante dictum Regem factis et stabilitis non derogaretur in aliquo; quin potius in suo robore et efficacia permanerent.

Ac consequenter praefatus miles, humiliter genuflectens, nomine dicti Regis Arragonum domini sui, dictam gratiam per dictum dominum nostrum Summum Pontificem et Romanam Ecclesiam, praefato domino suo, et heredibus eius factam, admisit, recepit, et acceptavit, et eidem expresse consensit, et nomine quo supra recognovit praefatum Regem Arragonum dominum suum, eiusque heredes, eidem domino nostro, suisque successoribus Romanis Pontificibus canonice intrantibus, ac Romanae Ecclesiae ad totum censum duorum millium marcharum argenti sterlingorum annis singulis, et ad militare servitium supradicta pro Sardiniae et Corsicae regno teneri, quod idem Rex tenet, et heredes sui tenere debent in feudum ab eis, sub modis, formis, et conditionibus contentis in literis supradicta donatione confectis. Et voluit, et consensit expresse procurator praefatus nomine, quo supra, quod si Rex dominus suus, vel haeredes sui in solutione residuarum mille marcharum census annui praefati, in dicto termino festi beatorum Petri et Pauli Apostolorum facienda, quocumque anno dicti decennii forte cessarent, remissio huiusmodi de mille marchis pro censu ipso, Regi Arragonum, ejusque heredibus facta, tam pro illo anno, quo cessatum esset a solutione praedicta, quam pro toto residuo temporis dictorum decem annorum haberetur penitus pro non facta: quodque per praemissa pactis, conditionibus, et obligationibus praedictis inter eandem Romanam Ecclesiam et antedictum Regem factis et stabilitis non derogeretur in aliquo; quin potius in suo robore et efficacia permanerent. De quibus omnibus, et singulis tam per dominum nostrum ex mera liberalitate eidem Regi de gratia speciali remissis et adjectis, quam per eundem militem nomine procuratorio Regis ipsius admissis, acceptatis, recognitis, quibus expresse consensit, mandavit nobis notariis infrascriptis idem dominus

noster summus Pontifex, quod inde faceremus unum, vel duo publica instrumenta, quae idem miles fieri voluit, et concessit.

Cumque praefatus miles pro ampliori gratia, eidem domino suo Regi Arragonum facienda, domino nostro humiliter supplicaret, idem dominus noster summus Pontifex de fratrum suorum consilio gratiam praedictam, eidem domino Regi factam, sub modo ampliavit, et forma inferius comprehensa: videlicet, quod si ipse Rex Arragonum, vel haeredes sui in solutione residuarum dictarum mille marcharum annui census praefati, in dicto festo beatorum Petri et Pauli apostolorum facienda, quocumque anno dicti decennii forte cessarent, remissio huiusmodi de mille marchis pro censu ipso, et medietate servitii militaris praedicti pro illo anno solummodo, quo cessatum esset a solutione praedicta, haberetur penitus pro non facta, caeteris omnibus suprapositis in sua liberalitate et gratia, et adjectionibus antedictis, ut supra plenius continetur, in omnibus, et per omnia in suo robore duraturis: et de hoc etiam voluit dictus dominus noster, quod faceremus publicum, seu publica instrumenta. Quam quidem ampliationem gratiae, et omnia contenta in ipsa, sub forma superius expressa, dictus miles nomine dicti Regis reverenter, et humiliter acceptavit, et eidem expresse consensit. Acta fuerunt haec Avinione in episcopali palatio, ubi praedictus dominus noster Papa cum sua curia residebat, anno, indictione, die et pontificatu praedictis, praesentibus venerabilibus in Christo patribus, et dominis Gusberto archiepiscopo Avelatensi, camerario; Ademario episcopo Massiliensi, thesaurario eiusdem domini nostri Papae, et domino Petro de Abbatia canonico Valentino, ad praemissa vocatis testibus et rogatis.

XXXII.

Trattato di pace conchiuso tra Don Iacopo II. re di Aragona, e l'Infante Don Alfonso suo figlio primogenito, colla repubblica pisana, in virtù del quale quest'ultima cede definitivamente ogni suo dritto, possessione, e dominio sulla Sardegna al suddetto Sovrano, e ai Reali suoi successori, medianti alcuni compensi, ed esenzioni, e la concessione in feudo alle Curatorie *di* Tragenta *e di* Ghippi.

(1326 [1327, sti. pis.], 25 aprile).

Da Flam. Dal Borgo, Scolt. Dipl. Pis. pag. 351 a 361.

In nomine Sancte, et Individuae Trinitatis, Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Amen.

Notum sit cunctis presentibus, et futuris, quod cum pridem Guerrarum discriminibus exortis inter Excellentissimum Principem Dominum Iacobum Dei Gratia Regem Aragonum, et Inclitum Dominum Infantem Alfonsum eius Primogenitum, ac generalem Procuratorem, Comitem Urgellensium ex parte una, et Comune Pisarum ex altera, super, et pro Insula Sardinee. Que quidem Guerrarum discrimina cum per aliqua tempora gravibus perducta laboribus, perdurassent, posteaquam Partes ipse super premissis ad concordiam pervenirent, prout in Instrumento publico inde confecto per me infrascriptum Bonanatum de Petra dicti Domini Infantis Notarium suumque Sigillum tenentem, et publicum etiam Notarium per totam terram, et dominationem dicti Domini Regis Aragonum, auctoritate ipsius Domini Regis, et per Simonem Cavalca filium quondam Ser Iacobi Cavalce Notarii de Vico Pisano Civem Pisanum Imperiali auctoritate Notarium, sub Dominice Incarnationis, anno MCCCXXV. Indictione septima, tertio decimo kalendas iulii, secundum cursum, et consuetudinem Pisane civitatis, in hora meridiei; secundum autem modum Curie, suprascripti Domini Infantis tertiodecimo kalendas iulii, anno Domini MCCCXXXIV, plenius continetur. Postmodum vero, procurante humani generis inimico, iterum inter partes easdem fuisset discordia suscitata, et offensiones, et damna hinc inde plurima subsequuta.

Tandem venientibus ad presentiam dicti Domini Regis, et Domini Infantis Religiosis Viris fratre Bacciomeo Guardiano, et fratre Iohanne de Septimo Conventus Fratrum Minorum Civitatis Pisane, et Nobili Iacobo de Parana de Gualandis Milite, et prudentibus Rainerio Tempanello, et Bartholomeo Musso Iurisperitis Civibus Pisanis pro parte dicti Comunis, pro tractanda concordia inter dictos Dominum Regem, et Dominum Infantem, et Comune predictum; ad invicem presentarunt eisdem Domino Regi, et Domino Infanti literam credentie dicti Comunis continentie sequentis:

«Serenissimo, ac Illustrissimo Principi Domino Iacobo Dei gratia Regi Aragonum, Valentie, Sardinee, et Corsice, Comitique Barchinonensi, ac Sancte Romane Ecclesie Vexillario, Admirato, et Capitaneo generali dignissime Reverendo Nicolaus de Armannis de Perusio Pisanorum potestas, Angelus de Catena de Narni capitaneus, et anthiani, consilium, et comune civitatis Pisanorum devoti, et fideles eius cum recommendatione se ipsos ad eius ossequia mandatorum. Eximie virtutis, honestatis, et fame viros Dominos fratrem Bacciameum guardianum, et fratrem Iohannem de Septimo Conventus Fratrum Minorum de Pisis, ac Nobilem Militem Dominum Iacobum de Parana de Gualandis, et sapientes Dominum Rainerium Tempanellum, et Bartholomeum Mussum Iurisperitos Ambasciatores

nostros, et discretum Virum Benedictum de Calci Notarium cum eis de nostra intentione plenarie informatos ad Regie Maiestatis presentiam destinamus devotissime supplicantes, quod eorum relatibus, atqie dictis de benignitate Regalis Clementie dignetur habere, cum exauditionis gratia, plenam fidem. Datum Pisis octavo kalendas martii. none Indictionis.»

Nihilominus etiam memorati Iacobus de Parana, Rainerius Tempanellus, et Bartholomeus Mussus Ambasciatores, et Sindici specialiter, et nominatim destinati ab eodem Comuni super tractanda, et firmanda concordia cum predictis Domino Rege, et Domino Infante, obtulerunt infrascripta tria instrumenta Bailie concesse anthianis per Comune Pisanum que erant sub forma, que sequitur. In nomine Domini Amen. Consilium Senatus etc. Secundum vero instrumentum videlicet ratificationis dicte Bailie erat sub forma que sequitur. In nomine Domini Amen. Consilium minus etc. Tertium vero instrumentum videlicet Sindacatus dictorum Ambasciatorum erat sub forma que sequitur. In nomine Domini Amen. Nos Banducius de Scorno prior etc. Quibus exhibitis, tam dictus dominus Rex, et dominus Infans, quam etiam predicti, ex parte dicti comunis ad bonum pacis suum intuitum dirigentes, prospecto amore antiquo, quo viguit inter praedecessores dictorum domini Regis, et domini Infantis, et ipsos etiam, ac dictum comune; venere ad infrascriptam pacem perpetuam transactionem, et finalem concordiam ut sequitur.

In primis quod dictus dominus Rex, et dominus Infans, et quisque ipsorum pro se ipsis, et eorum valitoribus, fidelibus, subditis, et vassallis SS. et valitorum suorum, inter quos valitores nominaverunt, et declararunt illustrem principem Iacobum Maiorcarum Regem, et subditos suos, dummodo dictus Rex Maioricarum infra tres menses immediate sequentes cum instrumento publico dicto Comuni, vel eius nuntii tradendo, declaraverit pro se, et gente sua presentem pacem sibi placere, et eam servare velle; per hoc tamen spatium non differatur executio infrascriptorum in presenti pace contentorum ex una parte; et predicti, videlicet Iacobus de Parana, Rainerius Tempanellus, et Bartholomeus Mussus sindici dicti Comunis, presentibus, et consentientibus jam dictis religiosis fratre Bacciameo guardiano, et fratre Iohanne de Septimo, nomine dicti comunis pro ipso comuni, et suis valitoribus, fidelibus subditis, et vassallis suis, et valitorum suorum, ex altera; per hoc presens publicum instrumentum inierunt, fecerunt, constituerunt, et firmaverunt inter se pacem, et concordiam veram, et puram perpetue duraturam; et super prescriptis, et infrascriptis ad transactionem, et compositionem amicabilem devenerunt, et remiserunt sibi ad invicem dicte partes modis, et nominibus quibus supra, omnia odia, et rancores hinc inde ortos occasionibus supradictis, et damna, offensiones, et interesse huc usque illata, facta, substenta, et habita hinc et inde in personis, et rebus, et aliter quomodocumque, et id totum, in quo una pars teneretur alteri quoquomodo, usque ad tempus presentis pacis. Etiam dicti dominus Rex, et dominus Infans, et quisque ipsorum fecerunt jam dictis Sindicis, recipientibus nomine dicti Comunis, plenam liberationem de censu promisso de Castello Castri, sive Kalari, et eius pertinentiis, et pro aliis a dicto domino Infante ipsi Comuni olim concessis in feudum, et de omni alio, in quo occasione dicte concessionis feudi, Comune Pisarum eis aliquatenus teneretur vel teneri posset, ita quod dictum Comune eis non teneatur ad aliquod in futurum aliquibus ex causis predictis vel presentibus, vel etiam ex futuris, a dicta concessione originem habentibus.

Et similiter praedicti Sindici Comunis Pisani nomine ipsius Comunis fecerunt remissionem, et plenam liberationem ipsis domino Regi, et domino Infanti de eo, in quo possent teneri prelibato Comuni, vel in aliquo teneantur occasione dicti feudi, et convenentiarum in pace pridem firmata inter eumdem dominum Infantem, nomine dicti domini Regis et proprio, et

dictum Comune condictarum, sive super quantitate duarum mille librarum aquilinorum parvorum ipsi Comuni assignatarum super salinis Castelli Castri, sive alias quomodocumque, ex quibuscumque causis predictis, vel presentibus, vel etiam ex futuris, habentibus originem ex conventionibus antedictis.

Ac pacte sunt dicte partes nominibus supradictis, quod fiat plena, et libera restitutio, et relaxatio omnium captivorum, et carceratorum, qui detinentur, vel detinebuntur usque ad diem executionis pacis per predictos dominum Regem, et dominum Infantem, vel per eorum officiales, sive alios eorum subditos, vel per eorum valitores, sive officiales, vel subditos eorumdem, qui fuerint de Civitate Pisana, vel districtu dicti Comunis Pisani, vel valitorum suorum, aut de Civitate sive districtibus Ianue, vel Saone, aut aliunde, qui capti fuere post primam pacem predictam, ubicumque detineantur. Et similiter de omnibus captivis, et carceratis, quod per Comune Pisanum aut ejus officiales, vel districtuales, vel per ejus valitores, sive subditos eorumdem tenentur, vel tenebuntur usque ad diem exequutionis presentis pacis, qui fuerint vassalli vel subditi dictorum domini Regis, et domini Infantis, aut valitorum suorum quorumcumque, qui capti fuere post dictam primam pacem, ubicumque detineantur.

Item cum in pace prima predicta, predictum castrum Kallari cum faldis, sive appenditiis suis, videlicet villis de Stampace, et de Villanova, et hortis, prout in tractatu dicte pacis limitati fuere, et cum portu ipsius Castri, et cum stagno quod est a parte de Stampace, et cum omnibus hominibus et feminis, in dicto castro, villis, et hortis prout limitati sunt habitantibus, et habitaturis, et cum mero, et mixto imperio, et alia quacumque jurisdictione alta, et bassa, et cum juribus, proventibus, ac pertinentiis eorumdem, fuerint in feudum secundum morem Italie concessa per dictum dominum Infantem jam dicto Comuni, et nihilominus quod haberet ipsum Comune super salinis, que sunt prope dictum castrum Kallari, annis singulis, decem millia librarum aquilinorum parvorum in pecunia que sub dicto feudo comprehenduntur prout in dicta concessione de predictis facta in tractatu dicte prime pacis contenta plenius continetur; ex predicta amicabili transactione inter partes predictas conventa, predicti Sindici, ex potestate per ipsum Comune eis tradita, ratificaverunt omni iuri ex dicta concessione feudi, vel ante ipsam concessionem, aut postea ex quacumque causa pertinenti ipsi Comuni in, et super castro predicto Kallari cum omnibus supradictis ipsi Comuni in feudum concessis. Et concesserunt, et voluerunt ex causa dicte transactionis quod ipsum castrum Kallari cum faldis, seu appenditiis suis, videlicet villis de Stampace, et de Villanova, et hortis predictis, et portu ipsius castri, ac stagno, et omnibus hominibus, et feminis in dictis castro, et villis et hortis habitantibus, et habitaturis, et cum mero et mixto imperio, et quacumque iurisdictione alta, et bassa, et cum iuribus, proventibus, redditibus, et pertinentiis eorumdem, sint ipsorum domini Regis, et domini Infantis, et successorum suorum proprio, et in eorum jure, et proprietate ac dominio libere perveniant, ad faciendas eorum proprias libere voluntates; ipsumque castrum Kallari cum predictis promiserunt effectualiter tradere jam dictis domino Regi, et domino Infanti, aut eorum ministris, vel ambasciatoribus in Sardineam propterea transmittendis, vel aliis eorum officialibus, qui sunt in Sardinea.

Et predicti Sindici nomine dicti Comunis cessere ipsis domino Regi, et domino Infanti, pro se, et successoribus suis proprio et ex transactionis predicte quecumque jura in predictis castro, et aliis, jam dicto Comuni competentia quoquomodo. Et absolvunt ex nunc dicti Sindici nomine dicti Comunis, et absolvent, vel eorum aliquis absolvet homines dicti castri

Kallari, et ipsarum villarum Stampacis, et Villenove, et hortorum ab omni fidelitate, et juramento, et aliis, quibus tenerentur dicto Comuni; et mandant ex nunc pro parte dicti Comunis, et mandabunt vel aliquis eorum mandabit eis, quod deinceps obediant dictis domino Regi, et domino Infanti, et successoribus suis proprio, et officialibus eorum, tamquam eorum dominis, et eis homagium faciant, ac fidelitatis juramentum, ac respondeant de omnibus et singulis, de quibus dicto Comuni respondere consueverunt.

Unde dicti Dominus Rex, et Dominus Infans voluerunt et concesserunt, ac per firmam, et solemnem stipulationem promiserunt Sindicis supradictis, recipientibus nomine dicti Comunis, ex causa eiusdem transactionis, quod Pisani, et alii omnes, qui de Castello Kallari predicto, ac villis Stampacis, et Villenove, et Hortis premissis exire voluerint, possint inde exire libere, et secure cum omnibus eorum bonis mobilibus, que inde extrahere, vel deferre, vel extrahi, vel deferri facere voluerint.

Et quod Comune predictum possit de dicto Castro Kallari extrahi, et deferri facere omnia sua bona mobilia, que ibi habet, libere, et expedite.

Et quod ipsi Dominus Rex, et Dominus Infans teneantur super navibus, aut cocchis, vel usceriis ammarinatis, vel etiam in galeis armatis, aut mixtim, si hoc potius de galeis armatis elegerint Amiratus Regius, qui est in Sardinea, et Sindici sive Ambaxiatores dicti Comunis illuc ituri, absque aliqua solutione facere deferri ad Portum Pisanum, et alios predictos, qui redire, vel ire Pisas voluerint cum eorum bonis predictis, et etiam predicta bona Comunis, et captivos relaxandos sanos, et salvos ab omnibus gentibus ipsorum Dominorum, et Valitorum suorum, et aliis quibuscumque, quantum in eis fuerit, ad sanum, et bonum intellectum, sumptibus ipsorum Dominorum.

Et quod burgenses et habitatores dicti Castri Kallari, et appenditiarum eius, et Villenove, Stampacis, et Hortorum predictorum, qui remanere et esse voluerint in dictis locis, possint in eis remanere et esse, et eorum bonis gaudere, et tractentur ibi benigne, rationabiliter, atque iuste.

Et quod possessiones, et bona immobilia tam Pisanorum, quam burgensium sive habitantium Castelli predicti, quam etiam aliorum, qui subessent, vel subesse consueverunt dicto Comuni Pisano, posita in dicto Castro, et in dictis villis Stampacis, Villenove, et Hortorum, et in Villa Ecclesie, et aliis locis, et terris Sardinee, exceptis castris, villis, ac jurisdictionibus, dimittantur, et restituantur eis libere, et sint, et esse debeant eorum libera, et expedita, salvis iuribus pro quibus respondere consueverunt dicto Comuni, pro bonis ipsis, de quibus dictis Domino Regi, et Domino infanti respondeant, et successoribus illorum, et in quantum respondebant dicto Comuni, et eis possint gaudere, eaque tenere, et usufructare, et alienare sicut eis placuerit, absque aliqua contradictione, et sicut poterant antequam dictus Dominus Infans perveniret ad dictam Insulam.

Et idem intelligatur, et servetur de ecclesiasticis personis, et locis, et beneficiis ac bonis eorum, sine aliqua exceptione, castrorum, villarum, et iurisdictionum; salvo quod si Pisani, qui consueverunt habere castra, vel villas in dicta Insula, haberent aliqua predia vel possessiones, singulares personas in ipsis castris, vel villis, possint eis gaudere, atque retinere, et usufructare, sicut poterant ante adventum dicti Domini Infantis in Insulam

predictam, sub generali dominio tamen dictorum Domini Regis, et Domini Infantis et suorum.

Predicta vero de castris, villis, et iurisdictionibus non restituendis locum non habeant in villis, et terris concessis in feudum comitibus Rainerio, et Bonifacio de Donoratico a dicto Domino Infante, super quibus, ob gratiam dicti Comunis, dominus Rex, et dominus Infans intendunt de speciali gratia singulariter providere secundum quod inter dictos dominos, et dictos ambaxiatores noviter est tractatum.

Et quod Pisani et districtuales Comunis Pisani possint stare, et esse in dicta terra, castellis, et aliis terris, et locis dominii ipsius domini Regis dicte insule, et aliis. Et quod possint ibi contrahere, et mercari, illucque ire, ibique stare, et inde redire secure, et quod benigne, et favorabiliter tractentur ibidem. Et similiter subditi, et districtuales dictorum domini Regis, et domini Infantis, et valitorum suorum, possint stare, et esse in civitate, et districtu Pisarum, et valitorum suorum et ibi contrahere, et mercari, illucque ire, ibique stare, et inde redire secure, et quod benigne, et favorabiliter tractentur ibidem.

Adjecto quod si dictus dominus Rex, et dominus Infans predicti, vel eorum officiales haberent aliquem, vel aliquos ex predictis Pisanis vel Burgensibus castri Kallari predicti suspectum, vel suspectos, possint eum, vel eos removere a predicto castro, ita quod extra ipsum castrum possint stare, et esse in quibuscumque villis, vel locis Sardinee; quam remotionem facere possint, dato eis spatio competenti, infra quod possint vendere bona sua; in quo termino, si secundum dictum eorum ipsa bona vendere non valerent pretio competenti, teneantur dominus Rex, et dominus Infans et successores sui per se, vel eorum officiales, emere, sive emi facere illa bona, que haberent in dicto castro, et etiam extra castrum, si illa de extra castrum vendere voluerint, et inde eis dare, vel dari facere in pecunia pretium justum et conveniens ad justam extimationem fiendam ab extimatoribus a dictis partibus comuniter eligendis, et quod non possint inde extrahi quousque esset eis de dicto pretio satisfactum, et quod totum hoc bona fide et sine fraude procedat, et servetur, et servari debeat per dictos dominos, et officiales eorum.

Et quod liceat Pisanis et eorum districtualibus extrahere, et extrahi facere de regno Sardinee et Corsice, et eius terris et locis mercationes, et res quascumque, solvendo inde dirictum ordinatum, vel ordinandum, preter quam de fructibus, et aliis redditibus habendis per dictum Comune ex villis et terris infrascriptarum curatoriarum de Tragenta, et de Ghippi eis concessis in feudum. De quibus fructibus et redditibus dictum Comune nullum dirictum solvere teneantur; et quod aliter non fiat in eis prohibitio, nisi sicut, et quando generaliter fieret subditis dictorum dominorum.

Et quod predictum Comune Pisanum, et Pisani habere possint consulem et consules in terris et locis maritimis dicti regni Sardinee et Corsice, quem et quos dictum Comune egerit et voluerit, qui cognoscant de contractibus et aliis contingentibus occasione mercationum et aliorum negotiorum inter Pisanos et alios districtus pisani navigantes, et appellantes sive adplicantes ad portus, et alia loca regni ejusdem, qui non facerent ibi domicilium non tamen de iis, que essent ex crimine punienda.

Et quod granum, et hordeum, et alia grana castrorum et terrarum Iudicatus Gallurii, qui est in Comarcha versus Pisas, non possint extrahi de dicto Iudicatu per aliquos cujuscumque

nationis sint, sive de dominio dicti domini Regis, vel districtu Pisano, vel aliunde, nisi deferenda ad civitatem Pisarum tantum per Pisanos, et quoscumque alios, prestita securitate per extrahentes sub competenti pena, quod ad civitatem Pisanam, et non ad alias partes deferantur. Que securitas vel pena a Pisanis non exigatur, vel imponatur eisdem.

Et insuper ex causa ejusdem tractationis dicti domini Rex, et Infans concesserunt, et dederunt Sindicis supradictis recipientibus nomine jam dicti Comunis in feudum absque aliquo servitio, et censu dando vel solvendo aut faciendo, villas et terras sitas in curatoriis de Tragenta et de Ghippi, que sunt in Iudicatu Kallari, cum hominibus et feminis – in ipsis villis et locis habitantibus, et habitaturis, et cum possessionibus, et terris cultis, et heremis in predictis curatoriis situatis, et cum jurisdictionibus, redditibus, proventibus, et pertinentiis earundem, et cum mero et mixto imperio, et omni jurisdictione alta et bassa, quam dominus Rex et dominus Infans, aut officiales dictorum domini Regis et Domini Infantis dabunt officialibus Comunis Pisani, ut ad eorum acquisitionem, omnem favorem per quem Comune Pisanum, et eius officiales jura sua integre habere possint ab hominibus dictarum villarum et terrarum; et officiales sui jura dicti Comunis possint consequi, et officia libere exercere.

Dictum vero Comune, vel aliquis, vel aliqui pro eo non possint ullo unquam tempore constituere castra, vel fortilitias aliquas in dictis curatoriis, vel parte ipsarum. Possint tamen dictum Comune, et ejus officiales in dictis curatoriis domos eminentes, et fortes facere, absque fossatis et steccatis et berteschis pro personis suis, et fructibus dicti Comunis, et in carcerandis criminosis, et aliis tutius conservandis, dummodo non fiant in montibus, sive roccis, nisi ipse ville jam essent in montibus sive roccis situate; quo casu possint fieri per modum supradictum.

Et promiserunt, et etiam promittunt ex nunc dicti dominus Rex et dominus Infans predictis pro dicto Comuni dare, vel dari facere cum effectu, illi, vel illis, ex dictis sindicis, qui ituri sunt ad partes Sardinee pro executione dicte pacis, pro dicto Comuni recipientis, vel alii, seu aliis, quem, seu quos ipse sindicis, vel sindici pro dicto Comuni elegerint, sive deputaverint in officiales in dictis villis, vel alii legitime persone pro dicto Comuni, possessores dictarum villarum quam citius commode fieri poterit, et ipsum officialem, et officiales, et alios, qui pro tempore ibi fuerint pro dicto comuni, et ipsum Comune, et eius successores in ipsis villis et terris, vel eorum possessionibus, ullo tempore, aliqua ratione vel causa non inquietare, vel molestare. Sed ipsas villas et terras ipsi Comuni, et ejus officialibus ad omnibus personis defendere et distrigare de jure et de facto.

Et absolvent, et ex nunc absolvunt homines dictarum villarum ab omni fidelitate et juramento, et aliis quibus tenerentur eisdem, vel aliis quibuscumque ab eis habentibus causam in iisdem; et mandabunt, et ex nunc mandant eis, quod deinceps obediant dicto domino Regi et domino Infanti, et officialibus suis perpetuo, tanquam dominis eorum, et eis homagium faciant, ac fidelitatis juramentum, ac respondeant de omnibus et singulis, de quibus olim dicto Comuni, et prout ea dictis dominis, vel aliis ab eis causam habentibus respondere consueverunt.

Ac intellecto in predictis, et ex causa dicte transactionis per stipulationem premissa, quod si Comune Pisanum maluerit florenorum quatuor millia de auro quolibet anno sibi dari et solvi perpetuo a suprascriptis dominis, et quolibet eorum, ut una solutio sufficiat, eorumque successores suprascripti domini, et eorum quilibet in solidum teneantur, et ex nunc

promittunt sindicis supradictis pro dicto Comuni recipientibus dare et solvere, seu dari et solvi facere dicto Comuni, vel legitime persone pro ipso Comuni recipienti, singulo anno in perpetuum in Castello Castri, in festo Purificationis Beate Marie mensis februarii, cujuslibet anni, dictos quatuor millia florenos auri; qui floreni dicto Comuni, vel alii legitime persone eius, nomine dentur et solvantur per manus administratorum generalium reddituum, et proventuum dicte insule Sardinee Pisarum, aut qui pro tempore fuerint, vel aliorum officialium dictorum dominorum.

Et prestetur sacramentum per administratores ipsos successive in ingressu sui officii, quod dictam florenorum quantitatem solvent dicto Comuni, vel alii eius nomine annis singulis termino supradicto; et etiam in defectu dictorum administratorum, et officialium, predicti dominus Rex et dominus Infans et eorum quilibet ad scriptam solutionem faciendam et complendam remaneant obligati ut superius est expressum. Ita tamen quod per dictam florenorum promissionem, vel solutionem ubi dictum Comune eligat recipere dictos florenos quatuor millia annuatim, Comune ipsum non sit neque intelligatur adstrictum ad aliquod vinculum fidelitatis, sed fiant pro virtute transactionis predicte. Quam voluntatem dictum Comune declarare possit hinc ad tres annos proxime venturos; et in hoc casu, quo Comune predictum acceptaverit velle predictam florenorum quantitatem, ut dictum est, dicte ville et terre cum juribus, et pertinentiis suis ad ipsos dominos libere revertantur, et sint eorum, ut erant ante concessionem predictam.

Item quod omnibus Pisanis, et eorum districtualibus fiat plenum, summarium, et expeditum ius de iis, que recipere haberent, vel petere possent a Sardis, et aliis quibuscumque.

Item quod damna, mulcte, condemnationes, et processus singuli facti, et facte, seu data Pisanis, seu burgensibus olim Ville Ecclesie, et aliis quibuscumque, qui tempore presentis pacis essent ad devotionem, et mandatum Pisani Comunis, sive contra eos, vel de eis, usque in diem facte pacis, a quocumque officiali dictorum Dominorum, vel alio eis subposito, sint, et esse intelligantur ex nunc ipso iure cassa, et irrita, et nullius valoris, et cassari, et annullari debeant virtute presentis pacis.

Item, ob reverentiam Beate Marie Virginis, concessere predicti Dominus Rex, et Dominus Infans, quod omnia iura, et possessiones, honores, et bona, quos, et quas, et que opera Sancte Marie Pisane Maioris Ecclesie habet in Castello Kallari predicto cum aliis terris, et locis Sardinee, sint et maneant ipsius opere, et ei libere, et cum effectu dimittantur, et restituantur, et eis possit gaudere eaque tenere, usufructuare, et alienare, sicut placuerit operario dicte opere, et sicut poterat, antequam Dominus Infans ad dictam insulam perveniret.

Predicta quidem omnia, et singula sicut melius, et plenius superius condita, conventa et promissa sunt predicti Dominus Rex, et Dominus Infans, et predicti Sindici Comunis Pisani, nominibus quibus supra, promiserunt sibi invicem solemniter, et nobis stipulantibus et recipientibus pro omnibus, et singulis utriusque dictarum partium, quorum interest, et interesse potest, seu poterit, attendere, et observare bona fide, sine fraude, integre, et inviolabiliter, et contra non facere vel venire ullo unquam tempore aliqua ratione, ingenio, sive arte, directe, vel per obliquum.

Pro quibus complendis, et observandis stipulate sunt ad invicem dicte partes modis, et nominibus, quibus supra, penam si contra fieret, videlicet decem millium marcharum argenti per partem infringentem dandam parti observanti; qua pena soluta, vel non, nihilominus omnia, et singula supradicta remaneant in suo robore et virtute; quibus, vel aliquibus ex eis ex dicte pene appositione non intelligatur vel possit in aliquo derogari.

Et pro omnium predictorum observatione partes predicte obligaverunt sibi ad invicem, videlicet dicti Dominus Rex, et Dominus Infans se, et suos heredes, et successores, et bona ipsorum dictis Sindicis pro dicto Comuni Pisano recipientibus; et dicti Sindici se sindacatus nomine pro dicto Comuni, et ipsum Comune, et eius bona predictis Domino Regi, et Domino Infanti per se, et eorum successores, et heredes recipientibus; et relaxaverunt dicte partes omni iuri, rationi, et consuetudini, quibus predicta in aliquo fieri…

Insuper ad maiorem cautelam, et firmitatem omnium predictorum, dicte partes, videlicet predicti Dominus Rex, et Dominus Infans, et predicti Sindici Comunis Pisani pro dicto Comuni iuraverunt ad sancta Dei Evangelia, prestito corporaliter iuramento coram nobis notariis et testibus infrascriptis, predicta omnia et singula attendere, et observare, et firma habere perpetuo ad bonum, et sanum intellectum, et bona fide sine fraude, et contra non facere, vel venire directo, vel per obliquum, per se vel alios, ullo unquam tempore, aliquo modo, vel iure. Et de predictis omnibus iussere partes iam dicte duo publica instrumenta similia de verbo ad verbum confici per suos notarios.

Actum instrumentum hoc in Palatio Regio civitatis Barchinonensis, septimo kalendas madii, anno Domini millesimo trecentesimo vigesimo sexto, secundum morem Barchinonensium; Dominice vero incarnationis anno millesimo trecentesimo vigesimo septimo, Indictione nona, secundum morem Civitatis Pisane. Testes huius rei, qui presentes fuere religiosus vir, frater Pontius abbas Montis Popaleorum. Nobilis Otho de Monte Cuteno. Armaldus Roggerii de Paylas, et venerabilis Bernardus de Follonario, et Berengarius de Sancto Miniate Milites. Bernardus de Marimundo, et Arnaldus Ductaii consiliarii hoc anno civitatis Barchinonensis, et Guilliermus de Lateria civis eiusdem civitatis. Gerardus Bochini, et Henricus Accurti Florentini. Macchajone Iacobi. Franciscus Rodulfis, et Carolus filius quondam Iusti Alamanni Pisani.

De predictis Iustus Bonanatus, et ego Benedictus fuimus rogati instrumentum conficere, et firmata fuere inde duo instrumenta consimilia; quorum unum supradictis Dominis, et aliud Comuni Pisano fuere exhibita.

Ex Arch. Reformat. Civit. Flor.

XXXIII.

L'Infante Don Alfonso di Aragona raccomanda con sue lettere a Ugone III. giudice *di Arborea il suo Consigliere Raimondo di Montepavone, che dovea trasferirsi a Sardegna per prendere il comando del castello di Cagliari affidato alla sua custodia, e quello della podesteria della città di Sassari, e del capitanato del regno di Logudoro, dappoichè la detta città ritornerebbe sotto l'obbedienza, ed alla fede regia*.

(1326, 27 maggio).

Dai Reg. Archiv. di Barcellona, Registr. Sardiniae, ad ann. MCCCXXVI. fol. XXII.

Infans Alphonsus, Illustrissimi Domini Regis Aragonum, primogenitus, eiusque generalis procurator, ac comes Urgelli. Egregio viro Ugoni, vicecomiti de Basso, iudici Arboreae, gubernatori Sardorum Insulae Sardiniae, salutem, et dilectionis affectum. Cum Nos de fide legalitate, et industria dilecti consiliarii nostri Raymundi de Montepavone plene confisi commisserimus eidem Castrum Callari custodiendum pro Nobis ad consuetudinem Hispaniae, dum nostrae placuerit voluntati, commisserimusque, etiam eidem officia potestariae civitatis nostrae Saceri, et capitaniae regni Lugudorii, cum dicta civitas redierit ad fidei nostrae obsequium, et in super sibi plenam contullerimus potestatem, quod in portubus commitens, et de turribus fiant nostro nomine novae pupulae, et etiam pro istis, quam pro aliis, que de nostro mandato in dicta Insula habuerit expedire, necessarium habeat vestrum consilium, et favorem; ideo vos rogamus, quatenus honore nostris, et sicut negotia nostra obtatis feliciter expedire, praenominatum Raymundum de Montepavone recomendatum specialiter habeatis, sibique impendere vestrum consilium, et favorem velitis, quandocumque vestram adierit praesentiam pro praemissis, ex hoc etiam gratum nobis servitium facietis, ex hoc etiam gratum nobis servitium facietis, et regratiabimur illud vobis. Datum Barchinonae VJ. calendas iunii, anno Domini MCCCXXVI.

C.ª Egidius Petri, mandato Domini infantis facto per Guillermum Oul.

XXXIV.

Don Iacopo II re di Aragona, dopo la pace conchiusa colla repubblica Pisana, concede in feudo alcune ville, terre, e luoghi della Sardegna al conte Bonifazio figliuolo del conte Gherardo, e a Tommaso, Gaddo e Barnaba pupilli, e figliuoli del conte Ranieri di Donoratico.

(1326, 18 dicembre).

Da Flam. Dal Borgo, Scelt. Dipl. Pis. pag. 259 a 265.

In Dei nomine Amen.

Pateat universis, quod Nos Iacobus Dei gratia Rex Aragonie, Valencie, Sardinie, et Corsice, ac Comes Barchinone, considerantes qualiter inclitus Infans Alfonsus, legitimus primogenitus, ac generalis Procurator noster, Comes Urzelli, dudum tempore pacis prius inite inter Nos et dictum Infantem ex parte una, et Comune civitatis Pisarum ex altera, ex potestate inde sibi per nos plenarie attributa, dedit in feudum perpetuum secundum morem Italie egregio viro Raynerio quondam, ac vobis nobili Bonifacio eius nepoti, nato quondam comitis Gerardi comitibus de Donoratico, ac successoribus ipsius, et vestri, castrum de Joyosa Guardia, situm in regno Kallari in curatoria de Sigerio, et omnes villas, loca, casalia, saltus, silvas, et nemora, que dictus quondam Raynerius, et vos dictus Bonifacius habebatis, et ad vos pertinebant ante adventum ipsius Infantis in insula Sardinie, quando dictum Comune Pisanum dominabatur ibidem; quam siquidem donationem vobis fecit sub censu mille florenorum auri de Florentia solvendorum in festo Nativitatis Domini, annis singulis, nobis, et successoribus nostris in domo salinarum nostrarum, que sunt prope Kallarum, et sub aliis conditionibus, et retentionibus, in carta donationis ipsius specialiter expressatis, ut in carta ipsa acta prope Castrum Kallari, in loco, ubi exercitus dicti Infantis esse consueverat, kalendis julii, anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo quarto, plenius continetur.

Qualiter etiam, instigante pacis emulo, inter Nos, et dictum Infantem, seu gentes nostras, predictumque Comune, abjecto pacis federe, et reiterata discordia, captis, et ad nostrum dominium reductis castro, villis, locis, casalibus, et aliis per dictum Infantem predicto quondam Raynerio, et vobis dicto Bonifacio, ut premittitur, concessis in feudum prefato Raynerio ab hac luce subtracto, in tractatu pacis inter Nos, et dictum Infantem, ac ambaxiatores dicti Comunis Pisarum rursus, ac subsequenter inite; cum carta nostra data Barchinone septimo kalendas madii, anno Domini millesimo trecentesimo vigesimo sexto ob favorem et gratiam dicti Comunis promisimus restituere, et ex tunc restituimus vobis dicto Bonifacio pro medietate, et Thome, Gaddo, ac Barnabe filiis dicti quondam comitis Rainerii pro alia medietate villas, et loca, ac terras in dicto privilegio donationis facte dicto quondam Rainerio, et vobis dicto Bonifacio per Infantem jam dictum contentas, sub modis et formis in ipso privilegio expressatis, exceptis castris de Joyosa Guardia, et Villa Massargia, ac Villa Gonesie, quam cum juribus, redditibus, et terminis earumdem, ac pertinentiis universis nobis duximus retinendas; pro quarum compensatione obtulimus vobis dictis comitibus dare villas, et terras in Sardinia, valentes tantumdem, in redditibus, quantum valent castrum, et ville supra retente, vel, si magis vellitis, daremus vobis pro castro, et villis ipsis nobis retentis mille florenos auri in redditibus annis singulis, perpetuo,

in festo Purificationis Beate Marie mensis februarii, quo casu deducentur de censu predicto mille florenorum pro rata terrarum supra retentarum; et quod de censu, qui remaneret, fieret excomputatio usque in concurrentem quantitatem dictorum mille florenorum, retentis tamen pro censu centum florenis auri, ut hec, et alia in dicto privilegio nostro plenius contineri noscuntur.

Idcirco cum nunc nostram presentiam adeuntes Bartholomeus Mussus jurisperitus, et Bonnomus notarius civitatis Pisane, procuratores, et nuncii speciales in solidum, vestri Bonifacii supradicti, et plenum, ac speciale mandatum habentes ad omnia infrascripta, ut constat per instrumentum procuratorium nobis exhibitum, factumque per vos in presentia, consensu, et auctoritate Tinuccii de Rocca de Cappella Sancti Laurenti Kinsice curatoris vestri Bonifacii supradicti, dati vobis per Fremutium filium Lucterii, et Tegrinum filium Iohannis Tegrini, publicos iudices ordinarios curie pupillorum Pisane civitatis, ut de dicta procuratione constat per instrumentum inde nobis exhibitum confectum auctoritate Villani filii quondam Venture Cornetani de Plumbino imperiali auctoritate notarii, anno millesimo trecentesimo vicesimo septimo secundum consuetudinem Pisanorum, indictione decima, ipsa die kalendarum novembris, auctoritate Iohannis quondam filii Gardi Iudicis de Camuliano imperiali auctoritate notarii, et tunc dicte curie pupillorum pro comuni Pisano scribe publici; Et de cura decreta dicto Tinuccio curatori vestro predicto constat per publicum instrumentum inde confectum anno et indictione predictis, et pridie kalendas novembris.

Comparuit etiam coram nobis Vannes filius quondam Marsupini de Vico, curator datus vobis dictis Thomasio, Gardo, et Barnabe per dictos Iudices ordinarios curie pupillorum civitatis Pisane, ac habens ad infrascripta plenum et speciale mandatum, ut constitit per instrumentum huiusmodi cure ab eo exhibitum, confectum die, indictione, et anno proximo suprascriptis, auctoritate Iohannis Ricchi de Palaria civis Pisani imperiali auctoritate Iudicis ordinarii, notarii, et scribe dicte curie pupillorum pro comuni Pisano, nobis humiliter supplicarunt, ut iuxta promissionem et concessionem nostram predictam, vobis jamdictis comitibus de villis et terris predictis per dictum Infantem vobis dicto Boniffacio, dictoque quondam Comiti Raynerio dudum donatis, atque concessis, exceptis supra retentis, pro quibus eligebant pro parte vestra recipere mille florenos auri supra redditibus et exitibus nostris Sardinie, in festo Puriffications predicto, donationem et concessionem facere dignaremur.

Nos igitur attendentes devotionem sinceram, et affectionis pure constantiam, quas predecessores vestri ad inclitam domum nostram, nostrosque progenitores, et nos antiquitus habuerunt, quasque vos dicti Comites ad nos, et dictum Infantem gerere in vestre iuventutis initiis expressistis. Ideoque sperantes, et consecutione probabili subponentes, quod eo in vobis erga nos et successores nostros, in etate provectiori, accrescet affectus solidior, fidelitasque sincerior, quo a Regie munificentie largitate potioribus beneficiis vos senseritis secundatos.

Ea propter cum presenti carta nostra perpetuo valitura, in favorem et gratiam dicti comunis, et vestrorum, gratis et ex certa scientia damus, restituimus, atque concedimus in feudum perpetuum secundum morem Italie, vobis dicto Bonifacio pro medietate, et vobis Thome, Gerardo, ac Barnabe comitibus de Donoratico pro alia medietate et heredibus, ac successoribus vestris, et cuicumque vestrum, et vobis dictis Bartholomeo, atque Bonnomini

procuratoribus, atque nunciis vestri Bonifacii supradicti, ac Vanni filio Marsupini curatori vestri Thome, Gerardi, ac Barnabe predictorum, recipientibus et paciscentibus nomine vestro, et cuiuslibet vestrum, omnes villa, loca, atque casalia, saltus, silvas, nemora, et omnia alia, et singula preter supra retenta, que dictus quondam comes Raynerius, et vos dictus Bonifatius habebatis, et possidebatis ante adventum dicti Infantis in insula Sardinie supradicta, quando Comune Pisarum dominabatur ibidem, cum hominibus, feminis, servis, et ancillis in dictis villis, locis, atque casalibus habitantibus, atque habitaturis, et cum redditibus, proventibus, exitibus, terris, juribus, , et jurisdictionibus ad vos, et ad dictum quondam comitem Raynerium pertinentibus, et que habere consuevistis in eis, ante adventum dicti Infantis in insula memorata. Retentis nobis specialiter et expresse jure Argentariarum nostrarum, que olim comune Pisanum tenebat et possidebat, et in quibus dictum Comune jurisdictionem exercebat, et officiales statuere consueverat, et omnibus aliis juribus ex Argentariis nostris predictis provenientibus, de quibus vos dictus Bonifacius, et dictus quondam comes Raynerius partem certam percipiebatis ex eis, et jure inde provenienti; quae quidem omnia nobis, et nostris successoribus, absque participatione aliqua, simul et in solidum retinemus.

Salvamus etiam, et retinemus nobis, et nostris perpetuo castrum de Joyosa Guardia, Villam Massargiam, ac Villam Conesie cum hominibus et feminis, juribus, jurisdictionibus, redditibus, proventibus, terminis earumdem, ac pertinentiis universis, que in dicta donatione et concessione excipimus, et excludimus specialiter, et expresse.

Sane quia propter retentionem castri, et locorum hujusmodi debet extenuari pro rata census mille florenorum, quos tenebamini nobis annuatim prestare pro castro de Joyosa Guardia, ac aliis locis omnibus, villis, et terris, que dictus Infans vobis dicto Bonifacio, et dicto quondam comiti Raynerio in prima concessione in feudum concesserat, ut est dictum, et debet fieri hinc inde deductio pro aliis supra contentis, prout inferius liquide continetur. Idcirco cum per computa, et libros rationum terrarum omnium predictarum nunc coram nostro, et Infantis predicti rationalibus edita constet, quod de censu mille florenorum predicto debent deduci pro dictis castro, et villis a nobis retentis ducenti sexaginta floreni pro rata reddituum, et jurium eorumdem, quibus deductis de dictis mille florenis censualibus, restant ad dandum, et solvendum per vos curie nostre de dicto censu septingenti quadraginta floreni auri. Ideo de hujusmodi quantitate restanti iuxta promissa per nos in privilegio supradicto, et propter excomputationem inferius faciendam centum florenos auri tantum pro omnibus villis, locis, et terris vobis supra in feudum concessis, preter supra retenta, et ratione census eorum annuatim ducimus retinendos, ita quod vos dicti comites pro censu, et recognitione predictorum vobis nunc in feudum, ut predicitur, concessorum, detis, et teneamini dare perpetuo nobis, et successoribus nostris de totali quantitate census predicti in festo Nativitatis Domini proximo nunc venturo, et deinde annis singulis ipso festo, dumtaxat centum florenos auri de Florentia auri fini, et recti ponderis; quam siquidem solutionem faciatis in domo salinarum nostrarum, que sunt prope Kallarum, aministratori, vel aministratoribus reddituum nostrorum Sardinie aut illi, vel illis, quibus voluimus, et mandavimus loco nostri.

Verum cum nos pro Castro, et locis precitatis, que nobis retinuimus, ut prefertur, promiserimus dare vobis dictis comitibus, vosque elegeritis a nobis recipere mille florenos auri annis singulis dicto festo Purificationis Beate Marie mensis februarii in perpetuum; et de ipsis mille florenis, deductis, et defalcatis sexcentis quadraginta florenis ex dictis

septingentis quadraginta florenis, de quibus centum florenos pro censu retinuimus, et defalcavimus, ut est dictum; restent ad dandum vobis trecenti sexaginta floreni auri; propterea presentium tenore damus, et concedimus, et solempni stipulatione dare promittimus vobis dicto Bonifacio pro medietate, et vobis Thome, Gerardo, et Barnabe pro alia medietate, et curatori, ac Procuratoribus vestris prescriptis recipientibus pro vobis, et nomine vestro pro premissis supra a nobis retentis, trecentos sexaginta florenos auri de Florentia auri fini, et recti ponderis, factis deductionibus supradictis, habendos, et percipiendos perpetuo annis singulis in dicto festo Purificationis Beate Marie mensis februarii, super redditibus, et exitibus nostris regni Sardinie supradictis. Mandantes per presentes universis, et singulis aministratoribus, et collectoribus dictorum reddituum, et exituum, ut vobis, et vestris successoribus perpetuo annis singulis dent, solvant, et tribuant dictos trecentos sexaginta florenos in termino supradicto.

Retinemus etiam nobis, et nostris perpetuo omnia, et singula iura alia competentia Dominis pro feudis iuxta morem Italie, vobis etiam ex uberiori gratia concedentes, quod fructus colligendos per vos ex redditibus dictarum terrarum supra per nos vobis concessarum in feudum; possitis per vos, vel quos volueritis extrahere de Sardinia, absque solutione alicuius diricti ordinati, vel ordinandi per hoc tam habitantes, vel habitaturi in villis, et Terris predictis nullam immunitatem habeant a dicto dirictu, si extrahere voluerint de dicto regno, vel insula fructus, vel alias merces suas; et ut pro censu preterito nulla inquietatio vobis fieri valeat in futurum, nos ob gratiam dicti comunis quicquid, et quantum solvere teneremini pro censu preteriti temporis vobis remittimus, vosque prorsus ab illo tenore presentis carte nostre liberamus.

Ad hec nos Bartholomeus Mussus iurisperitus, et Bonnomineus notarius civitatis Pisane procuratores, et nuncii simul, et in solidum iamdicti Bonifacii; et ego Vannes curator Thome, Gerardi, et Barnabe comitum de Donoratico predictorum, acceptantes, nominibus quibus supra, cum gratiarum actione a vobis Excellentissimo, et magnifico Principe et Domino, Domino Iacobo Dei gratia Rege Aragonie supradicto concessionem, restitutionem, et promissionem, donationem, et gratiam supradictam sub formis, conditionibus, et retentionibus superius expressatis, promittimus per firmam stipulationem nominibus, quibus supra, vobis dicto domino Regi recipienti nomine vestro, et successorum vestrorum, interveniente stipulatione solemni, et notario infrascripto stipulanti pro vobis, et successoribus vestris perpetuo, quod dicti Bonifacius, Thomas, Gerardus, et Barnabas comites supradicti, et eorum successores in perpetuum erunt fideles, et legales pro feudo predicto vobis dicto domino Regi, et dicto inclito domino Infanti Alfonso, et successoribus vestris, sicut veri et legales, ac legittimi vassalli esse debent domino suo, pro feudo, ac censum predictum centum florenorum auri de Florentia auri fini, et recti ac justi ponderis, solvent vobis, vel aministratori, seu aministratoribus reddituum vestrorum regni Sardinie, aut cui volueritis, et mandaveritis loco vestri, annis singulis, perpetuo, loco et termino prelibatis; Et quod facient vobis pro dicto feudo omnia et singula ad que vassalli tenentur secundum morem Italie, pro quibus omnibus complendis et attendendis per comites supradictos, et successores suos perpetuo facimus eorum nomine vobis dicto domino Regi recipienti nomine vestro, et successorum vestrorum homagium ore et manibus comendarum, et fidelitatis etiam juramentum, dicendo «Ad Sancta Dei Evangelia manibus nostris corporaliter tacta, nos Bartholomeus Mussus jurisperitus et Bonnomines notarius civitatis Pisane constituti ad hec procuratores simul, et in solidum per nobilem virum

Bonifacium comitem supradictum, et ego Vannes filius quondam Marsupini de Vico curator bonorum, et personarum Thome, Gerardi, et Barnabe comitum jamdictorum vobis domino Regi predicto recipienti nomine vestro, et successorum vestrorum, quod ab hac hora in antea dicti comites fideles, et obedientes erunt vobis dicto domino Regi, ac dicto domino Infanti, vestrisque successoribus: Non erunt in consilio, ac consensu, vel facto, ut vitam perdatis, aut membrum, aut mala capiamini captione, consilium, quod eis crediti eritis per vos, aut nuncios vestros, aut literas ad dampnum vestri, ipsis scientibus, nemini pandent. Et si scient fieri, vel procurari, sive tractari aliquid, quod sit in vestri dampnum, illud pro posse impedient, et si impedire non possent, illud vobis significare curabunt; Et ut jura vestra in dicto regno sint salva adjutores erunt in regno Sardinie contra omnem hominem, formam, et tenorem concessionis feudi predicti plenarie adimplebunt, et inviolabiliter observabunt nec ullo unquam tempore venient contra ea».

Et nichilominus nos Bartholomeus, Bonnomines, et Vannes predicti, nominibus quibus supra, promittimus per firmam stipulationem vobis dicto domino Regi nominibus antedictis, et notario infrascripto recipienti, et stipulanti nomine illorum, quorum interest, vel interierit, aut interesse potest, aut poterit in futurum, quod comites supradicti, et quisque eorum cum ad etatem perfectam pervenerint, ratificabunt, et approbabunt personaliter, nisi essent impedimento legittimo impediti, et tunc eo casu per procuratores legittimos omnia et singula supradicta, et etiam renovabunt in manu, et posse vestri dicti Domini Regis, vel dicti Domini Infantis, aut successorum vestrorum, seu illorum, quos ad hec duxeritis deputandos, ac vassallagium, et homagium legitimum, et fidelitatis juramentum sub forma premissa facient, ut est dictum pro premissis omnibus, et singulis inviolabiliter adimplendis; quam renovationem homagii et juramenti fidelitatis, ac aliorum etiam premissorum vobis dicto Domino Regi, ac successoribus vestris sub forma et condictione predictis faciant, et facere teneantur successores comitum predictorum personaliter, si in regno sardinie vos, vel successores vestri fueritis; Et si in aliis regnis, vel terris fueritis, per procuratores legitimos, ut est dictum.

Unde Nos Iacobus Rex predictus, vos predictos Bartholomeum et Bonnominem, nomine procuratorio nobilis Bonifacii supradicti, et vos Vannem curatorem Thome, Gerardi, et Barnabe comitum de Donnoratico predictorum, et nomine eorumdem, et heredum, ac successorum suorum, per traditionem ensis nostri de dicto feudo, videlicet comitem Bonifacium pro medietate, et dictos Thomam, Gerardum, ac Barnabam pro alia medietate personaliter, et solempniter investimus, mandantes cum presenti carta nostra gubernatoribus, capitaneis, aministratoribus, et aliis universis et singulis officialibus nostris, et Infantis predicti quocumque nomine censeantur presentibus, et qui pro tempore fuerint in regno predicto, quod predictam donationem, promissionem, concessionem, et restitutionem nostram firmam habeant, et observent, et dictos comites, vel eorum procuratores, aut officiales permittant tenere, et possidere perpetuo pacifice, et quiete premissa omnia et singula per nos eis concessa, et contra presentis donationis seriem vos, vel illos non gravent, molestent, aut aliquatenus inquietent.

In quorum testimonium dictus Dominus Rex mandavit inde fieri presens privilegium sua bulla plumbea communitum. Datum Barchinone quintodecimo kalendas ianuarii, anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo sexto = subscriptum.

Signum † Iacobi Dei gratia Regis Aragonie, Valencie, Sardinie, et Corsice, ac Comitis Barchinonis.

Si†gnum Bartholomei Mussi.

Si†gnum Bonnominis notarii procuratoris Bonifacii supradicti.

Si†gnum Vannis de Marsuppino curatoris Thome, Gerardi, et Barnabe predictorum, qui nominibus prelibatis premissa, et singula approbamus, laudamus, concedimus, et firmamus, et predicta fidelitatis iuramenta, et homagia prestamus.

Testes sunt, qui predictis omnibus et singulis presentes fuerunt, Guillelmus de Iaffero vicecancellarius, Bernardus de Anisone notarius, Petrus Marci thesaurarius, Anibaldus Megergii camerarius, et Franciscus de Bastida scriptor dicti Domini Regis.

Si†gnum Dominici de Biscarra scriptoris dicti Domini Regis, ac eius auctoritate notarii publici per totam terram et dominationem eiusdem, qui de ipsius mandato hec scribi fecit cum literis rasis et emendatis in XXI. linea, ubi legitur *et possidebatis*; et clausit loco, die, et anno prefixis.

Ex Arch. Pie Domus Misericord. Civit. Pis.

XXXV.

Diploma dell'Infante Don Alfonso di Aragona, col quale si fa espresso divieto al Podestà *di Sassari di chiedere o ricevere dal Comune alcun dono, o provigione, oltre lo stipendio assegnatogli*.

(1326, 26 dicembre).

Dagli Archivi ant. della Città di Sassari.

Nos Infans Alfonsus Illustrissimi Domini Regis Aragonum primogenitus eiusque generalis procurator ac comes Urgellensis. Quia intelliximus per ambaxiatores civitatis nostre Sassari ad nos destinatos quod cum temporibus preteritis potestates tunc Sassari procurarent cum aliquibus de consilio dicte civitatis quod universitas ipsis daret, vel provideret eisdem potestatibus in quibusdam pecunie quantitatibus graciose multociens inter volentes hoc et nolentes multe divisiones et dissensiones oriebantur; ex eo quod etiam dicti ambaxatores pro parte dicte universitatis nobis supplicarunt ut super hiis tale dignaremur adhibere remedium, quatenus in futurum dictorum scandalorum huiusmodi materia totaliter subducatur. Id circo et eo etiam quia talia apud bonos inhonesta noscuntur, cum presenti carta nostra statuimus quod potestas dicte civitatis qui nuuc est, licet de ipso dicti ambaxatores laudabile perhibeant testimonium, aut alii potestates qui post eum in dicta civitate fuerint pro tempore nunquam audeant petere, habere, aut recipere ab universitate ipsa aliquod donum aut provisionem quamcumque, neque dicte universitati ea conferre liceat ullo modo. Hoc quidem statuimus sub pena centum librarum alfonsinorum minutorum nostre acquirenda camere; et tam a dantibus quam a recipientibus sine ullo remedio quociens contra presens statutum fecerint exigenda, qua etiam solum donum aut servicium, aut provisionem que date fuerint nostre camere similiter acquiri statuimus et volumus, penitusque applicari. In cuius rei testimonium presentem cartam nostram inde fieri iussimus nostro sigillo appendicio communitam. Datum Turolii septimo kalendas ianuarii, anno Domini millesimo tercentesimo vicesimo sexto, sigill… etc.

XXXIX.

Il Re Don Giacopo II di Aragona concede molti privilegi, dritti ed esenzioni agli abitanti del castello di Cagliari, determina i confini di quest'ultimo, e dei suoi sobborghi, l'estensione del suo territorio, le ville, e i luoghi tutti nel medesimo compresi; e perché possa maggiormente, e più prontamente popolarsi, ordina che gli abitanti del comune di Bonaria *si trasferiscano a detto castello, e vi fissino il loro domicilio, e dà in coerenza gli opportuni provvedimenti; concedendo altresì varie franchigie per attirarvi ad abitarlo i Catalani, e gli Aragonesi.*

(1327, 25 agosto).

Dall'Archivio ant. della Città di Cagliari.

In nomine Sanctae, ac Individuae Trinitatis. Pateat universis, quod Nos Iacobus Dei gratia Rex Aragonum, Valentiae, Sardiniae, et Corsicae, ac Comes Barchinonae, considerantes quod gloriosa culminis regalis potentia, tanto magis extollitur, quanto eius solium maioribus, et pluribus civitatibus, castris, et villis egregiis et insignibus cernitur circumfultum, et si regalis solicitudinis cura, hac consideratione ducta ad civitates, castra, et villas iam populatas, ut felix augmentum suscipiant decoranda suae mentis etiam dirigit intuitum, nonminus debet intendere circa conservationem, et melioramentum illorum locorum, quae populatione carent, cum ea velut reditibus egentia difficilius suscipiant incrementum: animadvertentes igitur qualiter Castrum Caralis in insula Sardiniae constitutum, quod acquisitione insulae nostrae Sardiniae peracta feliciter per Dei gratiam ad nostrum pervenit dominium de novo populandum est gentibus nostris Catalanis, et Aragonensibus pro tutiore statu eiusdem, et per consequens totius praedictae insulae, cuius profecto castrum ipsius fundamentum fore dignoscitur, atque caput, ea propter ad augmentum vestrum, statumque securum castri eiusdem vehementius aspirantes, ipsum, eiusque incolas subscriptis privilegiis, statutis, consuetudinibus, atque gratiis providimus ex regali munificentia decorandum, interveniente ad haec omnia subscripta expresso assensu consiliariorum, et juratorum, ac totius universitatis castri, et villae de Bonayre, cuius assensum his necessarium esse putamus, cum plura ex infrascriptis concessis per Nos nunc Castro Calaris, et eius populis, ac appendicijs, et universitati ipsorum iam essent per nos concessa ex privilegio nostro dicto castro, et villae de Bonayre, et universitati ipsius, de quo quidem assensu universitatis hominum de Bonayre constat per instrumenta confecta super pactis initis inter dilectum Bernardum Deboxados admirantum nostrum, et gubernatorem Sardiniae, et Corsicae regni nomine nostro, et incliti Infantis Alfonsi primogeniti nostri legitimi ex parte una, et consiliarios iuratos, ac universitatem castri, et villae de Bonayre ex altera, in et super translatione, quae debet, quamque volumus fieri de habitatoribus de Bonayre ad dictum Castrum Calaris, et per litteras universitatis de Bonayre per eius speciales nuncios praesentatas. In primis itaque ut pacta ipsa debitum sortiantur effectum, et dictum Castrum Calaris conservetur feliciter, et continuum, ac copiosum suscipiat incrementum, et gentes undique ad illud libentius confluant pro populando, et habitando ibidem cum praesenti privilegio valido, et in aeternum roboris efficatiam obtenturo per nos, et nostros statuimus, et ordinamus, atque concedimus vobis universis, et singulis incolis dicti castri praesentibus, et futuris; et omnibus ijs qui ad dictum castrum venerint populandum, et posteritati vestrae, et ipsorum, quod ullo unquam tempore castrum

praedictum depopuletur vel deferatur, nec eius populatio mutetur, vel ad locum alium transferatur, insuper interveniente, ut praedicitur assensu consiliariorum, et universitatis castri, et villae de Bonayre. Assignamus, damus, et limitamus perpetuo pro termino castro jam dicto Calaris videlicet versus villam Decimi, usque ad villam ipsam Decimi exclusivè, inclusivè verò damus dicto castro pro termino, loca, vel villas quae sequuntur, videlicet Sancta Gilla Pirri, Sovetrano, Pauli Palma, Selargio, Quarto, toto Quarto josso, Quarto Donito, Cepolla, cum capite de S. Elia, nec non terminos eorumdem locorum, *et etiam castrum, et villam de Bonayre, et alia castra, loca, et casalia infra hos limites constituta*, et intus mare centum millaria, salvo tamen, et nobis, ac nostris semper, et in omnibus retento iure portus, et aliarum regaliarum nostrarum, retento etiam, quod illa loca ex praedictis concessis pro termino dicti castri, quae alicui, seu alij quibus erant donata tempore dicti privilegii per nos indulti castro, et villae de Bonayre, quod fuit datum Tirasone kalendas augusti anno Domini millesimo tercentesimo vigesimo quinto remaneant loca per se terminata secundum antiquos, quos habuerunt terminos, sed sint infra terminum castri eiusdem, itaque ea jura quae jure terminum habebat ex concessione nostra praedicta, dictum castrum, et villa de Bonayre, ac eius universitas, habeant dictum castrum Calaris, et eius universitas, et non ultra, nec aliter, nisi pro ut habebat dicta universitas de Bonayre, in quo quidem termino dicto castro Calari designato habeatis ademprivia venationum, pascuorum, nemorum erbagiorum, aquarum, et omnia sicut universitati de Bonayre ex dicto privilegio competebant, et non aliter exceptis dictis locis terminatis tunc jam donatis, habeatis etiam in tota insula Sardiniae ademprivia, illa quae ibi habent cives, et habitatores civitatum, et villarum insulae Sardiniae supra dictae. Concedimus etiam, et ordinamus perpetuo, quod in dicto castro sint modo dicto quinque consiliarii, et quinquaginta, vel centum iurati, qui tractent, procurent, et ordinent negotia dicti castri, et omnium villarum, et populorum, quae nunc sunt, vel pro tempore fuerint, et erunt in faldis, sivè appendiciis dicti castri, et alia faciant, quae consiliarii, et iurati civitatis Barchinone facere possunt, et debent iuxta privilegia eidem civitati indulta, aut consuetudines civitatis eiusdem inscriptis redactas, et eligantur dicti consiliarii, et iurati die Beati Andreae per proceres dicti castri, et villarum, ac populorum praedictorum sub forma, qua in dicta civitate Barchinone eligi sunt consueti: caeterum ut grandem affectionem, quam ad dictum castrum Callaris gerimus, producamus manifestissimè in apertum praesentis privilegii serie concedimus, conferimus, et donamus perpetuo, ex certa scientia, et ex Regiae liberalitatis nostrae gratia vobis universis, et singulis habitatoribus dicti castri, et villarum, ac populorum, quae sunt, vel fuerint, et erunt in faldis, et appendiciis castri eiusdem, et omnibus ijs quae in dicto castro, et in villis, et populis quae sunt, vel erunt, et in faldis, et appendiciis eiusdem populaverint in futurum, et successoribus vestris per saecula cuncta, omnes, et singulas libertates, franquitates, et imunitates, et privilegia, ac etiam consuetudines dictae civitatis nostrae Barchinone, quae sunt in scriptis redactae, ipsum castrum, nec non villas, et populos eius predictos, ac vos habitantes, et habitaturos, in eis ipsis libertatibus, franquitatibus, et immunitatibus, privilegiis, et scriptis consuetudinibus insignitos, et liberaliter decorantes, sed etiam de quo in dictis privilegiis et scriptis consuetudinibus Barchinone fit mentio de universitate civitatis Barchinone, intelligatur de universitate castri Callaris, et villarum, ac populorum in faldis, et appendiciis eius factorum, et fiendorum, et ubi de vicario, et baiulo Barchinone, intelligatur de vicario, et baiulo Calaris, et villarum, ac populorum, appendiciorum eiusdem. Concedimus etiam vobis, et vestris perpetuo, quod non teneamini facere exercitium, sivè cavalcatam, neque Nos, vel nostri eum, vel eam vobis, vel vestris possimus inducere, nec pro redemptione exercitus, vel cavalcata aliquid exigere, seu habere: concedimus etiam

vobis et vestris perpetuo, quod omnia hospitia, et prata, quae dabuntur, vel assignabuntur populatoribus dicti castri, et villarum, sive populorum, quae sunt, vel de caetero fient in faldis et appendicijs castri praedicti concedantur, dentur, et assignantur franca, et libera, et sine alicuius census praestatione, et absque laudimio, et fatica, et quavis alia servitute, et quod etiam si aliqua hospitia, vel prata in dicto castro, villis, vel populis apendiciorum eius jam dictis, jam data sunt, vel concessa in emphiteosim, vel ad censum, aut sub aliqua servitute, illa omnia ex nunc sint franca, et libera, nec habentes ea ad censum, vel servitutem aliquam pro ipsis praestanda modo aliquo teneantur: concedimus etiam vobis, et vestris perpetuo, quod omnes terras, et posessiones, quae pro parte curiae nostrae dabuntur, et assignabuntur, vel jam sint datae, et assignatae populatoribus castri Callaris, et villarum, aut populatoribus ejus appendiciorum, dentur, et jam datae censeantur franquae ad decimam partem fructuum tantum, absque laudimio, et fatica: concedimus etiam vobis, et vestris perpetuo, quod habeatis quartiam cum qua frumentum, ordeum, et omnia blada intus dictum castrum Calaris, et non alibi mensurentur, et sit una tantum, ad formam, sivè mensuram quartiae ordei Barchinone, quae quidem quartia sit franca quantum ad habitatores dictorum castri, et villarum, et populorum appenditiorum eiusdem, praesentes pariter, et futuros, pro ut est in Barchinone, quoad cives eiusdem, et alii solvant nobis, et nostris drictum ius mensure, tritici, pro ut in dicta civitate Barchinone solvitur: concedimus etiam vobis, et vestris perpetuo, quod habeatis nundinas sive ferias semel, aut bis in anno his tempore, seu temporibus, quibus vos duxeritis ordinandum, et duret quaelibet earum per quindecim dies, et venientes ad ipsas nundinas sint securi in veniendo, stando, et redeundo juxta privilegium Barchinone: concedimus etiam vobis, et vestris perpetuo, quod si vos, aut aliqui ex vobis, aut vestris emeritis terras, seu possessiones a Sardis nostris fidelibus in aliquibus civitatibus, villis, aut locis nostris dictae insulae, non teneamini pro ipsis terris, seu possessionibus aliquam servitutem nobis prestare, nisi tantum censum, sivè jus, quem, vel quod ipsi Sardi nobis pro ipsis terris, seu posessionibus exsolvebant, ac etiam de ipso censu, seu jure sitis franchi per sex annos a die, qua ipsam emptionem feceritis in antea continue subsequentes: concedimus etiam vobis, et vestris perpetuo, et etiam ordinamus, quod aliqui habitatores dicti castri, et villarum, sive populorum, appendiciorum ipsius, seu alii quicumque obtinentes nunc, vel in posterum obtinebunt titulo emptionis, vel donationis hospitia, sivè patua in dictis castro, villis, et populis non possint conveniri super praedictis hospitijs, sivè patuis pro debitis, seu quibus suis contractibus, sivè negotijs illorum, quorum dicta fuerint hospitia, sive patua nisi ipsa hospitia, sive patua essent pro ipsis debitis specialiter obligata, et in hoc casu possit fieri exequtio de eisdem pro quantitate, quam patua ipsa, sive hospitia tempore obligationis valebant: concedimus etiam, statuimus, et ordinamus perpetuo, quod deinde non obstante usu contrario omnia mercimonia, et res quae per mare portabuntur ad dictum Castrum Callaris, et Villas, seu populos jam dictos, et inde extrahentur, carricari, et discarricari habeant per mercatores, et dominos ipsorum mercimoniorum, et rerum, et non per Patronos, sivè ductores vassalorum; denique concedimus vobis et vestris perpetuo, quod deinceps nunquam possimus Nos, vel Successores nostri concedere officia aliqua contraria, vel repugnantia, directè, vel indirectè, privilegijs, franquitatibus, libertatibus, imunitatibus, ac consuetudinibus scriptis superius vobis concessis, imò si aliqua officia concessa fuerint contra praedicta ad voluntatem, seu ad tempus, post obitum illorum, quibus ad vitam concessa sunt, aut lapso tempore illorum, qui ad tempus illa habent, ipsa cessent officia, nec unquam contra privilegia, aut consuetudines scriptas jam dictas revocare valeant, seu reduci: illa autem quae ad ipsum concessa sunt, non intendimus revocare, et praedicta omnia, et singula intelligimus fore concessa, salvo jure consulatus, quae Universitati

civitatis Barchinone in Sardiniam concessimus, pro ut in privilegio ibidem confecto plenius continetur, cui non intendimus per praemissa in aliquo derogare: caeterum quod inter Gubernatorem generalem regni praedicti pro nobis, et pro dicto Infante Alfonso primogenito nostro legitimo ex parte una, et consiliarios, ac universitatem castri, et villae de Bonayre ex altera ità concordatum, actum, et conditum, et per dictos consiliarios, et universitatem de Bonayre concessum extitit, ut praedicitur, statuimus, et volumus, quod ab hac die in antea perpetuo mercimonia vitualium, et quarumcumque aliarum rerum, tam per mare, quam per terram deferenda, discarricentur, ponantur, vendantur, et expediantur in castro Callaris, et non in castro, vel villa de Bonayre, aut alibi pro ut fiebat ante adventum dicti Infantis ad insulam antedictam, quodque dicti consiliarij, et universitas de Bonayre transferant, et transferre teneantur cum effectu eorum domicilia res, et merces in castrum Calaris supradictum moraturi, et residentiam facturi in eo, quodque consiliarij, et iurati Calari praesentes, et futuri utantur officio consiliariae, et vicariae, tam in castro Callaris, et villis, aut populis appendiciorum suorum, quam in castro de Bonayre omni differentia postposita, sicut consiliarij et iurati Barchinone offitio ipso uti consueverunt, et debent: statuimus etiam, et ordinamus, quod ad hoc ex eodem pacto tenemur quod quicumque Catalanis, et Aragonensibus habetis hospitia in castro, et villa de Bonayre pro revelatione damni, quod ex hniusmodi translatione sibi iminent habeant hospitium in castro Calari pro praetio ad quod estimatum est, per estimatores ad hoc deputatos, itaquod unusquisque sit habeat bonum hospitium, et idoneum in Bonayre habeat hospitium bonum, et idoneum in castro Calari, ille vero qui habet plura hospitia in Bonayre habeat totidem hospitia similis valoris in loco de Stampax, computato, et incluso illo hospitio, quod pro praetio dictae extimationis habuit in castro Calari supra dicto, quae quidem franca, et libera habeant, sicut habent dicta hospitia de Bonayre, habeant etiam, et habere possint patua in popula quae noviter fit in Lapola, sive portu dicti castri Callari, volentes, et concedentes licèt aliter inter gubernatorem praedictum, et dictos habitatores de Bonayre esset conventum, videlicet de certis censu, et intrata praestandis pro dicti pactis, et laudimio, ac fatica retentis in eis, tamen ex uberioris dono gratiae, ut popula ipsa uberius utriusque recipiat incrementum, patua ipsa habeant, tam ipsi, quam vos omnes, et singuli populatores ipsius populae praesentes, et futuri, nemine excepto, franca, libera ab omni censu intrata, laudimio, et fatica, et à quavis alia servitute. Volumus insuper, et statuimus, quod illis qui magna, et bona hospitia in Bonayre habent magna patua in dicta popula tribuantur, illi verò qui modica habent hospitia in Bonayre, modica patua habeant in dicta popula supradicta: minus vero patuum, quod ibi assignabit, sit trium cannarum ad cannam Montis ipsi in latitudine, et quinque cannarum in longitudine, et dictae quantitatis, nec maiora ipsa, volumus assignari: praedictam vero franquitatem, patuorum populae jam dictae de Lapola sub tali conditione indulgemus, et concedimus, quod vos omnes habitatores castri Calari, et omnium villarum, vel popularum quae in faldis, vel appendiciis dicti castri sunt, vel de caetero fuerint, teneamini ad sumptus vestras construhere, vel construhi facere muros, et valla populae novae praedictae, videlicet dictos muros in ea latitudine, et altitudine, et cum illis operibus, et valla praedicta in illa latitudine, et profunditate in quibus, et cum quibus consiliarij, et iurati dicti castri Calari noverint expedire, ipsosquè muros, et valla teneamini perpetuo condirectas, et condirecta tenere, statuentes, et concedentes vobis quod pro conservandis muris, et vallis praedictis, et alijs operibus publicis necessarijs populae supradictae, nec non pro suportatione expensarum comunium universitatis, castri villarum, et popularum praedictarum possitis ordinare ponere, et facere, in castro, villis, et populis ipsis, et in porta Calari impositionem super mercibus victualibus, et aliis rebus, de quibus dictis consiliarijs,

et iuratis videbitur, in illis quantitatibus, et per illum modum in quibus, et per quem praedicti consiliarij, et iurati Calari melius, et utilius moverint faciendum cum voluntate tamen gubernatoris regni Sardiniae, et Corsicae eiusque assensu, et authoritate, qui ordinationi impositionis ipsius intersit per eum coram eo, de assensu, et voluntate ipsius ordinata sint, eidem authoritatem prebeat, eamque faciat observari, quae quidem impositio duret tantum, quantum dicti consiliarii, et iurati ipsam minuere, vel mitigare, aut eam tollere, et irritare possint ad libitum, absque licentia, vel obstaculo nostri, vel gubernatoris praedicti, sivè alterius cuiuscumque; ipsam etiam postquam irritaverint, possint iterum, et quoties voluerint ordinare, et ponere de consensu tamen, et voluntate gubernatoris Sardiniae, qui ordinationi eius semper debeat interesse eius authoritate similiter interveniente: Possint etiam dicti consiliarij, et iurati ad colectam, et administrationem impositionis jam dictae, quos voluerint ordinare, ipsosque idem removere quoties voluerint, et alios subrogare, vel si hoc maluerint in possessionem simul, vel distinctè vendere in encanto publico, et ad illa tempora, de quibus eis videbitur, et pro illis pretijs, quae idem potuerunt reperire, neque de his quae ex praedicta impositione, vel eius praetijs exierint, vel provenerint, aut ex his quae dicti consiliarij expenderint in operibus, et aliis pradictis teneantur dicti consiliarij computare cum dicto gubernatore, vel quocumque alio, pro nobis vel nostris, neque idem quidquam manifestare, nisi dumtaxat primo futuris successoribus suis in officio consiliariae praedictae, nec primo futuri etiam nisi alijs post eius insequenti anno futuris consiliarijs, et sic de anno in annum quamdiu duraverit impositio supradicta, neque Nos, vel dictus gubernator, aut alius pro nobis possimus nos inde intromittere ullo modo. Insuper ad humilem suplicationem pro parte vestrum proborum, hominum, et universitatis dicti castri Calaris nobis factam, concedimus vobis universis, et singulis habitatoribus castri ipsius, et villarum, ac populorum quae sunt, vel fuerint in faldis, et appendicijs eius praesentibus, et futuris perpetuo, qnod quilibet vestrum possit construere, sivè construi facere in domibus, vel possessionibus, quas habetis inibi, vel habituri estis molendina de veteri, et de praesenti, quot, et quanta volueritis, ipsaque habeatis franca, et libera vos, et vestri perpetuo ab omni censu, tributo, laudimio, et fatica, et alia qualibet servitute: concedimus etiam vobis ac toti vestrae posteritati perpetuo, quod de sale salinarum nostrarum Calari, quod à stagnis abstractum fuerit capiatis, et capere possitis continuè, et quotidiè ad libitum vestrum franchè, et libere, absque ullius pretij solutione tantum quantum ad usum quotidianum vestrum, et domorum vestrarum inde necessarium habueritis, et non ultra, ita quod de dicto sale non capiatis plusquam ad usum proprium quotidianum, ut predicitur quantum opus habueritis, nec de ipso aliquid vendatis, vel detis, vel ad alias partes per terram, vel per mare mitatis, vel defferatis, aut defferri consentiatis, vel alias in hoc fraudem aliqualiter faciatis, statuentes, quod quicumque vestrum praesentium, et futororum, in praedictis fraudem comiserit poena sexaginta florinorum alfonsinorum minutorum Erario aplicandorum regio, quoties fraudem in hoc comiserit, absque ullo remedio per vicarium Calaris puniatur. Concedimus etiam vobis, et vestrae posteritati perpetuo, quod fiat domus competens pro carcere, sivè praesonia Calari in loco idoneo, et tuto nisi iam extet competens, et quod carcellarius, sivè custos ipsius carceris, sivè praesonie habeat, et accipiat à captis, sive carceratis illud salarium, quod habet carcerarius carceris, sivè praesonie Barchinone, quod pro carcellagio consuevit, et debet accipere, et non ultra. Demum concedimus vobis, et vestris, quod nunquam vos, vel aliquis vestrum compellere, vel compelli possitis ad deferendum vestra hospitia, sive domos pro hospitandis ibi domesticis, vel officialibus, aut familiaribus nostris, vel nostrorum successorum, nisi hoc de vestra processerit voluntate: caeterum quod in pactis praedictis

inter gubernatorem praefectum, et universitatem de Bonayre inhitis, et promissis est expressè pactatum, quod in casu ubi Nos nollemus concedere, quod consiliarii, et universitas de Bonayre, qui juxta pacta illa se transferre debent, volumus ad dictum castrum Calari cum domiciliis, et rebus suis moraturi in eo immunitatibus, libertatibus, franquitatibus, et privilegijs eis promissis per dictum gubernatorem gauderent in castro Callaris, et eius appendiciis, et confinibus, imò id aliter per nos si contingeret ordinari, eo casu dicta universitas castri, et villae de Bonayre valeat, et uti possit in immunitatibus, libertatibus, franquitatibus, et privilegiis per nos Universitati castri et villae de Bonayre concessis, quemadmodum utebantur ante conventionem, et pacta praedicta inter dictum gubernatorem, et eos inita; ipsaeque immunitates, libertates, franquitates, et privilegia de Bonayre remaneant in suo valore, et robore, non obstantibus conventione, et pactione praedictis, et quae per nos, ut in presenti privilegio centinetur, fuerunt praedictae Universitati de Bonayre, atenta omnia sibi promissa per gubernatorem ipsum, et ulteriora concessa. Volumus, et statuimus, quod praedicta translatio fiat omninò, et quod dictus locus de Bonayre cum illis, qui post dictam translationem quam omnino fieri jubemus, ad dictum locum de Bonayre venerint populatum subsit semper castro Calaris, et sit de pertinentiis eius sicut sunt aliae villae, vel populi apenditiorum ipsius, et sub ipso castro Calaris, et tanquam vicus, et pars eius gaudeat ipse locus, et futuri habitatores sui perpetuo omnibus immunitatibus, et franquitatibus, et aliis indultis concessis eidem castro Calaris, et regatur per officiales Calaris sicut, et eo modo quo regitur castrum Calaris, volentes, et statuentes, quod quatenus praedictis supra indultis, et consessis castro Calaris, et universitati eius, et appendiciorum suorum, obviat, vel obviare possit privilegium de Bonayre, viribus careat, et effectu: cum sicut praedictus locus de Bonayre sit, et esse debeat, de appendicijs, et vicus, ac pars castri Calaris, et amodò per se franquitatibus in praedicto privilegio sibi concessis gaudere non debeat, sed eisdem, et majoribus franquitatibus castro Calaris consessis, exceptis mercatationibus per terram, et per mare, et aliis quae in castro Calaris, et eius portu tantum, et non alibi discarricari, defferri, fieri, et exerceri supra consessimus, et ordinavimus habitantes in Bonayre tamquam cives Calaris gaudebunt, ac si habitarent in ipso castro Calaris, quoniam per praesens privilegium, statuimus ipsum locum de Bonayre modo praedicto uniri totaliter castro Calaris supra dicto. Promissa igitur per Nos concessa, statuta, et ordinata, per praesens pro bono statu, et augmento dicti castri Calari bona fide servare promittimus, et facere inconcusse, ac inviolabilitèr observari, et ad maiorem cautelam, et securitatem vestri incolarum, et habitatorum castri, villarum, et populorum praedictorum praesentium, et futurorum juramus ad Santa Dei quatuor Evangelia manibus nostris corporaliter tacta, contra eam non venire, nec aliquid atentare, aut aliquem contravenire permitere aliqua ratione: mandantes gubernatori generali regni iam dicti, ac vicario, et baiulo Calaris, et de Bonayre, et administratoribus generalibus duānis, et portulanis, caeterisque officialibus nostris praesentibus, et futuris in insula Sardiniae, et alibi constitutis, et constituendis, quod praelibata privilegia, et consuetudines scriptas civitatis Barchinone, et alias franquitates, et immunitates, ac statuta per Nos vobis superius concessa, et indulta, firma semper habeant, et observent, et contra non veniant aliqua ratione: quicumque verò ausu temerario ductus, contra praescripta, vel aliqua de eisdem venire praesumpserit, iram, et indignationem nostram, et poenam mille aureorum nostro erario aplicandorum noluerit incurisse, damno illato primitus, et plenariè restituto. Ad sempiternam autem memoriam praedictorum, et robur perpetuae firmitatis praesenti duplicato privilegio nostro bullam nostram plumbeam iussimus apponendam. Datum

Barchinone octavo kalendas septembris anno Domini millesimo tercentesimo vigesimo septimo. Visa per cancellarium.

S†ignum Iacobi Dei gratia Regis Aragonum, Valentiae, Sardiniae, et Corsicae, et Comitis Barchinone. Testes sunt Infans Petrus Domini Regis filius Hispaniarum et Impuriarum Comes. Gaston Oscen. Episcop. Domini Regis cancellarius. Guillelmus de Angulana. Otho de monte Catheno. Periconus Galcerandi de Pinossio.

S†ignum Francisci de Bastida praedicti Domini Regis scriptoris, qui de mandato ipsius haec scribi fecit et clausit, cum rasis, et emendatis in linea secunda ubi dicitur (non), et in linea X. ubi scribitur Domus.

XXXVI.

Diploma dell'Infante Don Alfonso di Aragona, in virtù del quale è instituito nella città di Sassari l'ufficio speciale di un Giudice, il quale debba conoscere, e sentenziare in grado di appello in certe cause civili.

(1326, 26 dicembre).

Dagli Archivi antichi della città di Sassari.

Nos Infans Alfonsus Illustrissimi Domini Regis Aragonum primogenitus eiusque generalis procurator, ac comes Urgelli. Licet inter cetera comprehensa in privilegio per illustrissimum dominum regem et genitorem nostrum ac nos indulto universitati civitatis nostre Sassari contineatur quod a sententiis vel processibus promulgandis vel faciendis in dicta civitate ad dictum dominum regem, vel nos aut gubernatorem Sardinie valeat appellari. Quia tamen pro parte universitatis eiusdem civitatis nostre Sassari nobis supplicatum extitit pro eo quod aliquibus de dicta civitate qui expensas prosequendi dictas appellationes coram dicto Domino Rege vel nobis aut nostro gubernatore in Sardinia sustinere nequirent posset multociens si extra dictam civitatem haberent dictas appellationes prosequi ad dampnum non modicum redundare, dignaremur eis super hoc de aliquo decenti et salubri remedio subvenire. Ideo ipsius universitatis proclinati supplicationibus in hac parte sic super eo providimus et duximus concedendum quod ponatur et statuatur aliquis iudex per gubernatorem Sardinie qui intra dictam civitatem cognoscat et cognoscere ac decidere valeat nomine dicti gubernatoris iuxta brevia privilegia et statuta dicte civitatis omnes causas appellacionum remitendarum ad dictum Dominum Regem aut nos aut gubernatorem Sardinie a sentenciis vel processibus latis vel factis in Sassaro super causis aut negociis valoris quantitatis quinquaginta librarum alfonsinorum minutorum aut infra, sicut de quantitatibus, sive de immobilibus quorum extimatio quantitatem predictam excedere minime videatur. Alie vero appellaciones que ibi emitentur duper negociis quorum valor aut extimatio summam quinquaginta librarum dicte monete excedat, ad examen ipsius gubernatoris Sardinie devolvantur. Mandantes tenore presentis carte gubernatori generali dicte insule presenti et aliis qui pro tempore dicto preerunt officio, quatenus provisionem nostram sive concessionem huiusmodi effectui mancipando eandem observent et observari inviolabiliter faciant ut superius denotatur. In cuius rei testimonium presentem cartam inde fieri iussimus sigillo nostro appendicio insignitum. Datum Turolij, septimo kalendas ianuarii. Anno Domini millesimo CCC. vicesimo sexto.

XXXVII.

L'infante Don Alfonso di Aragona ordina la restituzione a favore del Comune di Sassari dell'antico dritto *di riscossione di un denaro per lira, solito pagarsi nel porto di Torres per la importazione ed esportazione di generi, e merci di ogni specie; il qual* dritto*, destinato specialmente per la manutenzione di quel porto, pel riattamento e l'ampliazione del molo, e per la costruzione di due torri, era stato arbitrariamente applicato al tesoro Regio*.

(1326, 26 dicembre).

Dagli Archivi ant. della Città di Sassari.

Nos Infans Alfonsus Illustrissimi Domini Regis Aragonum primogenitus, eiusque generalis procurator, ac comes Urgelli. Intellecto, nobisque exposito per ambaxiatores ad nos destinatos ab universitate civitatis nostre Sassari, quod a longo tempore citra statutum et usum fuit exigi, levari et colligi a Sassariensibus et quibuslibet aliis personis ad portum de Turribus venientibus, pro introitu videlicet et exitu, denarium pro libra, pro mundatione dicti portus, et aptatione moduli ipsius et constructione turrium in dicto portu, et eius modulo fatiendarum, pro custodia lignorum et vasorum ad dictum portum venientium, et mercium ac aliorum ferendorum ad illum.

Intellecto etiam quia ex eo quod dictus denarius applicatus fuit a modico tempore citra redditibus camere nostre portus iam dictus plurimum devastatur. Quia circa incrementum et emolumentum civitatis nostre Sassari, et directionem et conservationem dicti portus favoris nostri auxilium intendimus efficaciter impartiri, idcirco tenore presentis carte nostre concedimus et statuimus quod ab hac die in antea dictus denarius exigatur et colligatur a predictis venientibus ad dictum portum tam in introitu quam exitu per aliquem quem in hoc ponere et statuere, et ab inde removere possimus ad libitum, et per ipsum convertatur in mundacionem dicti portus, et aptacionem vel reparacionem eiusque moduli, et construcionem dictarum turrium, et custodiam omnium predictorum. Et deinde dictus denarius camere nostre minime applicetur, aut ad ulla alia nisi ad predicta nullatenus convertatur. Mandantes gubernatori generali, et administratoribus generalibus reddituum et iurium ipsius insule, ac potestati et camerlingo Sassari, nec non aliis universis et singulis officialibus nostris insule predicte presentibus et futuris, quatenus concessionem et statutum nostrum huiusmodi observent et teneant, et observari, et teneri faciant, nec contra ipsum veniant in aliquo, aut attemptent. In cuius rei testimonium presentem cartam nostram inde fieri iussimus nostro sigillo pendenti munitam. Data Turolii septimo kals ianuarii, anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo sexto. – Sigillat. –

XXXVIII.

L'Infante Don Alfonso concede amnistia, e rimette la pena di confino e di relegazione, in cui erano incorsi alcuni cittadini sassaresi, per causa di tumulti succeduti nella città di Sassari, e di eccessi commessi contro il Podestà*, e i ministri regii*.

(1326, 26 dicembre).

Dagli Archivi ant. della Città di Sassari.

Nos Infans Alfonsus Illustrissimi Domini Regis Aragonum primogenitus eiusque generalis procurator ac comes Urgelli. Licet in composicione facta noviter inter dilectos nostros Bernardum de Boixados ammiratum regium et Philippum de Boyl regentem officium gubernatoris in Sardinie et Corsice regno ex una parte pro nobis, et nostro nomine, et sindicos universitatis civitatis nostre Sassari ex altera contineatur quod occasione infortunati excessus nuper contra – *ministros potestatis et alios* dicte civitatis, et alios nonnullos nostros subditos commissi, octo homines civitatis ipsius confinari seu relegari debeant, attamen obtentu et contemplacione dicte universitatis que per suos ambaxiatores nobis de hoc suam instantem supplicationem direxit, volentes dicte universitati specialem facere gratiam super isto. Idcirco tenore presentis carte nostre concedimus quod dicti octo homines dicta de causa minime confinentur, seu etiam relegentur. Mandantes potestati dicte civitatis, et aliis universis et singulis officialibus nostris tam dicte civitatis quam insule supradicte presentibus et futuris quatenns ad predictorum octo hominum confinacionem aut relegacionem nequaquam procedant nunc aut de cetero, immo presentem concessionem nostram observent, nec contra ipsam veniant, aut faciant ullo modo. In cuius rei testimonium presentem cartam nostram inde fieri iussimus nostro pendenti sigillo munitam. Data Turolii septimo kals ianuarii. Anno Domini millesimo CCC.XX. sexto.

XL.

Alfonso re di Aragona rinnova, e conferma, con varie ampliazioni, a favore di Ugone III giudice *di Arborea la concessione, e la investitura di detto* giudicato*, e delle città, ville,* curatorie*, terre, ed altri luoghi da lui posseduti in Sardegna, che gli avea già data nel 1323, ed era stata confermata dal re Don Giacomo II. E Pietro, figlio primogenito di Ugone, e Guidone arcivescovo Arborense, suoi inviati e procuratori, accettano a di lui nome la nuova concessione, ed investitura, e prestano per lui al detto re Don Alfonso l'omaggio* ligio*, e il giuramento di fedeltà*.

(1328, 1 maggio).

Dal Reg. Archiv. di Barcellona, Registr. Itinerum XVII. ab ann. MCCCXXVI ad MCCCXXVIII. fol. LXXX.

In Christi nomine. Noverint universi, quod nos Alphonsus Dei gratia rex Aragonum, Valentiae, Sardiniae, et Corsicae, Comes Barchinonae. Considerantes nos pridem antequam ad regiae dignitatis apicem fuissemus assumpti, ex potestate, per serenissimum principem dominum Iacobum, faelicis memoriae, regem Aragonum, genitorem nostrum, nobis inde specialiter attributa, cum carta ipsius domini regis, suae Majestatis sigillo appenditio roborata, datum in castris apud portum Fangosum, duodecimo kalendas iunii, anno Domini MCCCXXIII. prout in ea seriosius, et clarius continetur, fecisse vobis egregio viro Hugoni, vicecomiti de Basso, Iudici Arboreae, tanquam benemerito, donationem, et concessiones subscriptas, cum privilegio, seu instrumento publico, nostro sigillo pendenti munito, cuius series sic se habet. *In Christi nomine. Notum sit cunctis, quod Nos Infans Alphonsus, illustrissimi Domini Regis Aragonum primogenitus, eiusque generalis procurator, ac Comes Urgelli, ex potestate nobis in hac parte attributa, per excellentissimum Dominum Regem genitorem nostrum praedictum, cum carta sua, eius Majestatis sigillo appenditio sigillata, tenoris, qui sequitur. Noverint universi huius scripti seriem inspecturi* etc. (1). Quam donationem, et concessionem postmodum dictus Dominus genitor noster laudavit, approbavit, ratificavit, et confirmavit, prout in privilegio ipsius Domini Regis, bulla plumbea pendenti munito, datum Barchinonae, duodecimo kalendas octobris, anno Domini MCCCXIII. et clauso per Bernardum de Aversone, dicti Domini Regis notarium, latius et seriosius continetur. Et nunc pro parte vestri iam dicti Iudicis, fuerit nobis humiliter supplicatum, ut praedictas donationem, concessionem, et confirmationem confirmare, et civitates, castra, et loca in praedicta donatione comprehensas, quae supra specificata, seu declarata non sunt, specificare, nominatim declarare, de benignitate regia dignaremur. Ea propter servitiis per vos dictum egregium virum Hugonem, Vicecomitem de Basso, Iudicem Arboreae, nobis impensis debita meditatione pensatis, supplicationi vestrae favorabiliter annuentes, tenore praesentis cartae nostrae, donationem, et concessionem, ac investituram, et confirmationem premissas, et omnia, et singula in cartis praedictis contenta, per nos, et nostros, laudamus, approbamus, ratificamus, et ex certa scientia confirmamus, prout melius, et plenius, ac clarius continetur in eis, vobisque etiam praemissa de novo concedimus, cum mero, et mixto imperio, gladii potestate, et alia quacumque jurisdictione alta et bassia.

Declarantes, quod civitates, castra, et loca subscripta, in donatione, et concessione, ac confirmatione praedictis, et in praesenti confirmatione, et nova concessione includuntur,

videlicet infra iudicatum Arboreae, civitates Aristanni, et de Terralva, et de Sancta Iusta, et de Ales, nec non castrum Montis Regalis, et castrum Marmillae, nec minus villas, curatorias, terras, tenimenta, et pertinentias civitatum, et castrorum praedictorum, et totius iudicatus iam dicti. Item: Ultra iudicatum praedictum – castrum, et terram Bose cum curatoriis Planargiae; Et item, castrum montis de Verro. Item, castrum Gociani, et castrum Monastica, cum districtibus, et pertinentiis omnibus eorundem. Volentesque, statuentes, et de novo concedentes, quod vos memoratus Iudex, et vestri haeredes, et successores in faeudo jam dicto, habeatis, teneatis, possideatis, et expletetis perpetuo, totum iudicatum praedictum Arboreae, cum praenominatis eius civitatibus, et castris, ac villis, et locis, nec non caetera omnia castra superius nominata, cum curatoriis, territoriis, tenimentis, ac pertinentiis eorundem, sub modis, forma, conditionibus, et retentionibus, in donatione et confirmatione praedictis positis, et adjectis, prout in cartis praedictis conditiones, et retentiones praedictae clarius continentur, et cum mero, et mixto imperio, et gladii potestate, et omnimoda jurisdictione alta et bassa. Et nichilominus reverendum in Christo patrem fratrem Guidonem Thironensis et Arborensis archyepiscopum, et nobilem virum Petrum, primogenitum, vestros procuratores ad hec, et alia specialiter constitutos, ut nobis per instrumentum publicum legitime constitit, coram nobis praesentes, et nomine vestro, et haeredum, ac successorum vestrorum recipientes, investimus praesentialiter de omnibus supradictis, a nobis, et haeredibus, ac successoribus vestris, perpetuo, et irrevocabiliter, ut praemittitur, tenendis in faedum, tradendo eis manualiter ensem nostrum, in signum investiturae praedictae. Ad haec nos frater Guido, miseratione divina, Tiresis et Arborensis archyepiscopus, et Petrus dicti domini Iudicis primogenitus, procuratores praedicti, confirmationem, declarationem, et expressionem ac novam concessionem, et donationem, nec investituram, de faeudo jam dicto, ut praedicitur factas, cum gratiarum actionibus, et debita reverentia admitentes, sub forma, conditionibus, et retentionibus supradictis, nomine, et vice dicti domini Iudicis, et ex potestate in eodem procuratorio nobis de hoc specialiter attributa, facimus pro dicto domino Iudice, et haeredibus, ac successoribus suis predictis vobis dicto domino Regi recipienti, pro vobis, et haeredibus, ac successoribus vestris homagium ligium, ore et manibus commendatum, ac praestamus fidelitatis sacramentum, secundum formam in supra inserta carta positam, et contenta, sacrosanctis Evangeliis, ut moris est, corporaliter per nos tactis.

Mandamus igitur per praesentem nos Rex praedictus gubernatori regni Sardiniae, caeterisque officialibus nostris regni ipsius, praesentibus et futuris, quod laudationem, approbationem, ratificationem, et confirmationem, et novam concessionem, et declarationem nostras hujusmodi tenenat firmiter, et observent, et faciant inviolabiliter observari, et non contraveniant, nec aliquem contravenire faciant modo aliquo, vel permittant. Ad majoris autem omnium praemissorum roboris firmitatem, et utriusque partis perpetuam securitatem fieri jussimus duo consimilia privilegia, bulla nostra aurea communita, quorum unum remaneat in archivio nostro, et alterum sit penes vos Iudicem memoratum. Datum Cesaraugustae, kalendis madii, anno Domini MCCCXXVIII. Signum † Alphonsi, Dei gratia, Regis Aragonum, Siciliae, citra, et ultra Pharum, Valentiae, Majoricarum, Sardiniae, et Corsicae, Comitisque Barchinonae, Ducis Athaenarum, et Neopatriae, ac etiam Comitis Rossilionis, et Caeritaniae. Testes sunt, qui praesentes fuerunt, reverendus Ioannes, Tholesansis Archyepiscopus, frater Petrus de Thons, ordinis Militiae Calatravae, Iacobus Dominus de Exerica, Eximinus Cornelii, Ioannes Eximini de Urrea. Fuit clausum per Bonanatum de Petra, Domini Regis praedicti notarium.

NOTE

(1) Tralasciamo di riportare il diploma, che qui è inserto, poiché lo riportammo più sopra assieme all'altro dell'Infante D. Alfonso. Entrambi hanno la data dell'anno 1323. Quello del re D. Giacomo II. è del 21 maggio, e l'altro del suddetto Infante suo figlio (che ora conferma come re le anteriori concessioni) è del 5 luglio.

XLI

Alfonso re di Aragona accorda a Ugone III giudice *di Arborea la facoltà di conferire ai suoi figli maschi e legittimi la dignità, e il titolo di* Conte*,* Visconte*, o* Marchese*, a suo arbitrio e piacimento, e di poterli in tal guisa nominare, e onorare, sia nelle loro persone, che nei loro eredi e discendenti, secondo che allo stesso Ugone paresse conveniente di stabilire ed ordinare*.

(1328, 1 maggio).

Dai Regii Archivi di Barcellona, Sardiniae, Annar. VIII. Lib. C. Num. DLXXXI.

Noverint universi, quod Nos Alphonsus, Dei gratia Rex Aragonum, Valentiae, Sardiniae, et Corsicae, ac Comes Barchinonae, Considerantes quod pro parte vestri egregii viri Hugonis, Vicecomitis de Basso, Iudicis Arboreae nobis noviter supplicatum extitit, ut cum vos intendatis de castris, villis, et terris, quae, et quas in insula Sardiniae pro nobis in faeudum tenetis, cum mero et mixto imperio, et gladii potestate, ac alia jurisdictione alta et bassa, et aliis juribus, et pertinentiis ipsorum, dare, et assignare filiis vestris, dum tamen ipsi filii vestri ea in faeudum teneant pro nobis, seu haerede nostro universali, super eo licentiam nostram vobis concedere dignaremur. Et nos id vobis, cum alia carta nostra, ut latius continetur in ea duxerimus concedendum. Quia tamen nunc ad audientiam nostram deducto, vestrae intentionis existere dictos filios vestros ad dignitates attollere, eisque titulos honorabiles imponere sicut decet, dum per nos super eo vobis licentia, et nostra authoritas praebeantur; ea propter ad supplicationem pro parte vestri iam dicti Iudicis nobis exhibitam, volentes vos, et progeniem vestram honorare, ac gratiam specialem vobis facere super isto: Tenore praesentis cartae nostrae concedimus vobis, ac plenam licentiam et potestatem conferimus, quod dictos filios vestros legitimos masculos, et eorum quemlibet insignire, et ipsisque, vel quos ex subscriptis titulis volueritis, imponere libere valeatis, videlicet comitis, vicecomitis, aut marchionis. Nos enim ex nunc, pro tunc titulum ex praescriptis, quem dictis filiis vestris, seu eorum cuilibet imposueritis, gratum habemus, pariter, et acceptum, ipsosque, et eorum quemlibet dicto titulo, per vos eis imponendo, de praesenti insignimus, et huius nostri scripti serie decoramus: Volentes et eis concedentes, quod titulo ex praescriptis, qui per vos eis impositus fuerit vocentur, et nominentur, tam ipsi, quam eorum haeredes, prout vos duxeritis ordinandum. Mandamus igitur per praesentem cartam nostram gubernatori nostro regni Sardiniae, caeterisque oficialibus nostris, et subditis, ubilibet constitutis, qui nunc sunt, et pro tempore fuerint, vel eorum locatenentibus, quod praelibatos filios vestros, illo titulo, quem ex jam dictis imponere elegeritis, nominent, sive vocent, et nominari faciant, et vocari, ac praesentem concessionem nostram observent, et faciant, ut continetur superius inviolabiliter observari, et non contraveniant, nec aliquem contravenire permitant, aliqua ratione. In cujus rei testimonium praesentem cartam inde fieri iussimus bullae nostrae plumbae munimine insignitam. Datum Caesaraugustae kalendis madii, anno Domini milesimo tercentesimo vicesimo octavo. Exa Regens.

Sig†num Alphonsi Dei gratia Regis Aragonum, Valentiae, Sardiniae, et Corsicae, ac Comitis Barchinonae.

Testes sunt Reverendus Ioannes Toletanus Archyepiscopus, Raymundus Fulchonis Vicecomes Cardonae, Iacobus Dominus de Exerica, Eximinus Cornelii, Ioannes Eximini de Urrea.

Sig†num mei Bonanati de Petra, dicti Domini Regis notarii, eiusque sigilla tenentis, qui de mandato ipsius haec scribi feci, et clausi.

XLII

Investitura dei feudi di Arborea, e concessione di beni allodiali nella stessa provincia e giudicato*, fatta dall'imperatore Lodovico il* Bavaro*, a favore di Giacomina vedova di Chiano, o Giovanni, già* giudice *di quegli stati, e moglie in seconde nozze del conte Tedice della Gherardesca*.

(1329, 12 febbraio).

Dal Maccioni, Difes. del Domin. dei Conti di Donoratico Tom. II. pag. 81. 82. 83.

Ludovicus Dei Gratia Romanorum Imperator semper Augustus. Nobili, et honeste mulieri Iacomine uxori Tedicii comitis de Donoratico gratiam suam, et omne bonum. Tunc recte habenas romani imperiii a Deo nobis crediti credimus gubernare, cum benemeritis, vel eorum posteris tam jus expeditum, quam virtutum premia tribuimus, ut videlicet tam ipsi, quam alteri fideles nostri, et Sacri Romani Imperii ad benemerendum constancius animentur, et hoc etiam ceteris transeat in exemplum. Considerantes igitur egregia, et fructuosa opera, que tui maiores exibuerunt romano imperio memorato, ac fidem sinceram, quam ad nos, et ipsum imperium gerere dignosceris incessanter, tuis petictionibus libenti animo duximus annuendum. Sane nobis exposuisti, quod condam nobilis vir Iohannes Iudex Arboreae (1) olim maritus tuus decessit absque liberis masculis legiptimis, relicta ex te tunc uxore sua una dumtaxat postuma, que vocata est Iohanna et que in infantili etate post obitum dicti patris sui diem clausit extremum, ita quod de iure ad te matrem suam tamquam ad proximiorem est ipsius pupille hereditas devoluta, et per consequens per mediam personam dicte filie tue omnia bona alodia dicti Iohannis ad te spectant; Et quod bona feudalia, que tenebat dictus Iohannes tempore quo decessit, ad nos, et romanum imperium sunt devoluta, et aperta pleno jure, pro eo maxime, quod dicto Iohanni non extitit aliquis de agnacione sua legiptimus successor in dictis feudis; Et posito, quod ut dicitur, Marzanus (2) filius naturalis dicti Iohannis ipsa bona impetraverit a bone memorie Henrico romanorum imperatore predecessore nostro, nihilominus dicta bona feudalia sunt nobis, et ipsi imperio aperta, et devoluta, pro eo, quod dictus Marzanus deesset de aliquo legiptimo successore in ipsis bonis, et pro eo, quod de ipsis bonis, et rebus feudalibus non est nobis, vel predecessoribus nostris romanis principibus facta fidelitas, ut debeat, et quia etiam Ugerus (3), qui nunc dicitur dicta bona feudalia detinere, est rebellis noster, et romani imperii prelibati, et etiam quia in dictis bonis non potest de jure succedere, quia est bastardus, et ad predicta non legiptimus, et etiam aliis racionibus, et causis. Quibus omnibus intellectis, et coacervatis, volentes tibi Iacomine tam in jure, quam in graciis favorabiliter complacere, scientes, et cognoscentes predicta fore vera, de plenitudine nostre imperialis majestatis ex certa scientia, et causa cognita te Iacominam prefetam in dicti bonis alodiis, que fuerunt dicti defuncti Iohannis seu que tenebat tempore, quo decessit, admittimus, et esse volumus, et Te tam in possessione, quam in proprietate dictorum bonorum decernimus, ceteris omnibus potiorem, et quod inde te pro possessore, seu possessatrice in omnibus predictis bonis haberi, et esse volumus, quemadmodum possessionem ipsorum bonorum tamquam heres legiptima immediate post mortem dicte pupille legiptime adprehendisses, et ipsa bona legiptime, et corporaliter possideres. Quibus etiam gratiam nostre benignitatis addentes, ex certa scientia, et ut supra premittitur… de dictis bonis, et rebus feudalibus, quas tenebant

dictus Iohannes tempore quo decessit, ubique, et quas nobis constet, ut premittitur, fore apertas, et devolutas, et ad nos, et romanum imperium pertinere maxime rationibus antedictis, te Iacominam sepe dictam de plenitudine nostrae imperialis majestatis, presentem, et recipientem investimus de omnibus bonis predictis feudalibus, et ipsa bona, et res tibi in feudum perpetuum, et honorificum pro te, tuisque haeredibus et successoribus utriusque sexus cum omnibus, mero, et mixto imperio, et iurisdictione plenaria, et pertinentiis eorumdem duximus concedendum recepto ob predicta a te fidelitatis debite iuramento. Predicta omnia, et singula valere, et observari volumus cum effectu ex certa scientia, et causa plene cognita, non obstantibus, quod tu Iacomina predicta non observasses ea, que jura dicunt, et volunt circa dictam filliam tuam, vel eius occasione, mortuo dicto Iohanne olim viro tuo; Et non obstantibus juribus dicentibus mulieres in predictis non succedere, et non obstantibus aliquibus privilegiis concessis per dictum Henricum imperatorem, seu per nos, vel alios quoscumque romanorum imperatores, vel reges, vel etiam concedendis communi pisano, vel alicui collegio, universitati, et nobili, vel singulari persone; Et non obstantibus aliquibus legibus, vel juribus civilibus, vel canonicis, statutis, vel consuetudinibus, presentibus, vel futuris seu concessionibus factis per commune pisarum, vel eius officiales quoscumque, quibus omnibus, in quantum predictis nostris concessionibus obstarent, ex certa scientia derogamus, ac proinde haberi volumus ac si in hoc nostro privilegio et rescripto dicte leges, iura, statuta, et consuetudines privilegia, et concessiones essent expresse, et expressa, et inserte, et inserta de verbo ad verbum. Dantes insuper omnibus vicariis, potestatibus, officialibus quibuscumque, et ceteris tam collegiis, et universitatibus, quam personis singularibus presentibus, et futuris civitatis, et districtus Pisarum, et omnium terrarum, et locorum in toto Romano imperio presentibus litteris in mandatis, quatenus te Iacominam supradictam vel successores tuos predictos in predictis omnibus vel aliquo ipsorum habendis, et tenendis per te cum effectu aliqualiter non molestent, sed quantum ad eos spectat, vel spectare… aliquo modo potest, vel possint tradant tibi, tuisque predictis successoribus eorum, et cuiuslibet ipsorum auxilium, consilium, et favorem. Nulli ergo omnino hominum liceat has nostras concessiones infringere, seu ausu temerario contraire. Si quis vero contra predicta, vel aliquod ipsorum facere attemptaverit, si fuerit civitas, corpus, vel collegium, poenam quingentarum librarum auri, si fuerit singularis persona, poenam centum librarum auri puri incurrat ipso facto, pro qualibet vice quo fuerit contrafactum, cujus medietas nostrae Camerae, et alia medietas tibi Iacomine prelibate tuisque heredibus, et successoribus applicetur, et nihilominus quicumque contrafaciens privatus sit ipso facto omni officio, beneficio, et dignitate. In cuius rei testimonium presens privilegium conscribi, et Majestatis nostre sigillo jussimus communiri. Datum. Pisis anno Domini millesimo trecentesimo vigesimo nono, indictione duodecima, die duodecimo mensis februarii, regni nostri anno quintodecimo, imperii vero secundo.

Loco Imp. Sigilli.

NOTE

(1) Lo stesso Giovanni, o Chiano, che nel 1299 segnò la tregua co' pisani, e genovesi, e col Comune di Sassari (Ved. sopr. pag. 471 e 474). A questo regolo si riferisce la seguente iscrizione su pietra marmorea esistente nella R.ª Università degli studi di Cagliari:

(2) Correg. Marianus; terzo di questo nome nel regno di Arborea.

(3) Legg. Ugonus; terzo pure di tal nome nel regno di Arborea.

XLIII

Il re Don Alfonso di Aragona scrive all'arcivescovo di Cagliari, affinchè desista dalla domanda fatta alla Sede Apostolica per la riscossione delle decime nella sua diocesi, e si contenti delle altre rendite del suo episcopato, come aveano fatto i suoi predecessori, perché, secondo le consuetudini d'Italia, non si era mai per lo innanzi pagata decima veruna ai prelati del regno di Sardegna.

(1332, 31 agosto).

Dal Cossu, Notiz. di Cagliari, Vol. un. pag. 117 e 118.

Alphonsus etc. Reverendo in Christo patri Gundisalvo divina providentia archiepiscopo Calaritano salutem et dilectionem.

Fide digna relatio ad nostrum noviter produxit auditum, quod licet in archiepiscopatu praedicto, sicut nec in aliis praelaturis insulae Sardiniae, in quibus super his consuetudo Italiae observatur, non consuevit decimas ipsis praelatis praestari, vos tamen, non contentus juribus, quibus fuere contenti omnes illi, qui in huiusmodi dignitate vos hactenus praecesserunt, intenditis ab hominibus archiepiscopatus ipsius decimam extorquere, et super hoc scripta vestra sanctissimo domino summo Pontifici direxistis, de quibus non modicum assumpta molestia multipliciter admiramur. Sane quia novitas perturbationibus raro caret, et ex huiusmodi novitate possint de facili in dicto regno scandalum, et perturbatio suboriri, ea propter vobis districte mandamus, quatenus a petitione huiusmodi desistendo, et ipsum negotium ubique prosequi omittendo, sitis contentus illis iuribus, quae praedecessores vestri consueverunt percipere, et habere, sciturus, quod si ab hoc scandalum in dicto regno duxeritis suscitandum, nos provedebimus, merito quod in hoc, in quo debuerit, convertatur. Datum Valentiae pridie kalendas semptembris anno Domini MCCCXXXII.

XLIV

Domande fatte dagli amministratori del comune di Pisa in Trigenta *e* Gippi*, curatorie di Sardegna, a Raimondo di Cardona governatore generale dell'isola, con le quali protestano di non volere, e non dover pagare le gravezze impostegli per la guerra del re di Aragona con i baroni d'Oria, attesa la esenzione e le immunità con le quali era stata conceduta ai Pisani la investitura di detti feudi. – Rescritto del sopradetto governatore, che sottopone i Pisani al pagamento di dette gravezze, a motivo delle angustie, nelle quali si trovavano le rendite della Sardegna; e ordini relativi ai ministri regii di riscuoterle*.

(1335, 17 e 24 maggio).

Dall'I. R. Archivio delle Riformagioni di Firenze, classe XI, Atti pubblici, Distinzione 3.ª, Tom. 23, Docum. N.° 22 e 23 (1).

Noverint universi etc. [quod] die que intitulabatur quintodecimo kalendas iunii, anno Domini millesimo trecentesimo tricesimo quinto; comparuerunt coram venerabilibus et discretis Arnaldo de Torrentibus Iudice delegato ad universitatem causarum per nobilem et potentem virum dominum Raymundum de Cardona gubernatorem generalem Sardinie et Corsice regni pro serenissimo domino rege Aragonae et Arnaldo Gueraldi administratore generali Regio in dicta insula, venerabilis Bandus bono compte civis Pise, vicariusque pro communi Pisano in curatoriis Trigente et Gippi (2) in Sardinia, *Argus* (3) Puccius della Vacca camerarius dictarum curatoriarum pro eodem communi, et presentaverunt eisdem ac per me Petrum Morralli notarium subscriptum legi et publicari fecerunt quandam requisitionem et protestationem scriptam in quadam cedula papirea verba sequentia continente. Coram vobis venerabilibus et discretis Arnaldo de Torrentibus Iudice delegato ad universitatem causarum ut asseritis per nobilem et potentem virum dominum Raymundum de Cardona gubernatorem generalem Regni Sardinie et Corsice pro serenissimo domino Rege Aragonae et Arnaldo Gueraldi administratore generali redditum et proventum dicti regni pro eodem domino Rege; dicunt Bandus de Bono comte civis pisanus, vicariusque pro communi pisano in curatoriis Trigente et Gippi in Sardinia, et Puccius della Vacca camerarius dictarum curatoriarum pro eodem communi, quem vos ex delegatione quem habere asseritis, et ex potestate de qua nondum extitit facta fides, nitimini toto posse violenter, tam pro captione dictorum vicarii et camerarii, quam alias dictos vicarium et camerarium inducere et cogere ad solvendum nomine dicti communis vel dicto administratori nomine antedicto quadraginta libras et decem solidos alfonsinorum minutorum in redemptionem servitii equi armati, et viginti libras et quinque solidos pro redemptione equi alforrati, computato equo armato pro centenario librarum, et equo alforrato pro centenario medio librarum, de omnibus redditibus quos dictum commune habet et percipit in dictis curatoriis, quosque redditus vos valere extimastis ut dicitur annuatim mille nongentas quinquaginta tres libras dicte monete. Nec non cogitis et cogere facitis homines pedites dictarum curatoriarum, ut solvant vobis nominibus antedictis pro redemptione quadraginta septem hominum peditum, centum decem et septem libras et decem solidos dicte monete, quos ut asseritis iuxta Regiam ordinationem cogere poteratis ad servitium subscriptum prestandum. Qumque homines pro centenario hominum pariterque modo exigitis et habere violenter vultis a quadraginta liberis hominibus ab equo

predictarum curatoriarum ducentas libras eiusdem monete, in redemptionem servitii ad quod ipsos prestandum ut asseritis iuxta eandem ordinationem compellere potestis, que omnia in preiudicium dicti communis et officialium ac hominum eiusdem proponitis facere et habere, ut asseritis, in adiutorium guerre, quam dictus dominus Rex habet cum baronibus de Auria (4) auctoritate ordinationis super praedictis per dominum Regem ut asseritis vobis misse; praeterea in dampnum dicti communis non modicum et gravamen, ut predicta per vos exquisita seu exacta ad effectum deducantur, et opere impleantur, cum dicti vicarius et camerarius iuxta potestatem eis commissam per dictum commune predicta non possent firmare, nec predictis consentire, fecistis redditus curatorie predicte Gippi et quatuor villarum curatorie de Tregenta, videlicet de *portu de sila*, de *portu maiore*, de *gelega*, et de *gegaria* (5), per castellum Castri publice ad unum annum subastari, et vendi plus offerenti et danti in eisdem, nec non mandastis dictis vicario et camerario sub pena certa, quod iuratos et maiores villarum dicte curatorie de Gippi et dictarum quatuor villarum ad vos venire facerent, ut de fructibus et redditibus dicte curatorie de Gippi et villarum predictarum responderent ipsos ementi vel ementibus, iniungendo prefatis vicario et camerario atque mandando etiam dictis iuratis et maioribus ut de dictis redditibus per totum dictum annum ementi seu ementibus eos responderent ratione subsidii ut asseritis supradicti, ad que predicta dictum commune minime tenetur salvo veri honore et reverentia rationibus infrascriptis. Primo quod dominus Rex iuxta firmam per vos traditam eisdem protestantibus tm* [*tantum*] obligavit haereditatos in Sardinia qui pro haereditatibus suis faciunt censum florenorum et dictum commune dudum ad transactionem venerit cum dicto domino Rege iuxta formam pacis inite inter dictum dominum Regem et commune predictum ut dictas curatorias ex concessione praedicti domini regis haberet absque aliquo servitio et censu; ergo minime ad praedicta per vos indebite exacta dictum commune tenetur. Secundo quod iuxta formam dicte pacis dictus dominus rex et eius offitiales non debent aliqua ratione vel causa inquietare vel molestare in dictis curatoriis et eorum possessionibus dictum commune aut offitiales eiusdem immo ipsum commune et dictas curatorias cum villis ibidem costructis et terminos earumdem ab omnibus personis de iure et de facto defendere, ut pacifice dictum commune eas tenere valeat; quare ad dictam exationem minime teneri videtur. Tertio quod dominus gubernator non infert guerram dictis baronibus de Auria, nisi pro demeritis factis per eosdem et causa executionis pro iustitia exequenda contra eosdem, nulla gente extranee nationis in dicta insula existente; quo circa rationibus antedictis et aliis pluribus que proponi possent et evidenter apparent, dicunt vicarius et camerarius quod non tenentur ad superius enarrata et per vos requisita, ymmo requirunt in hiis scriptis vos ut ab exactione premissorum cessetis et abstineatis: quod si facere nolueritis, quod non credunt, cum in nullo teneantur nomine antedicto ut pertactum est, ad serenissimum dominum regem predictum provocant et appellant, petentes apostolos sepe et sepius ei stradi et concedi, instantia qua debent et possunt, inhibentes vobis virtute huiusmodi appellationis, ne contra ipsos nomine dicti communis aut bona eiusdem in aliquo procedatis aut procedi debeatis prima ratione, ponentes et subicentes se et bona dicti communis sub protetione et custodia domini regis antedicti, protestantes nihilominus contra vos et bona vestra, et illius nomine cuius premissa facere conamini, de omnibus damnis, sumptibus et interesse, que et quod dictum commune occasione dicte exationis est sustenturum, ac etiam sustinuit pro premissis, nec non et de fratione pacis inite inter dictum dominum regem et prefatum commune, et etiam de pena in eadem pace contenta; quae omnia nomine dicti communis intendunt habere de bonis vestris et aliorum contra dictam pacem venientium, cum praedicta videantur fieri prima facte contra mentem domini regis

predicti et minime ex ipsius auctoritate; et ad hostendendum quod ad predicta non teneantur nomine dicti communis faciunt fidem de quadam clausula pacis predicte cuius tenor sequitur sub hac forma. Et insuper ex causa eiusdem transactionis dicti domini rex et infans concesserunt et dederunt sindicis supradictis recipientibus nomine iam dicti communis in feudum absque aliquo servitio et censu dando vel solvendo aut faciendo villas et terras sitas in curatoriis de Tregenta et de Gippi que sunt in iudicatu Callari cum hominibus et feminis in ipsis villis et locis habitantibus et habitaturis, et cum possessionibus et terris cultis et heremis in predictis curatoriis situatis et cum juribus redditibus proventibus et pertinentiis earumdem et cum mero et mixto imperio et omni iurisdictione alta et bassa quam dominus rex et dominus infans aut offitiales sui ibi exercere non possint ullo tempore aliqua ratione vel causa; et quod offitiales dictorum domini regis et domini infantis dabunt offitialibus communis Pisarum ad omnem eorum requisitionem omnem favorem per quem commune pisanum et eius offitiales iura sua integre habere possint ab hominibus dictarum villarum et terrarum et officiales sui iura dicti communis possint consequi, et offitia libere exercere, dictum vero commune vel aliquis seu aliqui pro eo non possint ullo unquam tempore construere *carta* (6) *(sic)* vel fortilitia aliqua in dictis curatoriis vel parte ipsarum, possint tamen dictum commune et eius offitiales in ipsis curatoriis domos eminentes et fortes facere absque fossatis et estechatis, et verdeschis pro personis suis et fructibus dicti communis et incarcerandis cnnosis** [criminosis?] et aliis tunc conservandis dummodo non fiant in montibus sive poggis, nisi ipse ville iam essent in montibus sive poggis situate, quo casu possint fieri per modum predictum; et promiserunt et etiam promittunt ex nunc dicti dominus rex et dominus infans predictis sindicis pro dicto communi dare vel dari facere cum effectu illi vel illis ex dictis sindicis qui ituri sunt ad partes Sardinie pro executione dicte pacis pro dicto communi recipienti, vel alii seu aliis quem seu quos ipse sindicus vel sindici pro dicto communi elegerint sive deputaverint in offitiales in dictis villis vel alie legitime persone pro dicto communi, possessionem dictarum villarum quam citius commodum fieri poterit, et ipsum offitialem et offitiales et alios qui pro tempore ibi fuerint pro dicto communi et ipsum commune et eius successores in ipsis villis vel earum possessione ullo tempore aliqua ratione vel causa non inquietare vel molestare, sed ipsas villas et terras ipsi communi et eius offitialibus ab omnibus personis defendere et disbrigare de iure et de facto, et absolvent et ex nunc absolvunt homines dictarum villarum ab omni fidelitate et iuramento, et aliis quibus tenerentur eisdem vel aliis quibuscumque ab eis causam habentibus in eisdem, et mandabunt et ex nunc mandant eis, quod de-inceps obediant dicto communi et offitialibus suis perpetuo, tamquam eorum dominis et eis homagium faciant ac fidelitatis iuramentum, ac respondeant de omnibus et singulis de quibus olim dicto communi et postea dictis dominis vel aliis ab eis causam habentibus respondere consueverunt; hoc intellecto in predictis et ex causa dicte transactionis per stipulationem promisso, quod si commune pisarum maluerit florenos quatuor millia de auro quolibet anno sibi dari et solvi perpetuo a supradictis dominis et quolibet eorum etc. faciunt etiam dicti vicarius et camerarius de ordinatione quam eis tradidistis, quamque hic volunt inseri, ut de predictis per vos indebite exactis, salva veri reverentia, domino regi possint suo loco et tempore facere promptam fidem, cuius tenor sic se habet. .. F. r. e… es cert q'el senor Rey ha noveylament ordonnat que tots los heretats de Sardenya qui fan cens de florins en ayuda del secors qui ara noveylament hi tramet ab lo noble Huguet de Cerveylo (7) e per raho de la guerra que los barons doria fan contra lo senor Reyen lās pars de Sardenya degen tenir en la dita Illa un cavall armat per centenar de livres, et un cavall alforrat per cinquanta libres de la renda que han en la dita Illa, ho que paguen quaranta libres en den sol per Renço

del caval armat, e vint libres et cinq sol per Renço del caval alforrat, comptat acutriment de trecents sol de barchinoneses e son de dos meses, hani alguns da quells qui personalment non son en la jlla a qui es estat estrit de questa raho e alguns a qui no e a quells qui personalment son en la jlla nols es estat estrit per lo senyor Rey mas solament es estrit al Governador qui elo faça compeller en a quella manera que en lo dit manament es contenguda. – De quibus omnibus et singulis supradictis dicti vicarius et camerarius petierunt ad eternam rei memoriam eis fieri publicum instrumentum per notarium infrascriptum praesentibus testibus Bartholomeo Sc*ura*na (?), Bernardo Blanch Bononato Rodera et Bernardo Amigo. Postea vero die que intitulabatur tertio decimo kalendas iunii anno quo supra dicti Arnaldus Geraldi et Arnaldus de Torrentibus tulerunt in scriptis responsionem sequentem. Propositis requisitis appellatis et protestatis per Bandum de Bono compte se vicarium et Puccium Dela Vacca se camerarium asserentes pro communi pisano, in curatoriis Tregente et Gippi respondent dicti Arnaldus Geraldi administrator qui supra et Arnaldus de Torrentibus domini Gubernatoris assessor hac per cum ad hec et quedam alia negotia procurator specialiter deputatus, dicentes quod propter guerram quam barones de Auria contra dominationem regiam suscitarunt dominus rex ad defensionem insule provisionem facere cupiens indixit et ordinavit certum subsidium ab omnibus feudatariis et hereditatis insule exigendum; Et cum dictus gubernator propter eiusdem guerre negotia occupatus non possit nec debeat quoad nunc recedere a civitate Sassari ubi vigent discrimina dicte guerre (8) ordinavit et constituit dictum Arnaldum de Torrentibus procuratorem suum, ut simul cum dicto administratore ipsos feudatarios et hereditatos ad solvendum subsidium compelleret, prout in quodam publico instrumento sigillo gubernationis offitii appendicio roborato de quo fiet inferius plena fides hec et alia latius continentur; cuius guerre ob causam dictus gubernator considerans potentiam rebellium de Auria qui, ad dampnificandum terras et gentes dicti domini regis, de terra firma gentes ab equo et pede ad hanc insula adduxerunt, ac cupiens eorum conatibus resistere, indixit exercitus per totum regnum Callari, cum in tali casu talia honera indici valeant per principem pro defensione patrie super vassallis et hominibus vassallorum; dicti vero hereditati seu feudatari, ad relevandum eorum homines ab huiusmodi honeribus, fecerunt compositionem seu avinentiam cum prenominatis administratore et Arnaldo de Torrentibus, ut pro eiusdem exercitus redemptione certum quid a liberis et aliis sardis peditibus eorum curie regie prestarent; In cuius compositionis tractatum dictus Bandus de Bono compte astitit et presens fuit, et in aliquo non contradixit. Et cum dicti Bandus et Puccius ad prestationem subsidii et redemptionem dicti exercitus commune pisarum et eius homines dicerent non teneri, opportuit dictos administratorem et Arnaldum de Torrentibus tales exactiones facere et exigere per reddituum distractionem, cum bona mobilia dicti comunis unde talia vendi possent in insula non potuerint reperiri; nec obstat prima ratio in contrarium allegata, nam secundum ordinationem domini regis ad hanc insulam in scriptis missam, non tantum feudatarios seu hereditatos censum florenorum prestantes ad huius subsidii prestationem obligare voluit, sed etiam quoscumque alios qui ad censum vel servitium certum minime tenerentur; quod patet quia dictum commune et aliquos alios qui ad censum vel servitium non tenentur in eiusdem subsidii prestationem ad certam quantitatem taxavit, quod licuit dicto domino regi facere, quia, secundum quod preallegatum est, licitum est domino pro defensione patrie collectam a vassallis et eorum hominibus exigere et habere. Item non obstat secunda ratio quia licet iuxta formam pacis dominus rex et eius offitiales dictum commune vel offitiales eiusdem in dictis curatoriis non debeant inquietare vel molestare, predicta tamen exactio que esse causa sufficienti licita et

notoria indicitur, non est inquietatio vel molestia, cum nemini facit iniuriam qui utitur iure suo. Non obstat etiam tertia ratio in contrarium allegata, nam salva gratia proponentium contrarium, licet processus ab initio incoati per gubernatorem contra barones de Auria pro executione iustitie fierent propter multas mortes et rapinas que in eorum terris fiebant, attamen dicti barones ex iustitiae executione excitantes rebellionem contra regiam donationem, processerunt toties contra terras domini regis et gentes eiusdem quod deventum est ad guerram et partes sibi ad invicem guerram faciunt, licet intentio domini regis et eius offitialium ad unum finem tantummodo tendat, ut dictos rebelles et terras eorum ad obedientiam regie dictionis subiciant et subponant, et pretextu etiam dicte guerre dicti barones de Auria sexaginta equites et ducentos pedites ballistrarios de terra firma ad hanc insulam transfretarunt (9), sicut hoc est notorium cuicumque existenti in insula ac etiam manifestum; et ubi gens extranea ad hanc insulam non venisset in ipsorum baronum auxilio, cum dicti barones in insula sint potentes propter multa fortalitia, et multitudinem hominum, que et quos in dicta insula tenent et possident, adhuc fuit et esset licitum dicto domino regi et eius officialibus tales exactiones indicere et habere pro deffensione patrie ut est dictum; item non obstat quedam clausula producta et allegata ex adverso que incipit Et insuper ex causa eiusdem transactionis etc. – Nam licet feuda dicti communis non sint obligata ad servitium sive censum secundum tenorem eiusdem clausulae, id tamen intelligendum est de censu et servitio ordinario et annuali non autem de talibus exactionibus quae ut praedicitur ex causa vera et licita indicuntur. Quantum ad appellationem ex adverso emissam respondent dicti administrator et Arnaldus de Torrentibus quod non possunt neque debent deferre eidem cum manifeste sit ex causis premissis frustratoria frivola et inanis, et ipsi tantum sint meri executores facti, et etiam si a talibus exactionibus cessaretur, periculum et scandalum possent in insula suboriri, quae omnia et singula supradicta petunt et requirunt predicti administrator et Arnaldus de Torrentibus continuari et inseri ad finem propositam per alteram partem, et tam de propositis ex adverso quam de responsis per eos fieri et prestari eis copiam in forma publica, si quotiens et quantumcumque eis videbitur opportunum; et nihilominus ad faciendum fidem de potestate dicto Arnaldo de Torrentibus super hiis specialiter attributa per gubernatorem supradictum producit idem Arnaldus quoddam publicum instrumentum sigillo gubernationis offitii appendicio roboratum cuius tenor sequitur in hunc modum Noverint universi quod nos Raymundus de Cardona gubernator generalis Sardinie et Corsice regni pro illustrissimo domino rege Aragone, attendentes nos propter guerrarum discrimina quod in regno Lugodorii a multis diebus citra vigere noscuntur inter dictum dominum regem ex una parte et barones de Auria ex altera qui contra dominationem regiam et contra fidelitatis debitum rebellionis caltaneum erexerunt, non posse quoad nunc apud regnum et castrum Callari licet ex causis subscriptis plurimum necessarium existeret *profitisti* (10); considerantes etiam qualiter propter urgentem inopiam quam curia Regia in insula Sardinie a duobus annis citra passa fuit et patitur, magna est mole debitorum oppressa cum nequiverit neque queat commode stipendiariis castellanis et officialibus regiis in eorum stipendiis retinentiis et salariis providere, imo pro maiori parte debentur eisdem a sex mensibus et citra, et etiam longe ultra stipendia retinentie et salaria supradicta; et quia convenit et summe necessarium est ut in tam urgentibus et necessariis casibus omnes vias exquiramus et modos quibus valeamus predictis necessitatibus providere, idcirco gratis et ex certa scientia et consulte, et auctoritate offitii quo fungimur confidentes de cura sollicitudine et industria viri discreti Arnaldi de Torrentibus assessoris nostri constituimus substituimus ordinamus et facimus vos certum et indubitatum nuntium et procuratorem nostrum, ad transferendum vos nomine

nostro ad partes dictorum regni et castri Callari, ed ad quascumque alias infra insulam consistentes, nec non ad exquirendum petendum et investigandum mercatores et quascumque alias personas a quibus quantitates pecunie mutuo possint haberi; et ad tractandum et habendum cum et ab eis quascumque et quantascumque quantitates pecunie quas mutuo tradere voluerint, ad prestandum sive solvendum quoque seu prestari aut solvi faciendum pro interesse seu lucro quantitatum mutuandarum quecumque debita per curiam regiam dictis creditoribus debita, in toto vel parte, aut quodcumque aliud interesse seu lucrum sicut vobis melius et magis expediens videbitur faciendum; Ad promittendum et pro nobis et nomine nostro solutiones mutuorum per illos terminos de quibus cum creditoribus poteritis convenire; et pro securitate et cautione solutionum omnia et universa iura duane et salinarum castri Callari, et argenteriarum ville Ecclesie, Domus nove, Gonesie, et Ville Massargie (11) ac omnia alia iura redditus et emolumenta et proventus, qualitercumque curie dicti domini regis spectantia et spectare debentia quoquomodo obligare, impignorare, assignare, et insolutum tradere, et ipsos creditores titulo pignoris et dationis in solutum in possessionem vel quasi mittere iurium reddituum et proventuum predictorum; et nos ad observandum tenendum et complendum quascumque conventiones promissiones obligationes et assignationes ac etiam insolutum dationes per vos faciendas obligare cum iuramento et homagio per vos nostro nomine et in animam (?) nostram prestando et cum observatione tentione et continuatione hostagiorum in illis locis de quibus vobis videbitur, et cum aliis obligationibus pecuniariis et penalibus, sicut vobis videbitur, et secundum quod inde melius poteritis cum creditoribus convenire, nec non pro complendis tenendis et observandis quascumque conventiones promissiones, et obligationes feceritis, omnia alia bona domini regis ypothecare et obligare ad exigendum insuper et petendum pro nobis et nomine curie a feudatariis emphiteotis vicariis et procuratoribus eorum, illus subsidium quod dominus rex pro necessitatibus insule exigendum constituit et habendum, et ipsos feudatorios et emphiteotas vicarios et procuratores eorum compellendum et cohercendum ad solutionem subsidii per retentionem personarum, per indictionem mulctarum, per captionem pignorum et bonorum, et aliis quibuscumque modis per quos iura fiscalia consueverunt percipi et haberi, procuratorem vel procuratores substituendum, et destituendum quantumcumque vobis videbitur; Et omnia alia et singula faciendum que in premissis et circa premissa occurrerint facienda, et necessaria fuerint ac etiam opportuna et sine quibus agenda et tractanda per vos non possent comode explicari, et que negotiorum qualitas postulabit, et nos possemus facere personaliter constituti, etiam si sint talia que spetialem mandatum exigant sive poscant, et etiam si sint maiora quam aliqua de supra commissis. Nos enim super premissis omnibus et singulis auctoritate predicta qua fungimur amplam et liberam vobis concedimus potestatem ed administrationem vices nostras super hiis nihilominus vobis plenarie, committentes, promittentes vobis et infrascripto notario nomine nostro et quarumcumque personarum quarum intersit aut interesse poterit legitime stipulanti, nos habere ratum gratum et firmum quicquid per vos in premissis et circa premissa actum gestum fuerit vel etiam procuratum, sub obligatione omnium bonorum dicti domini regis. Salvamus tamen et retinemus quod omnis pecunia ex suprascriptis causis proventa veniat in manus amministratoris generalis sicut omnes alie pecunie curie regie pertinentes consueverunt venire, ne rerum offitia perturbentur; et non eo minus per presentem cartam vicem gerentem epistole precipimus et mandamus fortiter et expresse ex parte dicti domini regis et sub impositione pene nostro arbitrio imponende omnibus et singulis vicariis subvicariis capitaneis baiulis et quibuscumque aliis offitialibus dicti domini regis, quantum quandocumque per vos verbo nuntio aut littera requisiti fuerint, vobis

assistant impendendo consilium auxilium et favorem, sicut vos proposueritis, vobisque pareant et attendant in premissis et circa premissa, sicut nobis personaliter parere tenerentur. In quorum testimonium presentem cartam publicam vobis fieri fecimus, sigillo pendenti gubernationis offitii munitam; quod est actum in civitate Sassari sexto decimo kalendas martii anno Domini millesimo CCC° XXX° quinto. Signum nostri Raymundi de Cardona gubernatoris predicti qui hoc laudamus concedimus et firmamus. Exa. P. testes huius rei sunt nobilis Pontius de Sancta pace et venerabilis Bernardus de Valle viridi, Francischus de Sancto Clemente et Berengarius de Rochafort. Sigillum mei Berengarii Cerolli notarii publici auctoritate regia per totum Sardiniae et Corsice regnum regentisque scribaniam curie dicti domini gubernatoris, qui predictis omnibus interfui, et hec scribi feci et clausi, et de mandato eiusdem sigillum gubernationis offitii duxi in presenti pagina appendendum. Testes fuerunt ad hoc Galzerandus Belloti Guillelmus Serra Notarius et Nicolaus Zergrii. Dieque intitulata duodecimo kalendas iunii anno eodem, predicti vicarius et camerarius suam in scriptis obtulerunt replicationem prout subsequitur. Et dicti vicarius et camerarius persistunt in requisitionibus et appellatione ac protetione supradictis a quibis actu contrario recedere non intendunt non repetendo hic supra undique allegata, cum iam ex forma pacis et aliorum predictorum satis sint de sa manifesta; negant tamen et diffitentur quod in premissis exhigendis aut aliter solvendis assensum prebuerint aliquem seu iuvamen ymmo semper dissentierunt et dissentiunt de presenti; Et hanc replicationem potunt inseri in fine premissorum, presentibus testibus Raymundo de Pratis iurisperito et Iacobo Bono notario. Postea autem die qua computabatur decime kalendas iunii anno quo supra dictus Arnaldus de Torrentibus pro se et dicto administratore obtulit inscriptis que sequntur, et dicti administrator et Arnaldus de Torrentibus, persistentes in supra responsis per eosdem, negant allegata et proposita ex adverso, et eis penitus contradicunt, et hanc suam responsionem petunt inseri in predictis. Testes fuerunt rogati et vocati ad hoc Guillelmus Serra notarius et Bernardus Bencti. Eademque die dicti vicarius et camerarius triplicarunt ut sequitur; et dicti vicarius et camerarius persistunt in supra propositis per eosdem; Et nichilominus petierunt de omnibus et singulis supradictis eis fieri publicum instrumentum per notarium sepedictum. Acta fuerunt hec in castro Callari diebus et anno quibus supra presentibus testibus supradictis. –

Signum Petri Morralli notarii publici auctoritate serenissimi domini regis Aragonie per totam terram et dominationem eiusdem, qui predictis interfuit, et hanc cartam scriptam in duobus pergamenis cum pergameno coniunctis: penultima linea primi ipsorum pergamenorum incipit – Equites – Et finit – In insula sicut: ultima vero linea eiusdem incipit – potentis – et finit – producta: – prima autem linea secundi pergameni incipit – Et allegata – et finit – que ut – scribi fecit et clausit cum dictionibus suprapositis in lineis XII ubi dicitur = ad = et in XIIII – ubi scribitur = ut = et in XVII – ubi notatur = ymmo ipsum commune et dictas curatorias cum villis ibidem constructis et terminos earumdem = et in LI ubi legitur = non = et cum dictionibus et litteris correctis et emendatis, in lineis XV – ubi videtur = faciunt = et in XVIII. ubi = (*desunt aliqua*)… successores…

Noverint universi quod die intitulata octavo kalendas iunii anno Domini millesimo CCC. tricesimo quinto ad instanciam et requisicionem venerabilium Bandi de Bonocompte vicarii, et Puccii dela Vacca camerarii villarum sitarum in curatoriis de Gippi et de Tragenta pro comune pisarum, ego Petrus Morralli notarius infrascriptus legi et publicavi

venerabilibus Arnaldo de Torrentibus assessori nobilis viri domini Raymundi de Cardona gubernatoris generalis Sardinie et Corsice regni pro serenissimo domino rege Aragonae, et Arnaldo Geraldi aministratore generali reddituum et proventuum dicti regni Sardinie et Corsice pro eodem domino rege quandam requisicionem scriptam in quadam cedula papirea verba sequencia continentem. Bandus de Bonocompte vicarius, et Puccius dela Vacca camerarius pisarum comunis in villis de curatoriis Ghippi et Tragente de Sardinea constituti in presencia vestri venerabilium Arnaldi de Torrentibus assessoris nobilis viri domini Raymundi de Cardona gubernatoris generalis Sardinie et Corsice regni pro illustrissimo domino rege Aragonae et Arnaldi Geraldi aministratoris generalis reddituum et proventuum dicti regni Sardinae et Corsice pro eodem domino rege, dicunt et proponunt quod eis pro parte vestra nuper factum fuit preceptum ex parte dicti domini gubernatoris ut asseritis, quod vobis exsolverent cunctas pecunie quantitates contentas et expressatas in quadam carta requisicionis protestacionis et appellacionis, per eos inde facta, in posse subscripti notarii, videlicet quintodecimo kalendas iunii, Anno subscripto, occasione expressata, in quadam cedula papirea, eis per vos missa, cuius tenor talis est. Item es cert quell senyor Rey ha novelament ordonat, que tots les heretats de Sardenya qui fan cens de florins, en aiude del secors que ara novelament hi tramet ab lo noble Huguet de Cerveyo e per raho de la guerra quels barons Doria fan contra lo senyor Rey en les parts de Serdenya, degen tenir en la dita illa un cavall armat per centanar de libres, e un caval alforrat per L. libres, dela Renda que han en la dita illa, que paguen XL. libres e X. sols per renço del caval armat, e XX. libres e V. sols, per renço del cavall' alforrat, comptat accurriment de CCC. sols barchinonensis e sou de iunij meses. Eani alguns daquells qui personalment no sou en la illa, a qui es estat escrit desta raho, e alguns aqui no, e aquells qui personalment son en la illa nols es scrit per lo senyor Rey, ma solament nes scrit al Gouvernador que ell ho fassa complir, en aquella manera qui en lo dit menament es contenguda. Et quia ipsi pro comuni pisarum sentiunt se et dictum comune de predictis gravatos esse, ex eo quod dictum comune ad predicta de iure non tenetur, ex eo quod comune pisanum habuit et habet dictas villas a dicto domino rege ex causa transacionis in feudum sine aliquo servicio sive censu dando solvendo vel faciendo, et cum mero et mixto imperio, et omni jurisdicione alta e bassa. Et promisit dictus dominus rex sindicis pisarum comunis pro ipso comuni, tempore concessionis dictarum villarum, et in ipsa concessione inter alia ipsum comune vel eius officiales et successores in ipsis villis et terris vel earum possessione ullo tempore aliqua racione vel causa non inquietare vel molestare, sed ipsas villas et terras ipsi comuni et eius officialibus ab omnibus personis deffendere et disbrigare, de iure et de facto, prout haec et alia continentur in carta dicte concessionis scripta per publicos notarios. Et sic de iure ad requisita sive iniuncta non tenentur. Et si fieret contrarium in aliquo, veniret et esset contra concessionem et convenciones predictas, nec eciam ordinacio, que super predictis facta extitit a domino rege, tangit comune pisarum, quia dicit solummodo de censualibus reddentibus censum in florenis, et comune pisanum non reddit censum aliquem. Quare dicti vicarius et camerarius rogant et requirunt nomine et pro parte dicti pisarum comunis vos dictos assessorem et aministratorem, quod a predicta novitate desistatis, et dictum comune seu dictos officiales eiusdem, vel homines dictarum villarum non gravetis de predictis, cum dictum comune et dicti eius offitiales, et homines dictarum villarum ad predicta non teneantur ut supra dicitur. Et de predictis petunt eis fieri publicum instrumentum ad conservacionem iuris ipsorum et dicti comunis. Que omnia et singula supradicta acta lecta fuerunt die et anno predictis, presentibus Arnaldo Vagerii, Berengario Ferrarii notario, Berengario Ferrarii mercatore, et Stephano Michaelis testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis. Postea autem die

intitulata septimo kalendas iunii anno praedicto, dictus venerabilis Arnaldus de Torrentibus obtulit in scriptis responsionem sequentem. Propositis et requisitis per predictos ser Bandum, et Puccium dela Vacca, respondent prenominati assessor, et amministrator, dicentes quod ex ordinacione regia, in qua comune pisanum pro villis et terris quas possidet et habet in feudum pro domino rege, expresse et spessificato fuit taxatum ad certam pecunie quantitatem solvendam, pro subsidio guerre in insula *evidens* [sic] continue, ipsi de mandato domini gubernatoris compulerunt et compellunt omnes feudatarios et hereditatos dicte insule ad solvendum subsidium memoratum, et quamvis iuxta cartam infeudacionis dictum comune non teneatur ad aliquod servicium sive censum, id tamen intelligendum est de ordinario, sed cum pro deffensione patrie licitum sit domino collectas exhigere a suis vassalis et hominibus vassallorum, que exaccio munus est exordinarium, ad cuius contribucionem nulli regnicole possunt aut debent in tali casu, maxime ubi gentes extranee ad invadendum insulam et honorem regium venerunt, se aliquatenus excusare, prout iste cause et raciones et multe alie in protestatis ex adverso, de qua protestacione supra fit mentio, duerunt obiecte opposite et response, quas causas seu raciones nominant et inducunt pro curie regie deffensione et excusacione, et eas hic pro repetitis volunt haberi. Et ideo ad requisita per dictos Bandum et Puccium non possunt aut debent condescendere, nec eis aliquatenus obedire, et hanc responsionem pecierunt inseri in fine dicte requisicionis presentibus testibus supra notatis et Bernardo Boneti. Et dicti Bandus et Puccius nominibus quibus supra petierunt inde eis fieri publicum instrumentum per notarium sepedictum. Que acta lecta et publicata fuerunt in castello Castri, diebus et anno quibus supra presentibus testibus supradictis.

Signum Petri Morralli notarii publici auctoritate serenissimi domini regis Aragonae per totam terram et dominacionem eiusdem, qui predicti interfuit, et hec scribi fecit et clausit, cum dictionibus super positis in lineis V. ubi dicitur pro illustrissimo domino rege Aragonae, et in penultima ubi scribitur presentibus testibus supra notatis, et Bernardo Boneti.

NOTE

(1) Il presente documento, e parecchi altri, copiati dagli originali esistenti nell'Archivio delle Riformagioni di Firenze, che per la prima volta vedono la luce nel presente Codice, furono trasmessi nel 1838 dal Professore Capei alla R. Deputazione Sarda sopra gli studi di Storia Patria. S. E. il Conte Sclopis di Salerano, illustre presidente di detta Deputazione, ed uno dei più belli ornamenti della vivente sapienza italiana, ci permise con rara cortesia di prevalercene, e di pubblicarli, per arricchirne la nostra collezione diplomatica.

(2) Chiamate comunemente nell'isola – *Curatorie di Trexenta*, *e Parte Ippis*.

(3) *Argus*; parola manifestamente caduta per errore dalla penna del copista. Deve dire *atque*.

(4) Cioè Cassiano, e Galeotto d'Oria, e i loro nipoti Barnaba e Nicolò d'Oria, che dominavano in Castel-Genovese, in Alghero, in Anglona, e in Nurcara, e possedevano vari castelli e fortezze, fra le quali quelle di Giave, e di Pedreso.

(5) I villaggi Arcuasilii, Goi-Majoris, Selegue, e Segarii, ricordati dal Fara (*De Reb. Sard*. Lib. III. pag. 298).

* sopra la m una linea orizzontale segno di abbreviazione

(6) *Carta*. Evidentemente deve dire *castra*.

** segni di abbreviazione sopra cn e is

(7) Ughetto di çervellon.

(8) Gli stati e le fortezze tenute dai Doria erano tutte nel Logudoro. Quindi si comprende perché il governatore aragonese avesse fermato la sua stanza nella città di Sassari, che dopo la distruzione dell'antica Torres era la capitale del regno Turritano, e della parte settentrionale dell'isola.

(9) Anche alla fine del precedente secolo XIII Precivalle e Nicolò di Manuello Doria assoldarono fanti e cavalli, e sopra ciò ebbero trattati e convenzioni con Manfredi re di Sicilia, e col comune di Genova, per ricuperare le terre che possedevano nel *giudicato* Turritano (Ved. sopr. Dipl. e Cart. del Sec. XIII. Cart. N.° CII).

(10) *Profitisti*. Leggasi invece *procifisci*.

(11) Da questo passo si rileva, che nel 1335 erano in stato di escavazione le miniere argentifere di *Villa di Chiesa* (odierna *Iglesias*), di *Domus-novas*, di *Gonesa* (*Gonesie* nel testo), e di *Villa Massargia*, già possedute e coltivate dai Pisani. E il Fara lasciò scritto (*De reb. Sard*. lib. III. pag. 303) che venticinque anni dopo, cioè nel 1360, – *in agro Villae Ecclesiarum erat ingens effossio argenti, et plumbi*.

XLV

Lettere clientelari di Alfonso re di Aragona, e di Sardegna al Pontefice Benedetto XII.

(1335, 4 ottobre).

Dal Lunig. Cod. Ital. Diplomat. Tom. IV. col. 1391-92-93-94.

Sanctissimo ac beatissimo in Christo Patri et Domino, Domino Benedicto, divina providentia sacrosanctae romanae ac universalis Ecclesiae summo Pontifici, Alphonsus Dei gratia rex Aragonum, Valentiae, Sardiniae, et Corsicae, ac comes Barchinonae humilis eius filius pedum oscula beatorum.

Sanctitati vestrae tenore literarum praesentium nostrarum patefiat quod viso, ac plenarie intellecto papali rescripto super concessione, collatione et donatione confecto, quam felicis recordationis dominus Bonifacius Papa VIII. praedecessor vester fecit illustri domino Iacobo felicis memoriae regis Aragonum patri nostro, suisque haeredibus in perpetuum feudum de regno Sardiniae et Corsicae cum iuribus omnibus, et pertinentiis suis sub certo servitio sub certisque conditionibus largius conscriptis in praedicto rescripto continentiae sequentis: = Bonifacius = etc. (1): Idcirco attendentes praedictum dominum regem Iacobum felicis recordationis genitorem nostrum, tempore donationis praemissae memorato domino Papae Bonifacio recolendae memoriae iuxta continentiam dicti rescripti, ex causis in eo scriptis, iuramentum, fidelitatem, vassallagium, et homagium personaliter praestitisse, et postmodum per procuratores suos et nuncios speciales iuramentum fidelitatis, vassallagium, et homagium praedicta renovasse, fecisse, et praestitisse aliis romanis pontificibus, qui dicto domino Papae Bonifacio in apostolatus praeminentia successerunt, et per eosdem nuncios dedisse litteras suas aureas eius bulla bullatas recognitionis, et acceptationis contentorum in rescripto praedicto iuxta eiusdem tenorem, et nos etiam, qui dicto domino regi genitori nostro in praedicto Sardiniae et Corsicae regno, et aliis regnis et terris suis successimus, praedictum iuramentum, fidelitatem, vassallagium, et homagium, quae domino Ioanni felicis recordationis Papae XXII. praedecessori vestro personaliter secundum formam dicta donationis facere tenebamur, fecimus, et praestitimus personaliter domino Ioanni bonae memoriae patriarchae Alexandrino fratri nostro, recipienti nomine et vice dicti domini Papae Ioannis, qui hoc ipsi domino patriarchae cum speciali suo rescripto commisit, et dedimus inde similes literas nostras aurea bulla bullatas recognitionis, et acceptationis in rescripto praedicto contentorum, considerantes etiam nos nunc ex eiusdem rescripti supra inserti serie inductos nostrum procuratorem ad eadem iuramentum, fidelitatem, vassallagium, et homagium sanctitati vestrae praestanda et facienda constituisse cum publico scripto nostro, providimus propterea, sanctissime Pater, has fieri litteras bulla nostra aurea bullatas, sanctitati vestrae per dictum procuratorem nostrum tradendas, et dandas, prout fieri debere iam dicti superius inserti rescripti apostolici tenor inducit.

Per quas siquidem literas nunc et ex tunc modos, conventiones, conditiones, tenorem et formam in ipso papali rescripto conscriptos acceptamus expresse: et per quas etiam fatemur, et recognoscimus expresse praefatum dominum regem genitorem nostrum recepisse in feudum dictum Sardiniae et Corsicae regnum a domino Summo Pontifice et Romana

XLVI

Il Pontefice Benedetto XII scrive ad Alfonso re di Aragona di avere investito il di lui procuratore del regno di Sardegna, e di Corsica, e di avere ricevuto dal medesimo il consueto giuramento ed omaggio.

(1335, 20 dicembre).

Dal Lunig. Cod. Ital. Diplomat. Tom. IV. col. 1389-90.

Alphonso Aragoniae, Sardiniae et Corsicae regi illustri. Nuper infra annum, postquam divina faciente clementia in romanum fuimus electi Pontificem, tu qui clarae memoriae Iacobo Aragoniae, Sardiniae et Corsicae regi genitori tuo in huiusmodi regnis, utpote eius haeres legitimus successisti prudenter attendens, quod iuxta formam et conditiones contentus in literis felicis recordationis Bonifacii Papae VIII. praedecessoris nostri confectis de collatione, concessione, et donatione dicti regni Sardiniae et Corsicae, dicto Iacobo regi, suisque haeredibus ex suo, et haeredum suorum corporibus legitime descendentibus factis per praedecessorem eundem, fidelitatem, vassallagium plenum, et homagium ligium, ac iuramentum facere, et praestare nobis, et Romanae Ecclesiae tenebaris; dilectum filium nobilem virum Ferrarium de Caneto militem procuratorem, nuntium, ambasciatorem, et consiliarium tuum, ad hoc a te speciale mandatum habentem, propter hoc ad sedem Apostolicam specialiter destinasti nobis, et Romanae Ecclesiae per dictum procuratorem pro eo, quod fidelitatem vassallagium, et iuramentum huiusmodi piae memoriae Ioanni Papae XXII. praedecessori nostro in persona bonae memoriae Ioannis patriarchae Alexandrini tunc viventis, ex speciali commissione praedecessoris eiusdem per eius speciales literas sibi facta illa recipientis personaliter, praestiteras huiusmodi fidelitatem; homagium facturus, et iuramentum huiusmodi secundum praedictam formam in tuam animam praestiturus.

Licet igitur propter praemissa te a personali praestatione huiusmodi non credamus immunem, cum praedictam fidelitatem, et homagium in praesentia eiusdem Ioannis Papae praedecessoris nostri personaliter non praestiteris, prout forma dictarum literarum eiusdem Bonifacii videtur expressius contineri; quamvis illa eidem Ioanni patriarche remotus, et absens a praesentia romani Pontificis praestanda, et facienda duxeris, ut praefertur; nos tamen, deliberatione super his cum fratribus nostris praehabita, de ipsorum consilio, de speciali gratia, quam hac vice personae tuae facere intendimus, in hac parte a praedicto milite, procuratorio nomine tuo infra dictum annum, quo electi fuimus in romanum Pontificem, videlicet XIIII kalendas ianuarii in consistorio publico, praesentibus eidem fratribus nostris Sancta Romana Ecclesia cardinalibus, et ipsorum consilio, praesente quoque praelatorum, et aliorum fidelium multitudine copiosa, fidelitatem, vassallagium, homagium ligium, et iuramentum praedicta iuxta formam in eisdem literis eiusdem praedecessoris Bonifacii contenta, per dictum militem nobis praestita, et facta, recepimus: ac nihilominus postmodum infra mensem, prout iuxta formam, et conditiones contentas in dictis literis tenebaris (prout per patentes literas tuas aurea tua bulla munitas, quas nobis ad cautelam nostram, et successorum nostrorum romanorum Pontificum, et eiusdem romanae Ecclesiae destinasti, confessus es, et recognovisti expresse) ex gratia et liberalitate eiusdem

praedecessoris Bonifacii et romanae Ecclesiae dictum regnum Sardiniae et Corsicae eidem Iacobo regi genitori tuo, ac tibi, tuisque haeredibus fuisse concessum in feudum: et sic dictum genitorem tuum illud recepisse, teque illud tenere sub conditionibus, conventionibus, sive pactis, modo et forma, atque tenore, qui in eiusdem praedecessoris Bonifacii literis continentur. Quos tenorem, modum, conditiones, conventiones, et formam promisisti te inviolabiliter servaturum; pro quorum observantia obligasti te, et eidem regnum Sardiniae et Corsicae, et bona tibi competentia, prout in eisdem literis tuis aurea tua bulla munitis plenius continetur.

Nos super praemissis omnibus tuis et haeredum tuorum praecavere dispendiis et utilitatibus consulere intendentes, tenore praesentium recognoscimus et fatemur praedicta homagium ligium, ac plenum vassallagium, et fidelitatis iuramentum pro dicto regno Sardiniae et Corsicae per dictum Ferrarium militem, procuratorem et nuntium tuum ad hoc specialiter constitutum et speciale mandatum habentem, infra tempus debitum nobis, et eidem Ecclesiae, procuratorio nomine tuo, fuisse fideliter praestita, et a nobis recepta de gratia speciali; nec non huiusmodi confessionem et recognitionem, promissionem et obbligationes per dictas patentes literas tuas aurea tua bulla munitas, infra tempus debitum te fecisse, quas quidem literas tuas, nobis ex parte tua per dictum militem assignatas, recepimus, et faciemus in archivio eiusdem Romanae Ecclesiae custodiri. Per praemissam vero receptionem homagii ligii, ac pleni vassallagii, et fidelitatis juramenti, praestitorum et factorum per dictum militem nomine tuo nobis, et eidem Romanae Ecclesiae, ut praefertur, non intendimus dictis conventionibus, conditionibus sive pactis, modo, formae, et tenori in literis ejusdem praedecessoris Bonifacii comprehensis aliquatenus derogare. Nulli ergo etc. Datum Avinioni XIII. kalendas januarii, anno I.

Ecclesia, nosque illud pro eadem Romana Ecclesia tenere in feudum sub conditionibus, conventionibus, modo et forma, atque tenore, quae in dicto papali rescripto continentur; quos tenorem, modum, conditiones, conventiones, et formam promittimus inviolabiliter servaturos. Pro quorum observantia obligamus nos et dictum regnum Sardiniae et Corsicae, iura et bona nobis competentia et competitura in eo. Humani generis conditor, et redemptor personam vestram ad sua sancta servitia conservare dignetur per tempora longiora. Datum Barchinone IV nonas octobris anno Domini MCCCXXXV.

(1) Qui vi è inserta per intero la Bolla del 5 aprile 1297, con la quale Papa Bonifazio VIII. concedette in feudo a Iacopo II. re di Aragona l'isola di Sardegna, e gliene diede la solenne investitura. La qual bolla riportammo per esteso fra i diplomi e le carte del secolo XIII. (Ved. sopr. N.° CXXXVIII).

XLVII

Il Pontefice Benedetto XII rimprovera Alfonso re di Aragona di aver violato il giuramento, e l'omaggio da lui prestato pel regno di Sardegna, e lo esorta a ritornare a più sani consigli.

(1335, 31 dicembre).

Dal Lunig, *Cod. Ital. Diplomat*. Tom. IV. col. 1389-90-91-92.

Benedictus etc. Alphonso Regi Aragonum illustri.

Fili dilectissime. Non sine admiratione displicibili ad nostram notitiam fuit deductum, quod pridem armata charissimi in Christo filii nostri Roberti regis Siciliae illustris in Siciliae insula existente, Raimundus de Peralta quarundam galearum tunc amiratus seu capitaneus cum quatuordecim tuis seu subditorum tuorum, et duabus Siculorum cum eis associatis galeis ad insulam accessit eandem, se contra praefatum regem Siciliae ad protectionem, et defensionem terrarum, quas tenet magnificus princeps Fredericus, rex Trinacriae, ac fidelium et terrarum saepefati regis Siciliae, quae per ipsum a nobis et Ecclesia supradicta tenentur in feudum, offensionem, et invasionem hostiliter, sicut regem eundem Siciliae scripsisse tuae magnificentiae seriosius intelleximus, se accingens.

Verum cum in pactis, et conventionibus insertis in literis concessionis regni Sardiniae et Corsicae inter caetera contineatur expresse, quod tam dictus genitor tuus, quam ejus haeredes in regno praedicto pro amicis et devotis amicos et devotos Ecclesiae, ac pro inimicis et indevotis inimicos et indevotos ejusdem perpetuo tenerentur habere, nec aemulis seu inimicis ipsius Ecclesiae darent auxilium, consilium, vel favorem: tuamque serenitatem non lateat, cum sit manifestum et notorium tam prope quam longe positis, quod dictus Fredericus extra gratiam et comunionem Ecclesiae, quod dolenter et displicenter referimus, persistebat tunc temporis, et adhuc animo pertinaci persistere in suae salutis et famae dispendium non veretur; et ulterius quod de censu annuo, ad quem eidem tenetur Ecclesiae, ipsam quantum in eo est exhaeredatam detinet ac etiam spoliatam: sicque, si Fredericus ipse inimicus, rebellis, et aemulus Ecclesiae Romanae praedictae reputari merito debeat; dictusque rex Siciliae, qui Ecclesiam ipsam, cujus vassallus et fidelis existit, reveretur velut matrem et dominam, eidem tam debita, quam devota praestando jugiter obsequia devotus et amicus ipsius Ecclesiae sit censendus, deducere potest tua regalis circumspectio in debitae considerationis examen.

Insuper conventiones, et pacta inter tuum et clarae memoriae Carolum Regem Siciliae dicti Roberti regis genitores super eorum invicem pace habita, quae praefatum Robertum regem tam circa guerram tuam Sardiniae, quam casus exigentes alios observasse inviolabiliter hactenus audivimus, ad tuam providimus memoriam serie praesentium reducenda, ut ex his, et aliis, quae tibi circa haec possunt occurrere, tua perpendat clarius prudentia, quam gravis, praesumptuosum, et temerarius ex praemissis et aliis diversis capitulis fuerit dicti Raymundi, sibique in hac parte adhaerentium subditorum tuorum excessus, nequaquam de tua conscientia sicut credimus attentatus: quem sic velit regalis sublimatas corrigere, ac

punire, quod talia vel similia non attententur in posterum, sed tibi attentata displicuisse huiusmodi prompta et debita excessus ejusdem correctio attestetur: tuque fili amantissime nostram et Apostolicae Sedis benedictionem et gratiam tibi ex iis et aliis tuae devotionis meritis vendices copiosius et uberius non indigne. Datum. Avinione II. kalendas januarii, anno I.

XLVIII

Testamento di Ugone III Visconte di Basso, e Giudice *di Arborea*.

(1336, 4 aprile).

Dai Regii Archivi di Cagliari, Vol. B. C. IX. fol. 12 (1).

In nomine Domini amen: ex hoc publico instrumento omnibus pateat evidenter quod quia humane vite conditio statum habet instabilem et tendit naturaliter ad non esse, ideo nos Ugo Vicecomes de Basso Dei gratia Iudex Arborensis… bone memorie Iudicis Mariani filius dum mortis nostre sedula meditatione pensantes et volentes cum ordinatione testamentaria prevenire nolentesque decedere intestati *sanum per Dei gratia* (sic) mente corpore vero languens nostrum ultimum ordinamus et condimus testamentum. In primis quidem iudicamus corpus nostrum apud Ecclesiam Beate Marie civitatis nostre Oristanni sepelliendum in sepulcro in et ubi antecessores sunt soliti sepelliri. Si capella nostra Sancti Bartolomei que modo hedificantur tunc completa non fuerit sed in completa fuerit volumus corpus nostrum sepelliri in predicto sepulcro anticorum nostrorum quod volumus et mandamus reponi in dicta nostra capella. Et si extra predictam nostram civitatem nos mori contigerit in insula Sardinie volumus quod ad prefatam nostram civitatem et ecclesiam corpus nostrum honorifice deferatur et sepelliatur. Item judicamus die nostri obitus pro expendendo in sepultura pauperibus et necessariis funerariis libras quinquaginta *dictorum alfonsinorum nostrorum* (sic) (2): Item judicamus in die tertia post obitum nostrum pro missis pro salute anime nostre libras decem supradicte monete: Item pro die septima post obitum nostrum pro missis canendis et pauperibus et aliis necessariis relinquimus libras quindecim predicte monete: Item judicamus pro die tricesimo post obitum nostrum pro missis celebrandis pro salute anime nostre et pauperibus et aliis necessariis libras quindecim supradicte monete. Item judicamus pro anniversario nostro faciendo singulis annis pro salute anime nostre in missis canendis et pauperibus et aliis necessariis libras decem monete prefate. Item relinquimus et legamus pro salute anime nostre Ecclesie nostre Sancte Marie de Arestano berbechas ducentas et vacas quindecim et equum unum de nostris benis: Item volumus et mandamus infrascripto egregio viro Petro donnicello Arboree nostro karissimo primogenito et heredi universali quod capellam nostram quam justa ecclesiam beate Marie Virginis nostre civitatis Arestanni ad honorem Dei beate Marie semper Virginis et beati Bartholomei apostoli inchoari et hedificari fecimus quam cito comode fieri poterit suis et dicti nostri iudicatus expensis hedificari faciat et compleri et presentet pro serviendo dicte capelle postquam constructa fuerit venerabili in Christo patri domino Dei gratia Tirensi, et Arborensi archiepiscopo ydoneum capellanum in sacerdotio constitutum qui eidem capelle pro anima nostra et antecessorum nostrorum et successorum servire valeat in divinis: Et quod pro sustentatione tantum predicti capellani et unius clerici de pensionibus domorum nostrarum quas habemus in castello castri… pensiones majorie portus nostre civitatis Arestanni deputavimus pro expensis necessariis faciendis de ipsa majoria libras centum dictorum alfonsinorum minutorum annis singulis faciat assignari quos ex nunc eidem capellano ut premittitur relinquimus et legamus. Item relinquimus et legamus episcopatui sancte Juste provincie arborensis berbechas centum et vacas quinque: Item relinquimus et legamus episcopatui Sancti Petri de Toralba provincie arborensis berbechas centum et vacas

quinque: Item relinquimus et legamus episcopatui Sancti Petri de Allas provincie arborensis berbechas centum et vacas quinque: Item relinquimus et legamus ecclesie Sancte Marie de Villa capre berbechas viginti quinque et jugum unum boum. Item relinquimus et legamus ecclesie Sancte Marie de Bonarcanto berbechas viginti quinque et jugum unum boum. Item relinquimus et legamus *Item relinquimus et legamus* domui de bagnus (sic) hospitalis Sancti Iohannis Ierosolimitani berbechas vigintiquinque et jugum unum boum. Item relinquimus et legamus pro salute anime nostre domui majori Sancti Iohannis Yerosolimitani de ultra mare equum unum cum sella et freno choopert. et armis suficientibus pro uno milite. Item pro salute anime nostre relinquimus et legamus *domini* (sic) (3) alamannorum equum unum cum sella freno chopert. et armis sufficientibus pro uno milite. Item relinquimus et legamus pro salute anime nostre *domini* (4) Sancti Lazari de ultra mare equum unum cum sella et freno chopert. et armis suficientibus pro uno milite. Item precipimus et mandamus quod provisio que per antecessores nostros erat solita fieri fratribus minoribus existentibus in loco beati Francisci de Arestano et quod usque hodie singulis annis observata est per infrascriptum haeredem universalem nostrum suprascriptis fratribus plenarie observetur et eisdem fratribus pro salute anime nostre dictam provisionem annis singulis relinquimus et legamus. Item volumus et mandamus quod provisio quam facere consuevimus fratribus minoribus de *Anna* (sic) singulis annis pro salute anime nostre prout et sicut in registris nostre camere reperitur plenarie persolvatur. Item volumus et mandamus quod provisio quam facere solebamus fratribus predicatoribus qui veniebant ad civitatem nostram Arestanni de terra firma tempore quadragesime predicationis causa eisdem cum venerint supradicta de causa ad predictam nostram civitatem Arestanni annis singulis persolvatur. Item precipimus et mandamus quod provisio quam facere solemus hospitalibus nostris Sancti Anthoni et Sancti Latzari prope Arestannum annis singulis sine diminutione eisdem hospitalibus conservetur et volumus et mandamus quod singulis annis in quolibet dictorum hospitalium dictus heres noster faciat fieri duos locos competentes ad opus infirmorum dictorum hospitalium. Item relinquimus et legamus pro salute anime nostre dominabus monasterii Sancti Martini prope Aristanum pro earum substentatione singulis annis starellos grani viginti quinque et porchos duos de glande. Item pro salute anime nostre relinquimus et legamus ecclesie Sancte Anne de Suergio berbechas viginti quinque et iugum unum boum: Item pro remedio et salute anime nostre relinquimus et legamus Ecclesie Sancti Micaellis de Tamis berbechas viginti quinque et iugum unum boum. Item pro salute anime nostre relinquimus Ecclesie Sancte Marie Magdalene prope Arestanum berbechas quindecim et bovem unum. Item pro salute anime nostre relinquimus et legamus Ecclesie Sancti Nicolay de Urgo de appendiciis Arestani berbechas viginti quinque et iugum unum boum: Item Ecclesie Sancti Iohannis de Vonis berbechas quindecim et bovem unum: Item Ecclesie Sancti Simeonis de Venis berbechas quindecim et bovem unum: Item pro complendo Ecclesiam beati Petri de villa nostra de Sorru quam fecimus fabricari et pro construendo altari tantam quantitatem pecunie de introitibus et proventibus villarum nostrarum et aliorum bonorum nostrorum peculiarium quos et que habemus in partibus de bonossuli quanta suffecerit pro dictorum altaris et ecclesie complemento: Item pro adimplendo ecclesiam vocatam sanctus dominus de villa nostra de Jacha quam facimus fabricari et pro construendo altari relinquimus tantam pecunie quantitatem de introitibus et proventibus villarum nostrarum et aliorum bonorum nostrorum peculiarium quos et que habemus in partibus de bonossulli quantum suffecerint pro dictorum altaris et ecclesie complemento: Item relinquimus et legamus pro salute anime nostre Ecclesie Sancti Nicolay de Architano magno (*sic*) berbechas viginti et boves duos capiendos ex vacis *dominus* (5) ipsius ville de

Architano prefato: Item volumus et mandamus egregiis Nicolao et Francisco infrascriptis nostris dillectis filiis quod Ecclesia Sancti Iohannis ville nostre de Gebes debeant permutari hedificari fabricari et construi facere in villa nostra de Cicerra eorum sumptibus et expensis et debeant dictam Ecclesiam postquam constructa fuerit convenienter dotare ita quod de dote ipsius sacerdos et clericus unus qui eidem ecclesie servierint possint vivere competenter et dicte ecclesie deservire. Relinquimus pro salute anime nostre distribuendas per infrascriptos nostros fideicommissarios pauperibus et miserabilibus personis de provincia Arborensi libras centum supradicte monete: Item relinquimus et legamus pro salute anime nostre distribuendas per infrascriptos nostros fidei commissarios pauperibus et miserabilibus personis de provincia Arborensi libras centum dicte monete: Item relinquimus et legamus pro salute anime nostre distribuendas per infrascriptos nostros fidei commissarios pauperibus et miserabilibus personis de provincia turritana libras centum predicte monete: Item relinquimus et legamus egregie domine Benedicte dilecte uxori nostre habitationem et usum camere nostre proprie cum infrascriptis filiis suis quibus ut infra sequitur predictam cameram relinquimus et legamus quamdiu ipsa ibidem morari voluerit et mandamus infrascripto heredi nostro quod eidem honorifice serviri faciant de omnibus opportunis videlicet alimentis vestiariis et aliis necessariis: Item volumus et mandamus quod infrascriptus noster filius et haeres universalis et infrascripti fidei commissarii nostri ad petitionem dicte uxoris nostre teneantur et debeant dare et solvere sibi libras quingentas dictorum alfonsinorum minutorum quas dicta domina uxor nostra debet recipere in honis nostris pro dotibus suis ipse domine Benedicte prout et sicut continetur in suis dotalibus instrumentis. Et quod vestimenta et jocalia sua per infrascriptum filium et heredem nostrum universalem non debeant auferri ab ea nec ipsam in illis aliquatenus molestari et ea dicte uxori nostre relinquimus et legamus Et insuper dicte uxori nostre relinquimus et legamus bona que fuerunt patrimonialia sua et postea fuerunt nobis pro dote pecuniaria comunicata (*sic*) sicut patet per instrumentum inde confectum a quocumque notario rogatum sub quocumque tempore vel dotali quod possit illa in vita et in morte filiis suis dimitere et donare secundum quod sibi placuerit Et preterea dicte uxori nostre usufructum curie et ville nostre de *Sanctaero de parte de Milis* (6) cum omnibus hominibus et feminis liberis datiis tributis animalibus ortis aquis aquarumque decursibus molendinis saltibus pasquis semitis et nemoribus et cum omnibus servis et ancillis peculis servitutibus et bonis omnibus eorum et cuique eorum et cum omnibus iuribus actionibus et rationibus ad dictam villam et curiam pertinentibus et expectantibus quoquomodo et cum mero et mixto imperio et gladii potestate et omni juridictione alta et bassa relinquimus et legamus possidendam tenendam et usufructuandam dum vixerit quo usufructu finito dicta curia et villa cum omnibus suis juribus et pertinentiis et cum mero et mixto imperio et gladii potestate et omni juridictione alta et bassa et cum omnibus servis et ancillis animalibus peculis et bonis omnibus prout supra describitur ad infrascriptum primogenitum et nostrum universalem heredem libera revertantur: Item nobili domine donne Paulesse de Serra karissime matri nostre officium et gubernationem ville nostre de Jacha districtus curatorie nostre de Muntagna et usufructum medietatis fructuum et proventuum et serviciorum provenientium de dicta villa seu de juribus et hominibus et feminis dicte ville quamdiu vixerit pro suis necessitatibus relinquimus et legamus et in predictis omnibus nobis eam instituimus heredem. Et dicto usufructu finito dicta villa ad infrascriptum nostrum primogenitum libere revertatur: Item confirmamus approbamus et ex certa scientia retificamus omnia privilegia facta et concessa per nos egregio Mariano de Arborea dillecto filio nostro dominoque Ucciani et Marmilte de dictis castris curatoriis eorum et villis

omnibus et de omnibus aliis que sibi quocumque titulo concessimus prout et sicut in eiusdem Mariani privilegiis et per nos ei concessis et cum omnibus juribus et pertinentiis eorum plenius et lacius continetur: Item confirmamus approbamus et ex certa nostra scientia ratificamus omnia privilegia facta et concessa per nos egregio Iohanni de Arborea dillecto filio nostro dominoque Montis Acuti et podii de Barinnella de dictis castro podio et curatorjs (*sic*) eorum et cuiusque eorum et villis omnibus et de omnibus aliis que sibi quocumque titulo concessimus prout et sicut in privilegiis eiusdem Iohannis et per nos ei concessis cum omnibus eorum juribus et pertinentiis clarius et apertius continetur. Item relinquimus et legamus egregiis Mariano et Iohanni de Arborea dillectis nostris filiis sub infrascripta conditione tenore et modo. Et si ipsi infrascripte nostre dispositioni consenserint et consentire volueritn baroniam de *Cerniglicecu* (sic) et allodium quam et quod emi pro nobis in Catalonia fecimus a nobili viro domino Rugerio comite Pallariensi cum castris villis vassallagiis hominibus masculis et feminis honoribus superioritatibus homagiorum prestationibus datiis tributis fructibus redditibus et proventibus ad dictam baroniam et allodium et cuiusque eorum pertinentibus et espectantibus et cum mero et mixto imperio et omni jurisdictione alta et bassa et cum omnibus juribus actionibus rationibus et pertinentiis eorum et cuiusque eorum prout et sicut in instrumentis emptionum plenius continetur possidenda et tenenda comuniter per eosdem. Quam baroniam et allodium cum omnibus supradictis eis pro legitima eorum relinquimus et legamus et in ea nobi… instituimus heredes cum suprascripta moderatione conditione et modo. Ita videlicet quod de bonis eorum propriis que habent in Sardinia venire consentiant ad infrascriptum nostrum primogenitum et heredem universalem de ceteris dicti Mariani Vic… (*sic*)… Quas quidem curatorias et vilas in quibus privilegiis dictorum Mariani et Iohannis detrahimus si ipsi dictam baroniam ut praedicitur habere maluerint et ad hoc consentire voluerint cum omnibus hominibus et feminis liberis servis et ancillis peculio dominio et servitute et cum omnibus domesticis terris cultis et incultis vineis ortis nemoribus pasquis semitis animalibus aquis *quarumque* (sic) (7) decursibus molendis tributis dacis serviciis realibus et personalibus privilegiis, franchiciis homagiis, honoribus et superioritatibus ad dictas curatorias et villas et quascumque earum expectantibus et pertinentibus quoquomodo et cum mero et mixto imperio et omni jurisdictione alta et bassa dicto nostro primogenito et heredi universali relinquimus et legamus: si autem dicti Marianus et Iohannes ad hoc consentire noluerint dicta eorum privilegia per nos ut predicitur confirmata integra immutilata remaneant et illessa et cuilibet eorum pro eorum legitima relinquimus et legamus florenos auri boni et justi ponderis de Florencia. Et omnia alia que eis titulo donacionis dedimus quibus eos volumus manere contentos et ipsos in eis nobis instituimus heredes et dicta baronia et alodium dicto nostro primogenito et haeredi universali cum omnibus supradictis remaneat per eum possidenda et disponenda prout sibi videbitur et placuerit: Item confirmamus approbamus et ex certa scientia ratificamus omnia privilegia facta et concessa per nos egregiis Nicolao et Francisco de Arborea nostris dilectis filiis de possessionibus villis et feudis quas et que eidem jure emancipatione donavimus et concessimus sub illis pactis et conditionibus que in instrumentis concessionis feudi continentur cum omnibus juribus et pertinentiis suis volentes quod dicta privilegia non tam ex donatione facta eis per nos inter vivos auctoritate privilegiorum nobis concessorum a serenissimo domino nostro domino Alfonso Dei gratia Aragonum Valentie Sardinie et Corsice rege comiteque Barchinone quam ex presentis nostri testamenti vigore robur firmitatis obtineant Et predicta omnia per nos eisdem in privilegiis eorum donata et concessa ad habundantiorem cautellam relinquimus et legamus et in eis nobis eos

instituimus heredes et pro ipsorum legitima ipsos predictis volumus manere contentos prout in eorum privilegiis continetur: Item relinquimus et prelegamus egregiis Petro Domicello Arboree Mariano Iohanni Nicolao et Francisco nostris filiis dictis curiam nostram propriam positam in civitate nostra Arestanni que lingua sardica sic confinatur. *Incominciasi daessu jassu dessa domo que fudi de calonigu Falchu et falatsinchi deretu sa ruga de sa porta de mari e dat sa bolta ad ladu dessa corte noa dessu Regnu et collat sinchi de retu sa via de sa domo que fu di de Iohanni Porru et chindit torre deretu ad su jassu ue fudi sa domo que fudi de Larençu de Serra su qual est quomo dintro dessa corte et collat sinchi deretu assu jassu dessa domo qui fudi de calonigu Falchu dictu… fliscat apari*: Vel si qui alii sunt eius confines meliores veriores et clariores cum omni iure actione ratione proprietate pertinentiis ingresibus et egresibus suis ita tamen quod ipsi cum egregia domina donna Benedicta nostra consorte dillecta eorumque matre karissima cui habitationem dicte curie relinquimus ut superius est expressum clarius continetur in eadem simul stare valeant et morari donec curia regni que incepta est fabricata fuerit et completa et ipsa facta et perfecta dictam nostram propriam curiam idem Petrus Donnicellus heres noster universalis dicte domine Benedicte et predictis Mariano Iohanni Nicolao et Francisco nostris filliis et germanis suis ipsius Petri libere permitere debeat et sine aliqua molestia et turbatione relinquat: Item adiungimus curie nostre prefate et quam dictis filliis nostris legavimus ut canava et stabula ipsi Marianus Iohannes Nicolaus et Franciscus habere valeant prope dictam curiam infrascripta hospicia videlicet hospicium quod olim fuit domine Villane quod habuimus in cambium ab herede Ugueti filii quondam domini Parasoni de quo cambio est inde confectum publicum instrumentum quod quidem hospicium lingua sardica cum infrascriptis duobus aliis hospiciis confinatur, *cominciasi sas confines de su albergu qui fudi de monna Villana su quale sapit pro cambiu duessu herede de Uguitu fiju qui fudi de donnu Barasoni et issos confines de sa corte qui fudi de mossen Marcuchu Soringianu (8) qui sappit dae dona Bera Capai mama qui fudi de Iugui Marianu Et issa domo que fudi de Cindu de Coti e dessos fradis que comporarus da essos segundu caparit pro carta rugata dae imprimis comincasi daessa via dessa ruga de sa porta de mari et daessu ladus dessa domo chest testa assa domo que fudi de donnu Alibrandinu Frau et fallat totu sa ruga in fine a sanctu Antone dessa domo que si comporedi dae Cindu de Cori e daessos fradis chest como rlogia et gleirat totu sa ruga que benit daessa dita porta de mari deretu asso cantone dessu Albergu qui fudi de Mossen March et daecunde si cominciat sa terra testa et gleirat cussa testa in fine assa domo noa chest facta pro conja (9) que remanit dae foras a pus salbergu qui fudi de Archochitu de camara… et gleirat sateru ladu cum icussa domo dessa conia que remanit dae intro et bat in fini assa testa dessa domo que fudi de a… Vilana chest aladu dessa ruga dessa dita porta de mari et inue* (sic) *fliscat*: Vel si qui alii sunt eorum et cuiuscumque eorum confines meliores veriores et clariores cum omni jure actione ratione proprietate pertinentiis ingressibus et egressibus eorum et cuiuscumque eorum relinquimus et legamus. Item statuimus et decernimus quod Maria de Arborea nostra filia predilecta in aliquo monasterio honorabili de Chatalonia ad divinum servitium convertatur et in eo debeat monacari et ei ut dicto monasterio offerat in ingressu suo pro possessionibus comporandis relinquimus et legamus florenos auri de Florencia boni et iusti ponderis quatuor mille et pro oblacione facienda altari ecclesie monasterii supradicti eo die quo ingressa fuerit florenos auri mille de Florentia boni et justi ponderis. Et pro fornimentis suis faciendis pro suo ingressu florenos de Florentia boni auri et justi ponderis mille. Quod si forsan noluerit monachari eidem Marie pro se maritanda suprascriptam summam florenorum sex milium relinquimus et in eis eam nobis instituimus heredem et in quibus pro sua legitima volumus

manere contenta: Item ventrem pregnantem suprascripte dilecte uxoris nostre si masculus fuerit et vivus ad lucem pervenerit in duobus millibus quingentis florenis auri de Florentia boni et justi ponderis nobis instituimus heredem. Et nichilominus eumdem ventrem pregnantem si ut premittitur masculus fuerit et ad lucem pervenerit eidem nostro primogenito et universali heredi recomendamus et volumus quod eidem provideat prout prospexerit esse dignum si vero femina fuerit et ad lucem ut prediximus venerit eamdem memorato nostro primogenito et universali heredi recomendamus et eidem pro se maritanda relinquimus sex milia florenorum de Florentia boni auri et recti ponderis quos solvi mandamus per dictum nostrum primogenitum et universalem haeredem et in eis dictum ventrem pregnantem si femina fuerit nobis instituimus haeredem: Item confirmamus approbamus et ex certa scientia ratificamus omnia privilegia facta concessa per nos nobili viro Laurentio de Arborea nostro filio naturali de possessionibus villis et feudis quas et que eidem donavimus et concessimus sub illis pactis et conditionibus quae in instrumentis concessionis feudi continetur cum omnibus juribus et pertinentiis suis volentes quod dicta privilegia non tam ex donatione facta ei per nos inter vivos auctoritate privilegiorum nobis concessorum a serenissimo domino nostro domino Alfonso Dei gratia Aragonum Valentie Sardinie et Corsice Rege comiteque Barchinone quam ex presentis nostri testamenti vigore robur firmitatis obtineant. Et predicta omnia per nos eidem Laurentio in privilegiis suis donata et concessa ad habundantiorem cautellam relinquimus et legamus. Item volumus et mandamus predicto nostro primogenito et heredi universali quod dicto Laurentio pro sua habitacione de uno hospicio competenti in civitate nostra Arestanni debeat providere. Item ordinamus et infrascripto nostro heredi universali precipimus et mandamus ut omnibus illis servis regni Iudicatus nostri vel nostris propriis qui inventi fuerint tempore mortis nostre ad nostrum vel curie nostre servitium sive in camara sive in canava aut in stabulis sive in cochina sive in camera scribanie sive in cancellaria sive in majoria nostra de portu in curia nostra de spendio aut in turrina nostra de massa aut in turrina de silba plenam libertatem concedat. Item ordinamus et infrascripto nostro heredi precipimus et mandamus quod omnibus illis ancillis dicti nostri judicatus et propriis que ad servicia egregie domine donne benedicte dilecte uxoris nostre tempore mortis nostre invente fuerint comorari plenam tribuat libertatem. Item ordinamus et infrascripto nostro heredi precipimus et mandamus quod omnibus ancillis dicti nostri iudicatus vel nostris propriis que invente fuerint tempore mortis nostre in curia nostra de spendio plenam libertatem concedat. Item ordinamus quod botices pannorum curie nostre que invente fuerint ad dictum servicium tempore mortis nostre prefatus heres noster tradat perpetue libertati. Item volumus et mandamus quod egregius vir infrascriptus heres noster universalis teneatur et debeat familie curie nostre sive *torralibus* (sic) de ficto sive pueris de cameris cancellarie sive de stabulis sive de canava sive de Turinis sive de majoria portus nostri civitatis Arestanni de consilio infrascriptorum fidejcommissariorum providere secundum quod ei visum fuerit iuxta cuiusque servitii meritum. Item adjungimus feudo ville de patro quam nobilis vir Marianus de Corogno dilectus nepos noster a curia nostra in feudum tenere dignoscitur villam nostram vocatam Ruinas positam in parte de Giulciani et saltum nostrum de Uras positum in confinibus dicte ville que est nunc distructa prout est pro ambo capita et latera limitamus cum omnibus hominibus exceptis liberis ab equo et cum omnibus daciis tributis serviciis realibus et personalibus servis ancillis peculiis terris cultis et incultis animalibus domesticis saltibus pascuis semitis aquis aquarumque decursibus molendinis montibus collibus et vallibus iuribus actionibus et rationibus ad dictam villam et saltum spectantibus et cum omni jurisdictione jure sanguinis dumtaxat excepto et pro dictis villis serviat curie nostre

prout in instrumento concessionis dicti feudi plenius continetur tenendam et cognoscendam in feudum nobile immediate et in capite ab infrascripto nostro primogenito et universali herede et teneatur pro ipso feudo heredi nortro prefato fidelitatem et homagium facere sicut pro feudo nobili et feudatariis in nostra curia quod fieri consuetum. Item adjungimus feudo ville de Noragus posite in contrata nostra de parte Valença quam nobilis vir Marianus de Serra karissimus nepos noster a nostra curia in feudo tenere dignoscitur villam nostram de coni positam in eadem contrata de parte de Valença cum omnibus hominibus exceptis liberis ab equo et cum omnibus daciis tributis servis ancillis peculis terris cultis et incultis animalibus domesticis saltibus pascuis semitis aquis aquarumque decursibus molendinis montibus collibus et vallibus juribus actionibus et rationibus ad dictam villam spectantibus et cum omni jurisdictione jure sanguinis dumtaxat excepto et pro dictis villis serviat curie nostre prout in instrumento concessionis dicti feudi plenius continetur tenenda et recognocenda in feudum nobile immediate et in capite ab infrascripto nostro primogenito et haerede universali. Et teneatur pro ipso feudo heredi infrascripto prefato fidelitatem et homagium facere sicut pro feudo nobili a feudatariis in nostra curia est fieri consuetum. Item nobili viro *Mariano de Amirai* (10) karissimo nepoti nostro omnia iura que habet ex vigore instrumenti sibi per nos concessi de villa de Architano parvo prout et sicut in dicto instrumento continetur approbamus et ratificamus et ex certa nostra scientia confirmamus et dictorum iurium concessionem eidem Mariano relinquimus et legamus. Item nobilibus viris Iohanni Villano quondam domini Iacobi Villani et Henrico Villano quondam item Henrici Villani karissimis nepotibus nostris omnia iura que habent ex vigore instrumentorum eis concessorum per nostros antecessores et nos in villis de Siis Maiore Simachis de Sancto Geminiano et in domo concessa quondam domino Iacob patri dicti Iohannis in villa de Samugleo prout et sicut in instrumentis eorum continetur approbamus confirmamus et ratificamus *et dictorum jurium* (sic) eisdem Iohanni et Henrico relinquimus et legamus. Item nobili viro domino Raynerio Bonifacii de Gualandis karissimo nepoti nostro filio quondam domine Sardigne olim karissime sororis nostre omnia iura que habet ex vigore instrumenti per nos concessi eidem in villa Orbana judicatus nostri prefati prout et sicut in dicto instrumento continetur approbamus confirmamus et etiam ratificamus et dictorum jurium concessionem eidem domino Reynerio relinquimus et legamus. Item Mariano et Iohanni Satio karissimis nepotibus nostris et filiis olim domini Francisci Satii et quondam domine Sardinie karissime sororis nostre villam nostram de Simugleo positam in Iudicatu nostre Arboree videlicet in curatoria de Mandra Olisay cum omnibus hominibus exceptis liberis ab equo et cum omnibus dacis tributis servis et ancillis animalibus terris domesticis saltibus aquis aquarumque decursibus montibus vallibus juribus actionibus et rationibus et cum omnibus servitis realibus et personalibus et cum omni jurisdictione ad dictam villam spectantibus et pertinentibus jure sanguinis dumtaxat excepto et cum honere unius equi terramangensis et unius sergentis terramagensis sufficienter armati qui pro feudo dicte ville quotiens per infrascriptum nostrum primogenitum et heredem universalem fuerint requisiti ei et sue curie servire teneantur relinquimus et legamus: Item nobili viro Iacobo filio quondam domini Cini de Taculis karissimo consanguineo nostro omnia jura que habet ex vigore instrumenti per nos concessi inmediate ville de Solarussa prout et sicut in dicto instrumento continetur approbamus ratificamus et ex certa scientia confirmamus et dictorum jurium concessionem eidem Iacobo relinquimus et legamus. Item filiis et heredibus quondam domini Michaellis de Taculis consanguineis nostris omnia iura que habent ex vigore instrumentorum suorum concessorum sibi dicto domino Michaelli per antecessores nostros et nos et medietatem Ville de Solarussa et eidem domino Michaelli et

heredibus suis masculini sexus prout et sicut in suis instrumentis plenius continetur approbamus confirmamus et etiam ratificamus et dictoram jurium concessionem eisdem heredibus relinquimus et legamus: Item Angiulese et Preciose filiabus nostris naturalibus confirmamus possessiones et iura quas et que eisdem donavimus in villa nostra de Mogoro prout et sicut in instrumentis inde confectis plenius continetur et volumus quod infrascriptus noster primogenitus et heres universalis ipsas Preciosam et Angiulesam et earum filios masculos recomendatas et recomendatos habeat et gubernet secundum quod viderit convenire: filiabus vero earum egregii Marianus de Arborea dominus Gotziani et Iohannes de Arborea dominus Montis Acuti dilecti nostri filii ipsarumque germani providere debeant de maritis prout prospexerint esse dignum et prout honori eorum et ipsarum viderint convenire: Item Guillermum germanum nostrum et heres Gonnarii quondam fratris nostri et etiam filios Adalasie sororis nostre et eorum et cuiusque eorum heredes absolvimus et liberamus ab omnibus et de omnibus facionibus regni et serviciis realibus et personalibus et eis et cuique eorum de hiis immunitatem et franquitiam relinquimus et legamus filios *aut* (sic) (11) masculos dicti Guillermi et heredes dicti germani et prefate sororis nostre dictus heres noster universalis recomendatos habeat et gubernet: filiabus eorum dicti Marianus et Iohannes providere debeant de maritis prout honori eorum et ipsarum viderint convenire: Item filios Arsoci de Serra et Gonnari de Serra fratrum qui stant et morantur in villa de Turri dictus heres universalis noster recomendatos habeat et gubernet prout honori suo viderit convenire: filiabus eorum dicti Marianus et Iohannes providere debeant de maritis prout honori eorum et ipsarum viderint convenire: Item nobili viro Guidoni de çori maiori nostre Camare omnia jura que habet ex vigore instrumenti sibi per nos concessi de villa Simachis ioso sive de Sancta Caterina prout et sicut in dicto instrumento continetur approbamus ratificamus et ex certa scientia confirmamus et dictorum jurium concessionem eidem Guidoni relinquimus: Item discreto viro magistro Gracie Orlandi medicinalis sciencis (*sic*) professori dilecto Medico nostro omnia jura que habet ex vigore instrumenti sibi per nos concessi de villa Ogliastre prout et sicut in dicto instrumento continetur approbamus ratificamus et ex certa scientia confirmamus et dictorum jurium concessionem eidem magistro Gracie relinquimus et legamus. Item nobili viro Iohanni Ute omnia jura que habet ex vigore instrumenti sibi per nos concessi de villa *sie* (*sic*) Sancti Nicolay prout et sicut in dicto instrumento continetur approbamus ratificamus et ex certa scientia confirmamus et dictorum jurium cessionem eidem Iohanni relinquimus et legamus. Item sapienti et discreto viro domino Filipho Mannelli decretorum doctori et canonico Arborensi karissimo *socio nostro* (12) donaciones concessiones gratias franchitias libertates imunitates privilegia et instrumenta facta et concessa suis antecessoribus et ei a nostris antecessoribus vel a nobis de villis curiis domibus servis ancillis saltibus domesticis terris nemoribus et quibuscumque aliis rebus et bonis ex certa scientia ratificamus approbamus et etiam confirmamus prout et sicut in suis privilegiis concessionibus et instrumentis plenius continetur quam ratificationem approbationem et confirmationem omnium predictorum eidem domino Filipo et heredibus suis relinquimus et legamus volentes et statuentes quod dicta privilegia instrumenta et concessiones sint de cetero firma et valida et perpetuis temporibus observanda. Item nobili viro Mariano de Serra Ugueti karissimo nepoti nostro omnes donaciones concessiones et gratias factas ei vel patri suo a nostris antecessoribus vel a nobis prout et sicut in suis instrumentis continetur confirmamus ratificamus et ex certa scientia approbamus quam ratificacionem approbationem et confirmationem omnium predictorum eidem Mariano et suis heredibus relinquimus et legamus: Item heredibus nobilis viri Primerani de Prato et nobili viro Iohanni Ute et provido viro Baciarello Roberti gratias et

franchitias libertates et imunitates privilegia et instrumenta facta et concessa eorum antecessoribus et eis a nostris antecessoribus vel nobis de villis curiis domibus servis et ancillis saltibus et quibuscumque aliis rebus et bonis ex certa scientia approbamus confirmamus atque etiam ratificamus prout et sicut in eorum privilegiis concessionibus et instrumentis plenius continetur quam ratificationem approbationem et confirmationem omnium predictorum dictis heredibus dicti Primāni Iohanni Ute et Baciarello prefatis et eorum heredibus relinquimus et legamus volentes et statuentes quod dicta privilegia concessiones et instrumenta sint de cetero firma rata et valida et perpetuis temporibus observata: Item heredibus providi viri Georgii de Sii olim majoris nostre camere donationes concessiones gratias franquitias libertates imunitates privilegia et instrumenta facta et concessa suis antecessoribus et ei a nostris antecessoribus vel nobis de curiis domibus servis ancillis saltibus domesticis terris nemoribus et quibuscumque aliis rebus et bonis ex certa scientia ratificamus approbamus et confirmamus prout et sicut in suis privilegiis et instrumentis plenius continetur quam ratificationem approbationem et confirmationem omnium predictorum dictis heredibus relinquimus et legamus volentes et statuentes quod dicta privilegia concessiones et instrumenta sint de cetero firma et valida et perpetuis temporibus observanda. Item dicimus volumus et mandamus quod Guido de çori major nostre camere Marianus de Corogno armentarius de loco nostri judicatus Arboree Marianus de Miray fiscalis noster et major equorum nostrorum Ugulinus de Scano curator nostre civitatis Aristanni Marianus de Villa Castellanus castri nostri Montis regalis Iohannes Uta Castellanus nostri castri Serravallis Petrus Vacha Castellanus nostri castri Montis de Verro Iohannes de Acene Castellanus castri Goisani Gonnarius de Sogiu Castellanus castri Marmille, et Ieunarius de Iana maior partis de margine et de costa de Vallibus pro egregio Mariano de Arborea nostro dillecto filio domino dictorum castrorum et eorum districtuum Gonnarius Caprinus castellanus Montis Acuti Nicola de Sii armentarius maior podii de Barumella et eius districtus et Simon de çori maior partis de Montaguto pro egregio Iohanne de Arborea karissimo nostro filio domino predictorum castri podii et eorum districtuum et heredes Saltari Dore olim castellani dicti castri Montis Acuti pro dicto Iohanni nostro filio ipsi et quilibet eorum et eorum et cuiusque eorum heredes et bona sint liberi et absoluti ab omni ratione reddenda nobis vel heredibus nostris de omnibus et singulis que ipsi vel alii eorum vel alia *quecumque* quacumque persona pro eis vel aliquo eorum de rebus et bonis nostris mobilibus et immobilibus et se moventibus ubicumque positis *que invenirentur et in judicatu nostro Arboree et Lugodorj et terris castris* alicuius officii occasione eis vell alicui eorum per nos vel aliam quamcumque personam pro nobis comissi vel alia gerere debuerunt sive pretermiserunt. Ita quod de predictis vel aliquo predictorum nullam heredibus nostris rationem reddere teneantur sed omnibus et cuicumque eorum de predictis omnibus et singulis liberationem legamus. In omnibus autem aliis nostris bonis mobilibus et immobilibus et se se moventibus ubicumque positis que invenirentur et in iudicatu nostro Arboree et Logudorii et terris castris villis servis ancillis possessionibus omnibus dignitatibus rebus bonis quibus *actoribus* (sic) (13) et rationibus ad nos vell ad iudicatum nostrum Arboree Lugodorii quomodocumque spectantibus dictum egregium Petrum nostrum filium predilectum primogenitum et generalem procuratorem nostrum nobis instituimus heredem et eum cum onere trium milium florenorum de Florentia boni auri et justi ponderis quos tenemus solvere per censum dicti judicatus et aliarum terrarum quem et quas a domino nostro Regi nobis volumus succedere in predictis. Si autem contingerit dictum Petrum quandocumque decedere sine liberis masculis legittimis ex suo corpore legittime descendentibus uno vel pluribus superstite Mariano predicto dillecto nostro filio

substituimus eidem Petro Marianum filium nostrum prefatum heredem et successorem in predictis judicatu et bonis. Si vero dictum Marianum quandocumque mori contigerit sine liberis masculis legittimis ex suo corpore legittime descendentibus post mortem dicti Petri superstite Iohanne predicto filio nostro suprascripto Mariano prefatum Iohannem substituimus heredem et in omnibus successorem. Si vero dictum Petrum mori contigerit sine liberis masculis legittimis ex suo corpore legittime descendentibus post mortem dicti Mariani in loco dicti Mariani eumdem Iohannem suprascripto Petro in predictis judicatu et terris et bonis omnibus substituimus heredem et in omnibus successorem. Si vero dictum Iohannem mori contigerit sine liberis masculis legittimis ex suo corpore legittime descendentibus mortuis suprascriptis Petro et Mariano superstite Nicolao predicto dilecto filio nostro suprascripto Iohanni memoratum Nicolaum substituimus heredem et in omnibus successorem nisi fuerit in sacris ordinibus constitutus. Si vero dictum Petrum contigerit absque liberis masculis legittimis ex suo corpore legitime descendentibus post mortem dictorum Mariani et Iohannis superstite Nicolao prefato in loco dictorum Mariani et Iohannis eidem Petro dictum Nicolaum in predicto judicatu et bonis substituimus heredem et in omnibus successorem nisi fuerit idem Nicolaus ut predicitur in sacris ordinibus constitutus. Si vero dictum Marianum mori contingerit absque liberis masculis legittimis ex suo corpore legittime descendentibus post mortem dictorum Petri et Iohannis eidem Mariano sepe dictum Nicolaum in dicto judicatu et bonis substituimus heredem et in omnibus successorem nisi fuerit ut predicitur in sacris ordinibus constitutus. Si vero dictum Nicolaum mori contingerit quandocumque sine liberis masculis legittimis ex suo corpore legittime descendentibus superstite Francisco filio nostro predicto si noluerit clericari et non fuerit in sacris ordinibus constitutus suprascripto Nicolao in omni casu predictum Fransciscum substituimus heredem et in omnibus successorem. Si autem Franciscum predictum sine liberis masculis ex suo corpore legittime descendentibus mori contingerit post mortem dicti Nicolay eidem Francisco ventrem pregnantem uxoris nostre si ad lucem vivus pervenerit et masculus fuerit in dicto judicatu et bonis sustituhimus heredem et in omnibus successorem. Si vero voluerit clericari et clericus fieri dictum ventrem pregnantem prefato Nicolao in omni casu substituhimus heredem et in omnibus successorem. Si autem dictus Franciscus noluerit clericari et mortuus fuerit absque liberis masculis legittimis ex suo corpore legittime descendentibus superstite dicto ventre pregnante ut predicitur eidem Francisco dictum ventrem pregnantem substituimus heredem et in omnibus successorem. Ille tamen qui successerit dicto Petro filio nostro et heredi universali filias eiusdem Petri si quas forte dimiserit non maritatas teneatur et debeat honorifice maritare et si fuerit una tantum teneatur et debeat dare sibi pro suis dotibus et corredis florenos (14) de Florentia boni auri et justi ponderis. Si vero plures fuerint teneatur et debeat dare cuilibet earum pro dotibus et corredis suis florenos de Florentia boni auri et justi ponderis. Si vero evenerit predictos nostros filios omnes mori sine liberis masculis legittimis ex eorum corporibus legittime descendentibus relictis filiabus legittimis volumus ad primam filiam dicti Petri *que sine defetu deformi et apparenti corporis fuerit* (15) predictam nostram hereditatem devolvi et eam succedere volumus ultimo filiorum nostrorum sine liberis masculis ex eorum corporibus legittime descendentibus morientium et ex mortua sine liberis masculis ex suo corpore legittime descendentibus ad alias filias dicti Petri per ordinem devolvatur et ita per ordinem succedere et intelligi volumus de filiabus dictorum Mariani et Iohannis Nicolai Francisci et ventris pregnantis filiorum nostrorum. Si autem contigerit predictos nostros filios de hac vita migrare non relictis filiis vel filiabus legittimis ex eorum corporibus legittime descendentibus una vel pluribus volumus predictam hereditatem devolvi ad

egregiam Bonaventuram de Arborea dilectam filiam nostram et eam succedere volumus et eam substituhimus illi qui ut predicitur in dicta nostra hereditate ultimo morietur. Quod si dictam Bonaventuram sine liberis masculis legittimis ex suo corpore legittime descendentibus post mortem dictorum filiorum nostrorum quandocumque mori contingerit volumus quod dicta nostra hereditas ad predictam Mariam filiam nostram si noluerit monacari penitus devolvatur et eam succedere volumus ultimo filiorum dicte Bonaventure ei eos omnes predicte Marie premori contingerit absque legittimis liberis ex suo corpore legittime descendentibus. Si vero dictam Bonaventuram dicte Marie premori contingerit sine liberis masculis legittimis aliquo filiorum nostrorum vel nepotum in loco dicte Bonaventure dictam Mariam ultimo prefatorum filiorum nostrorum vell nepotum morienti sine liberis legittimis substituhimus heredem et in omnibus successorem. Si vero prefata Maria decederet nullis relictis filiis ex suo corpore legittime descendentibus volumus et ei substituimus in predictis nostro judicatu et bonis ventrem pregnantem uxoris nostre et predictos filios et filias nostras aut filios et filias eorum ut prediximus sibi invicem substituhimus et succedere volumus in predictis nostro judicatu et bonis omnibus supradictis predictis autem Nicolao et Francisco et ventri pregnanti filiis nostris baiulos tutores et curatores relinquimus et esse volumus egregiam dominam donnam Benedictam karissimam uxorem nostram et egregium virum dictum Petrum nostrum primogenitum et heredem universalem germanum dictorum nostrorum filiorum quibus et cuique eorum in solidum concedimus et mandamus plenam bailiam et liberam potestatem plenum et liberum et generale mandatum regendi et salubriter gubernandi personas dictorum nostrorum filiorum et terras et bona eorum prout ad salutem ipsorum filiorum nostrorum predictorum et bonum statum terrarum predictarum viderint convenire quousque et tamdiu dicti fillii nostri vel unusquisque eorum ad etatem decem et octo annorum completam pervenerint, vel pervenerit: qua etate decem et octo annorum completa teneantur dicti tutores et curatores restituere et integre consignare dictis filiis nostris minoribus et cuique eorum omnia eorum bona prout et sicut in privilegiis eorum per nos eis concessis plenius continetur et in presenti nostro testamento concessimus et legamus Et membra presentis nostri testamenti quod ad eos vel ad quemque eorum pertinuerit dictis filiis nostris minoribus et cuique eorum sine dificultate dare et dari facere incorrupta: absolvimus preterea dictos tutores et curatores a ratione reddenda de fructibus interim preceptis de bonis dictorum minorum et inhibemus dictis filiis nostris minoribus ne prefatam dominam Benedictam uxorem nostram vel predictum heredem nostrum quos eis et cuique eorum baiulos tutores et curatores relinquimus audeant de fructibus perceptis usque ad etatem predictam decem et octo annorum completam dicta bona et fructus omnes ad predictos nostros filios et eorum quemlibet sine diminutione perveniant administranda et gubernanda per ydoneos procuratores quos idem filii nostri qui ad etatem predictam pervenerint ordinare voluerint de consilio et voluntate dictorum nostre uxoris et nostri primogeniti et heredis universalis: Ita tamen quod dicti filii nostri qui iam ad predictam etatem pervenerint nichill de predictis bonis eorum alienare presumant sine consilio et consensu predictorum uxoris et heredis et primogeniti nostrorum donec ad etatem viginti quinque annorum pervenerint vel aliquis eorum pervenerit quod si infra dictam etatem viginti quinque annorum predicti filii nostri vel aliqui eorum nisi ut prediximus alienaverint vel alienaverit donaverint vel donaverit pro non alienato vel donato penitus habeatur: fideicommissarios et esecutores distributores et errogatores presentis nostri testamenti et predictorum nostrorum judiciorum et legatorum relinquimus esse volumus atque etiam ordinamus venerabilem in Christo patrem dominum fratrem Guidonem Dei gratia Tirensem et Arborensem Archiepiscopum egregiam dominam

Benedictam karissimam consortem nostram egregium Petrum dictum nostrum primogenitum et heredem universalem et sapientem et discretum virum dominum Filipum Mannelli decretorum doctorem et canonicum Arborensem et quemlibet eorum in solidum quibus et cuique eorum insolidum damus plenam bailiam et liberam potestatem et plenum et liberum et generale mandatum predicta nostra judicia et legata de bonis nostris et judicatus nostri Arboree et Logudorj solvendi exequendi distribuendi et errogandi prout in presenti nostro testamento plenius est expressum et prout de nostra voluntate procedit dantes predictis omnibus fideicommissariis nostris et tribuentes eis et cuilibet eorum insolidum plenam ac omnimodam potestatem cum libera administratione exigendi petendi et recipiendi a dicto nostro primogenito et herede universali nostro vel etiam a suis debitoribus a quibus eorum voluerint suficientem et integram pecuniam pro dictis omnibus et singulis exequendis mandantes insuper dicto nostro primogenito et heredi universali sub pena maledictionis paterne quod ipse per se executari faciat et persolvat cum effectu omnia predicta judicia et legata ut prediximus ecclesiis piis locis et personis predictis infra unum annum a tempore nostri obitus computandum filiis autem nostris et germanis suis teneatur et debeat dictus primogenitus et heres noster universalis privilegia omnia et singula que eis dimisimus legavimus relinquimus et confirmavimus in presenti nostro testamento integre persolvere et observare et sine diminutione aliqua consignare vel alios nostros fideicomissarios permittere sine molestia et impedimento aliquo aut dificultate dictis nostris filiis masculis persolvere cum ad etatem predictam decem et octo annorum pervenerint. Marie autem filie nostre teneatur illam quantitatem sex milium florenorum auri de Florencia boni auri et justi ponderis quos eidem cum ingressa fuerit aut ingredietur monasterium vel cum ea maritaverit si monasterium ingredi noluerit prout in presenti nostro testamento ordinavimus statim solvere cum effectu. Et inducentes paterno affectu dictum Petrum nostrum primogenitum et universalem heredem quod dictos filios nostros et germanos suos benigno et fraterno affectu pertractet et nostram in eis que ipsis relinquimus voluntatem sine diminutione conservet et in aliis personis et locis sicut filius benedictionis adimpleat nostram ultimam voluntatem. Et dicimus et volumus quod si hoc presens testamentum nostrum de nostri testamenti non valeret saltem in codicillorum et omni jure meo quibus melius valere potest volumus quod valeat et firmitatem habeat et obtineat quia sicut nobis placet et talis est nostra ultima voluntas cassando et irritando omne aliud testamentum seu ultimam voluntatem si quam vel si quod reperiretur esse factum vel factam per nos rogatum sive rogatam per quoscumque notarios preter istud actum in villa aqs (*sic*) in quadam camera curie dicti domini judicis presentibus venerabili et sapienti viro domino Filipo Mannelli canonico arborensi decretorum doctore magistro Gratia Orlandi et magistro Tomasio de Cinamo de Neapoli medicinalis scientiae professoribus: Nobilibus viris donno Mariano de Serra quondam domini Guillermi de Serra et donno Laurentio Schinto quondam domini Nicolay Nicolao Sparino dicto Pilieri quondam Petri de Vallibus et Comita Ticha quondam Torbini Ticha de Salanis testibus ad hec vocatis et rogatis Dominice incarnationis anno millesimo trecentesimo tricesimo sexto indictione tertia pridie nonas aprilis: – | oet nos…|| servitiis † Petrus… || de villa… Iulianus de Cherqui filius Mariani de Cherqui de Arestan Regia auctoritate… notarius hiis omnibus interfui et rogatus scribere scripsi et cum additione verbi et nos in undecima linea et in vicesima quarta linea ubi legitur *servitiis* et cum literis puntatis de subter in linea vicesima octava ubi dicitur *et de omnibus* et cum additione in linea quinquagesima sexta ubi legitur *Petrus* et in linea quinquagesima septima ubi dicitur *de villa* non vitio sed errore scripture firmavi meumque signum et nomen apposui consuetum.

NOTE

(1) Il documento non è l'*originale*, ma un *apografo* del medesimo, come si ricava dall'attestazione che lo precede, la quale è del tenore seguente: *Hoc est translatum bene et fideliter sumptum in civitate Castri Callari, die penultimo mensis iunii, anno a nativitate Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo nono a quodam testamento, seu ultima voluntate illustris* Hugonis *olim Marchionis et Iudicis Arboreae, clauso per discretum Iulianum de Cherqui regia auctoritate notarium publicum valde anticum* (sic)*, sanum tamen et integrum, non cancellatum nec in aliqua eius parte suspectum, sed omni prorsus vitio et suspicione carentem, cujus tenor sequitur, et est talis- – In nomine Domini etc*. –

(2) È evidente l'errore del copista nel decifrare le abbreviature; e deve dire *denariorum Alfonsinorum minutorum*.

(3) Legg. *domui*.

(4) Legg. *domui*.

(5) Forse *dominicis*.

(6) L'odierno *Sanvero Milis*.

(7) Legg. *aquarumque*.

(8) *Soringianu* o *Sorregianu*, ossia *salassatore*, *cerusico*.

(9) *Pro conja*, cioè *per concia*, o conciatura di pelli.

(10) Ossia Mariano *de Amirato* (Ved. Tola, *Dizion. biogr. dei Sardi ill*. Vol. I. pag. 73).

(11) Legg. *autem*.

(12) *Socio nostro*, ossia *nostro intimo consigliere*, e quasi compagno (*socio*).

(13) Legg. *actionibus*.

(14) Manca la indicazione della quantità. E così pure in seguito.

(15) È da notarsi questa condizione, in virtù della quale Ugone di Arborea escludeva dalla sua eredità le donne *difettose di corpo*, o *deformi nell'aspetto*.

XLIX

Diploma del re Don Pietro IV di Aragona, nel quale sono tassati i dritti, che i notai doveano riscuotere in Sassari per qualunque trascrizione, ed autenticazione di stromenti, e di carte pubbliche.

(1336, 10 giugno).

Dagli Archivi ant. della Città di Sassari.

Nos Petrus Dei gratia rex Aragonum, Valentie, Sardinie, Corsice, Comesque Barchinonis. Supplicationi fidelis nostri Michaelis Amarelli civis Sassari, nuntii sive ambaxiatoris ad nos pro parte consiliariorum et proborum hominum civitatis Sassari destinati nobis nomine ipsorum exhibite, continenti quod in dicta civitate exhiguntur et recipiuntur a civibus ipsis pro auctoritatibus seu decretis que ponuntur in translatis publicis seu transumptis, vel in instrumentis cure, vel tutele aut aliis quibuscumque tresdecim solidi… denariorum alfonsinorum minutorum, annuentes benigne, tenore presentis concedimus, statuimus, ac etiam ordinamus perpetuo, quod *detreto* pro dictis auctoritatibus seu decretis in dictis translatis ac trasumptis publicis, vel instrumentis cure tutele, aut aliis quibuscumque apponendis non exhigantur aut recipiantur ultra decem solidi alphonsini minuti, cum propter necessitatem dictorum civium hoc eis gratiose duximus concedendum, mandantes per presentem vicario, et subvicario dicte civitatis ac eius assessori, et notario sive scribe curie ipsius, vel eorum loca tenentibus, qui nunc sunt vel pro tempore fuerint quatenus pro dictis decretis in dictis instrumentis seu transumptis apponendis a dictis civibus non exhigant seu exhigi faciant pro quolibet ultra decem solidos supradictos, nec non gubernatori generali Sardinie, et Corsice regni, ceterisque officialibus nostris vel eorum loca tenentibus, presentibus et futuris, quod concessionem, statutum, et ordinationem nostram huiusmodi firmam habeant, teneant, et observent perpetuo, et faciant per quoscumque inviolabiliter observari, et non contraveniant, nec aliquem contravenire permittant aliqua ratione. In cuius rei testimonium presentem cartam nostram inde fieri jussimus sigillo nostro appenditio roboratam. Data Ilerde quarto idus junii, anno Domini millesimo trecentesimo tricesimo sexto…

Signum † Petri Dei gratia regis Aragonum, Valentiae, Sardiniae et Corsicae, Comesque Barchinonis.

Testes sunt

… Cesarauguste Archiepiscopus.

Arnaldus… Archiepiscopus.

… de Ribellis.

Ottho de Montecatheno.

Arnaldus de Fotibus.

Si†gnum Guillelmi de Vila scriptoris dicti domini regis, qui de mandato ejusdem hoc scribi fecit, cum raso, et emendato in linea VI. ubi dicit – faciat pro quolibet ultra et dari fit – .

L

Atto di concordia tra il Pievano della chiesa maggiore di S. Nicolò, ed i parroci urbani di Sassari, nel quale sono stabiliti i confini delle rispettive parrocchie, le possidenze, i dritti onorifici ed utili delle medesime, e le relazioni d'ordine, e di giurisdizione tra la Chiesa matrice, e le Chiese filiali, e succursali, in conformità all'atto del 1278 *che si conferma*.

(1336, 10 ottobre).

Dall'Archivio Capitolare Turritano della Città di Sassari (1).

In Christi nomine et eius gratia. Notum sit cuntis presentem paginam inspecturis, quod Nos Artaldus Albolini Plebanus Ecclesiae Sancti Nicolai de Sassaro (2) ex una parte et Martinus de Sancta Cecilia Rector Ecclesiae Sancti Donati, Belengarius (3) Torsani Rector Ecclesie Sancte Catharine, Antonius Antolini Rector Ecclesie Sancti Xisti dicte civitatis, et Raymundus Arnaldi, procurator discreti Bernardi Scaraboti Rectoris Ecclesie Sancti Apolinaris eiusdem civitatis ex altera, de qua quidem procuratione patet publico instrumento scripto prope exarato quinto decimo kalendas madii anno infrascripto per Valspirium Taymani vice Francisci Vaniulo scriptoris publici prope exarati per eundem scriptorem subscripto et signato. Atendentes reverendissimum in Christo patrem dominum Dorgotorium recolende memorie Archiepiscopum Turritanum presentem plebem sancti Nicolai praedictas decrevisse instituendas et faciendas in dicta civitate quatuor capellas prout in quodam publico instrumento liquidius cognosci potest, cuius thenor sequitur in hunc modum (4). Dorgotorius miseratione divina Archiepiscopus Turritanus in perpetuum. In partem solicitudinis Domino disponente vocati circa creditam nobis ordinationem ecclesiarum nostre dioecesis salubriter considerare nos expedit tempus causam et locum secundum quod pro emergentibus negotiis interdum nova sunt consilia capienda et prout temporis necessitas et causae deposcit utilitas de parroquialibus ecclesiis nostre dioecesis nunc plures in unam redendo nunc unam dividendo in plures prioribus cogitatis ordinare. Sane cum populus seu villa Sassaris in qua non nisi una et singularis atenus erat parroquialis ecclesia, quae plebs cognominatur, auxilio sufragante divino in tantam excreverit multitudinem que per ipsam ecclesiam administratio sacramentorum ecclesiae tanto populo plenarie non poterat exhiberi, prout inde frequenter clamor populi inculcavit auctoritatem nostram necessario propter ipsius paroquiae difusionem et distantiam non modicam parroquianorum huiusmodi sine magna dificultate non poterat ipsa ecclesia adiri maxime tempore hiernali. Huiusmodi rei solicitudine sepe comoti ac in premissis adhibere salubre remedium cupientes de voluntate et assensu nostri capituli Turritani nec non de consilio venerabilium fratrum et coepiscoporum nostrorum ac aliorum prudentium virorum quatuor capellas post eandem plebem Sancti Nicolai in ipsa villa Sassaris decrevimus faciendas quas propriis exprimimus et nominamus vocabulis. Primam videlicet ad honorem et reverentiam Sanctae Catharinae Virginis. Secundam ad honorem et reverentiam Sancti Xisti martiris. Tertiam ad honorem et reverentiam Sancti Donati martiris. Quartam ad honorem et reverentiam Sancti Apolinaris martiris. Quibus quidem plebi et capellis praedictis populum dicte ville divisimus distribuentes singulis earum singulas parroquias quas publice duximus limitandas prout est ibidem habitantibus manifestum statuentes ut in qualibet ipsarum capellarum proprius instituatur sacerdos qui populum sibi commissum

ligare valeat et absolvere et eidem sacramenta ecclesiae ministrare. In dicta nostra plebe plebanus qui pro tempore fuerit ibidem tres sacerdotes et unum sacristam et quatuor clericos continuo teneat qui tam ipsi plebi quam populo sibi commisso serviant in divinis. Nolumus tamen quod aliqua ipsarum ecclesiarum habeat cemeterium sed omnes parroquiani earumdem ecclesiarum sepeliantur apud plebem predictam, candele que deportate fuerint ad sepolturam defunctorum parroquianorum cuiuslibet ipsarum capellarum celebratis exequiis defuncti dividantur per medium, et una pars remaneat ipsi plebi, alteram vero habeat sacerdos cuius parroquianus extitit defunctus. Quelibet autem ipsarum plebis et capellarum habeat quecumque fuerint eidem per devotionem fidelium collata, nec non decimas, primicias et alias oblationes parroquianorum suorum atque testata, legata silicet a suo vel alterius ecclesiae parroquiano reservata tamen canonica portione illi ecclesie cuius parroquianus extitit decedendus. Capellani insuper dictarum capellarum teneantur exhibere et facere dicte plebi alia omnia que ceteri capellani qui adsunt ipsi plebi exhibere consueverunt ab antiquo et non amplius. Item volumus quod quilibet capellanus possit pueros suae parroquiae in sua ecclesia baptizare per totum anni circulum preter quam in sabato sancto et Pentecostes, predictis namque temporibus volumus ut in dicta plebe baptizentur omnes, qui tunc fuerint baptizandi. Decernimus insuper ut predicte capelle deinceps illis libertatibus et exentionibus gaudeant et utantur quibus predicta ecclesia Sancti Nicolai per antecessores nostros privilegiatam esse constiterit ab antiquo. Preterea cum predicta plebs magnis et multis abundaret reditibus, de bonis eiusdem sine magna lesione ipsius predictas quatuor capellas dotavimus in hunc modum. Primo ecclesie sancte Catharine dedimus et concessimus omnes terras sitas et positas in territorio dicto Annanò et Mascari, et vineam dictam *de* Gaita sitam et positam in territorio dicto Sanctus Estefanus, prout dicta ecclesia Sancti Nicolai predictas terras et vineam hatenus habet et possedit et sic continetur in condaque seu carta bullata ipsius. Ecclesiae Sancti Xisti dedimus et concessimus omnes terras sitas et positas in territorio dicto Hya et Valle de vinea cum domo et possessionibus positis in villa *de Fiene*; item vineam dictam *de Valle* positam in terretorio dicto Isala, tam id quod vinatorium est quam id quod est vacuum ibidem prout ipsa ecclesia sancti Nicolai predictas terras, domum possessiones et vineam hactenus habet et possedit et sic continetur in condaque seu carta bullata ipsius. Ecclesie sancti Donati concessimus et dedimus omnes terras sitas et positas in terretorio dicto Monte, dicto condaque prout dicta ecclesia Sancti Nicolai predictas terras hatenus babuit et possedit et sic continetur in condaque seu carta bullata ipsius. Ad perpetuam autem omnium supradictorum memoriam presens scriptum sigillo nostro fecimus roborari. Actum Sassari in ecclesia sancti Nicolai presentibus domino Arloco episcopo Poblacensi, Sumachio episcopo Empuriensi, Torgotorio Archiepiscopo Turritano, Petro Fara Plebano S. Nicolai, Ioanne Henroli publico scribano anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo octavo, indicione decima octavo kalendas octobris.

Ego Petrutius de Canilia regali auctoritate nottarius omnibus supradictis interfui, et rogatus scribere scripsi, et in publicam formam redegi. Sane cum nos dictus Plebanus sentiens nos et plebem nostram predictam ab institutionibus praedictarum capellarum et a contentis instrumento predicto multipliciter agravatos fuisse, quod gesta et ordinata in dicte nostre plebis nostrique et successorum nostrorum detrimentum prejudicium et jacturam obtinuissemus *imprestavissemus* (*sic*) a curia romana et domino Legato aliqua rescripta papalia cartas seu privilegia quorum interpretatio et emanatio in revocationem et retractationem institutionum capellarum predictarum seu contentorum instrumento predicto

pretendere detenebatur, vigoreque instrumenti supra inserti vos predictus Antonius Antolini rector prenarrate ecclesie Santi Xisti pretenditis quemdam *hortum* positum in loco dicto Isala cum parvo de vinea qui in dicto instrumento supra inserto vinea dicta *de Valle* cognominatur. Igiturque gravis dissentionis et contencionis materia inter nos ex una parte agentes et vos dictos rectores ex altera defendentes fuisset exorta ac questio diutius agitata et universitas seu populus dicte civitatis Saceris non modicum inde commotionis et turbationis assumpsisset in eademque civitate murmur immensum concurreret ex predictis, asserendo predictam impetracionem in detrimentum maximum precitate civitatis cedere graveque dispendium et manifestum opprobrium redundare, et potius si occasione dictae impetrationis predicta plebs ad statum pristinum redunaretur seu institucto predictarum capellarum retractaretur ac insuper institucio contenta rescinderetur prefactaque civitas predicta minus foret insignita seu etiam decorata. Pensato itaque seu provide cogitato per nos Plebanum superius nominatum quod si predicta impetrata ad effectum deduxissemus potuisset nobis et dicte nostre plebi de facili periculum et scandulum non modicum subinferri, cumque cuilibet presertim Altissimo famulanti congruat periculis et scandalis sinistrisque actibus et nocivis mente sedula obviare, ipsumque et sibi commissa a noxiis preservare eademque evitare solicite cupientes.

Idcirco pro bono pacis tranquillitatis et concordie conservando et pro litibus anfractibus scandalis et periculosis discriminibus totaliter amputandis ac expensarum et laborum oneribus subducendis gratis et spontanea voluntate non vi aut metu inducti aut in aliquo circumventi, nos Arnaldus Albolini Plebanus plebis predicte ex una parte et Martinus de Santa Cecilia, Berengarius Folzane (*sic*) Antonius Antolini rectores prefati et quilibet nostrum nomine sue ecclesie et pro ipsa ecclesia per nos et omnes successores nostros in dictis ecclesiis et Raymundus Arnaldi procurator et procuratorio nomine dicti Bernardi Scaraboti rectoris ecclesie santi Apolinaris predicte per ipsum Arnaldum et eius successores in ecclesia antedicta, ex parte altera, gratis et ex certa scientia nostra cum hoc publico instrumento de voluntate tamen et expresso assensu Reverendissimi in Christo Patris domini nostri fratris Petri Dei et Apostolicae Sedis gratia Archiepiscopi Turritani, et venerabilium, et discretorum Gillelmi Offray Archipresbiteri Turritani, Guantini Marongio, Francisci Marras et Nicole de Fua canonicorum Turritanorum meliorem et saniorem partem capituli facientium ad hoc more solito convocatorum ad federa atque pacta super predictis devenimus infrascripta; videlicet quod instrumentum supra insertum institucionis predictarum capellarum et omnia in eo contenta nos partes predicte et quilibet nostrum laudantes aprobantes ratificantes et confirmantes volumus et concedimus quod in suo remaneant perpetuo pleno robore efficatia et valore promitentes nos partes predicte adinvicem per stipulacionem solemnem quod predictum instrumentum et omnia in eo contenta rata semper habebimus et tenebimus ac illibate servabimus et contra ea nunquam veniemus per nos vel per aliquam interpositam personam vel personas aliqua ratione renunciantes ex pacto penitus et expresse nos partes predicte et quilibet nostrum predictorum omnibus processibus et aliis scripturis publicis autenticis et privatis habitis et factis inter nos ratione qualibet predicta ita quod nos vel alter nostrum seu successores nostri in dictis ecclesiis ipsis vel aliqua ipsarum minime valeamus nos vel nostrum alterutrum in iudicio vel extra ullatenus adiuvari; imo in omnibus et per omnia sint irrite casse et inanes et viribus careant totaliter ac momento. Propterea convenimus et promitimus nos dictus plebanus per nos et successores nostros in dicta plebe vobis dictis rectoribus et Raymundo Arnaldi procuratori prefato et cuilibet nostrum et successoribus vestris dictorum

rectorum et Bernardi Scaraboti predicti absentis quod contra contenta instrumento supra inserto nec contra capellas predictas vel aliqua earumdem aut contra capellas predictas vela liqua earumdem aut contra possessiones earum nos vel successores nostri unquam impetrabimus vel impetrari faciemus per nos vel per aliquam interpositam personam aut personas a domino Papa nec a domino Legato, qui nunc sunt vel pro tempore fuerint vel ab aliqua alia persona aliqua contra predicta vel eorum aliquod impetrare possemus et si forte aliqua contra predicta per nos vel per alium nostro nomine estiterint in posterum impetrata, quod ipsa nobis vel successoribus nostris in dicta plebe prodesse minime valeant ac vobis seu vestris ecclesiis antedictis vel alicui earum obesse nec questio possit per nos successores nostros vobis vel successoribus vestris seu alicui vestrum super predictis de cetero suscitari nec contra vos vel aliquem vestrum aut successorum vestrorum super hiis que contra predicta impetrata sunt vel admodo fuerint nos vel successores nostri audiri volumus per Beatissimum Papam vel Dominum Legatum qui nunc est vel pro tempore fuerit, seu quemcumque alium primatem, qui in futurum per nos in dicta plebe adiri possunt. Imo super hiis nobis et successoribus nostris ex pacto inter vos et quemlibet vestrum pro vobis et successoribus vestris ac nos pro nobis et ipsis successoribus nostris inito imponimus silentium sempiternum renuntiantes ex pacto vobis similiter penitus et expresse quibuscumque rescriptis privilegiis cartis litteris ac aliis scripturis publicis autenticis seu privatis papalibus domini Legati et quorumcumque aliorum qualitercumque repugnantibus a predicta vel aliquid earumdem impetratis per nos et per predecessores nostros vel aliquem eorum necessario per nos vel successores nostros in futurum aliquatenus impetrandis.

Retinemus tamen nobis et successoribus nostris in dicta plebe et ipsi plebi et specialiter reservamus ac predicta omnia et singula facimus convenimus et promitimus sub tali pacto et conditione quod vos prenominati rectores presentes et dictus Bernardus Scaraboti nunc absens et vestri successores et ipsius Bernardi in ecclesiis antedictis et quilibet vestrum pro sua ecclesia, et nomine ipsius teneamini nobis vel dicte nostre plebi et successoribus nostris in eadem dare et solvere annis singulis in festo Santi Nicolai ob eius reverentiam et honorem duodecim libras cere bone et bonis receptibus ad pondus seu libram nunc in dicta civitate Saceris discurrentem. Teneamini insuper ex pacto predicto vos et quilibet vestrum ac vestri successores in ecclesiis antedictis quolibet anno in dicto festo Santi Nicolai ob decus et reverentiam eiusdem temporibus vesperis et santissime misse que eius honori et devotioni celebrabitur die venerandi festi ipsius absque requisitione aliqua presentialiter interesse. Teneamini nihilominus vos omnes predicti rectores presentes et dictus Bernardus Scaraboti rector prefate ecclesie sancti Apolinaris nunc absens et successores vestri et ipsius ac quilibet vestrum si requisiti fueritis presentialiter interesse annuatim processionibus litaniarum et ob sante Matris Ecclesie solemnitatem faciendam in civitate predicta. Ceterum nobis et successoribus nostris ac dicte nostre plebi expresse et ex pacto inter nos et vos Antonium Antolini rectorem predictum inito retinentes quod non obstante aprobatione confirmatione et ratificatione instrumenti supra inserti per nos facta dictus *Hortus* quod in ipso instrumento *vinea* cōnominatur cum omnibus suis iuribus et pertinentiis sint et remaneant dicte nostre plebi perpetuo. Ita quodamodo ipsum dicta nostra plebs vel nos et nostri successores teneamus pro nostro proprio seu ipsius plebis possideamus habeamus et expletemus pacifice ac quiete absque scilicet contraditione et molestatione ac inquietatione vestri et successorum vestrorum et alterius cuiuscumque, nec valeat pro ipso horto seu ratione eiusdem quoad nos vel successores nostros in dicta plebe nec quoad ipsam plebem

per vos vel per successores vestros questio aliqua admoveri. Imo ex pacto predicto ius in predicto *horto* et ipsius pertinentiis atque iuribus sit nobis et dicte nostre plebi totaliter acquisitum. Et vobis si quid in eo vigore dicti instrumenti suprainserti habeatis vel habetis amissum totaliter quod ius aliquod super eo vel eius parte valeatis de cetero minime allegare. Cumque in iure sit cautum quod quivis iuri et comodo privilegiorum et instrumentorum suorum non videatur renunciare preterquam si eadem restituat; idcirco in signum renunciationis omnium per nos vel predecessores nostros qui predictas capellas qualicumque modo impetratorum ac per nos et successores nostros impetrandorum restituimus vobis dictis rectoribus presentibus pro vobis et vestris successoribus respective et vobis predicto procuratori prefati Bernardi Scaraboti nomine procuratorio eiusdem Bernardi septem cartas seu instrumenta pro dicto negotio facientia quocumque volueritis laceranda: Videlicet quoddam exemplum cuiusdam definitive sentencie late per dominum Marinum de Fiamasmis archidiaconum majorum causarum curie papalis auditorem quoad capellas predictas et rectores earum tunc temporis existentes ex commissione ipsi domino Marino facta super negotio quovis, quod ratione predicta tunc ducebatur inter honorabilem virum quondam plebanum plebis predicte ex una parte et reverendissimum in Christo patrem dominum Thedisium archiepiscopum Turritanum memorie recollende et predictos tunc quondam rectores ex altera, quod quidem exemplum incipit. *In nomine Domini amen. Hoc est exemplum cujusdam definitive sententie a me notario infrascripto vise et lete: cuius thenor sequitur de verbo ad verbum in hunc modum. In Christi nomine amen, Dum coram reverendo patre et domino domino Neapolone Santi Adriani diacono cardinali Apostolice Sedis Legato* (5). Et finit: *et quod supra est signatum in decima septima linea* seu Presbyteri *manu propria scripsi quia per errorem omisi*. Item restituimus vobis quandam cartam *pergameneam* (sic) quodam pendenti sigillo cere rubre sigillatam in se continentem quandam sententiam latam contra capellas predictas et eius tunc rectores incipientem. *Bernardus miseratione divina Ostiensi et Valterrensis episcopus Apostolice Sedis Legatus venerabilibus in Christo patribus Dei gratia Bisarchensis Bosanensis et Empuriensis episcopis salutem in Domino etc.* et finientem: *Datum Bononie quarto kalendas iunii pontificatus sanctissimi Patris nostri domini Ioannis Pape vigesimi secundi anno decimo septimo*.

Item quoddam rescriptum papale seu confirmatorium predicte sententie late per dominum Marinum de Filmamis (6), et incipit*: Clemens Episcopus servus servorum Dei dilecto filio Bartholomeo plebano plebis Santi Nicolai de Sassaro Turritane decesis salutem et apostolicam benedictionem*; et finit: *Datum Pitavii septimo kalendas februarii pontificatus nostri anno tertio*. Item quamdam cartam quodam pendenti sigillo munitam que incipit: *Frater Guillermus miseratione divina episcopus Sante Guste* (7) Iudes (sic) *subdelegatus in negotio infrascripto etc*. et finit: *et ego Thomasius quondam Gabrielis de Versellis clericus Cremonensis imperiali auctoritate notarius praedictis omnibus una cum predictis testibus interfui et de mandato licentia ac consensu prefati domini episcopi scripsi et fideliter publicavi meoque solito sigillo signavi rogatus*. Item quoddam instrumentum publicum duobus sigillis *apenditis* (sic) sigillatum incipiens: *Bernardus miseratione divina Episcopus Bisarchiensis et frater Iacobus Dei et Apostolice Sedis gratia Episcopus Empuriensis executores ad infrascripta etc*. et clausum per Laurentium de Turrim notarium publicum per totum Sardinie et Corsice regnum cuius clausura et subscripto finit: *ita quod Maria*. Item quoddam aliud publicum instrumentum quod incipit: *Noverint universi, quod die lune que intitulabatur quinto decimo kalendas madii*

anno Domini trecentesimo trigesimo quarto, et est clausum per dictum notarium, cuius clausura finit: *qui predictis interfuit et ea scripsit et clausit*.

Item quoddam aliud publicum instrumentum quod in se unum continet pergamenum, et unum frustum cum eo consutum quodque incipit: *Noverint universi quod die Martis intitulata tertio nonas octobris anno Domini millesimo trecentesimo trigesimo tertio*, et est clausum per dictum Laurentium de Turrim notarium cuius subscriptio seu clausura finit: *et in linea ultima ubi reperitur et ponitur*. Volentes et consentientes quod predicte carte seu instrumenta et alie quecumque scripture tam publice quam private imminentes vel in futurum poterunt imminere quod pro negotio dicto seu contra instrumentum supra insertum ac secus constitucionem capellarum predictarum facte videantur sint casse irrite et inanes et nullius efficatie seu momenti. Nosque igitur Martinus de Santa Cecilia Belengarius Forzani et Antonius Antolini rectores Ecclesiarum predictarum presentes nec non ego dictus Raymundus Arnaldi procurator predictus et nomine procuratorio predicti Bernardi Scaraboti rectoris Ecclesie Santi Appolinaris predicte absentis laudantes et aprobantes omnes conditiones et retenciones superius per vos dictum Dominum Plebanum retentas et abiectas et omnia alia et singula supradicta, et eidem expresse consentientes promitimus vobis dicto Domino Plebano et successoribus vestris quod nos dicti rectores presentes et quilibet nostrum et nostri successores in dictis Ecclesiis et dictus Bernardus Scaraboti absens et sui successores complebimus et complebunt eadem omnia inconcusse prout superius sunt expressa conditione *horti* predicti seu retentione ac omnia ipsa tangentia et dependentia ex eodem quoad nos predictum Martinum de Santa Cecilia et Berengarium Folzani et nostros successores, nec non quoad me dictum Raymundum Arnaldi nomine procuratorio quo supra et dictum Bernardum Scaraboti et eius successores excepta penitus et propulsa quibus minime teneamur vel simus aliquatenus obligati. Et pro predictis omnibus et singulis atendendis sic firmiter et complendis tam nos predictus Plebanus quam nos predicti rectores presentes et dictus Raymundus Arnaldi procurator predicto nomine et quilibet nostrum obligamus vobis altera pars alteri omnia bona Ecclesiarum predictarum scilicet quilibet nostrum plebani et rectorum predictorum bona sue Ecclesie et ego dictus Raymundus Arnaldi nomine quo supra bona Ecclesiae Santi Appolinaris predicte mobilia et immobilia ubique habita et habenda. Ego insuper Antonius Antolini rector Ecclesiae Santi Xisti predicte laudans nihilominus et aprobans specialiter et expresse gratis et spontanea voluntate condiciones et retenciones per vos dictum Dominum Plebanum superius retentas tangentes *hortum* predictum et eisdem expresse consentientes promitto vobis et successoribus vestris in dicta Plebe quod ipsum *hortum* vel partem ipsius nunquam ego nec mei successores a vobis petemus in iudicio vel extra jndicium aut questionem aliquam adversum vos seu dictam Plebem nec contra vos causam inde habentes suscitabimus nec vobiscum causabimus super eo vel parte eiusdem. Imo volo et concedo et pacto inter vos et me inito supra dictos quod ipsum *hortum* cum omnibus suis iuribus et pertinentiis admodo habeatis teneatis et possideatis perpetuo pro vestro proprio et tanquam vestrum proprium et dicte Plebi Santi Nicolai pacifice et quiete. Itaque si quid iuris ego habeam vel habeo et Ecclesia mea predicta in eodem sit mihi et dicte mee Ecclesie omnimodo amissum et vobis et dicte vestre Plebi et vestris successoribus adquisitum quam ipsi iuri si quod in eo habeo vel mihi pertinet et dicte mee Ecclesie nenuncio bono animo.

Hec autem omnia et singula convenimus promitimus et paciscimur nos partes predicte, scilicet nos dictus Plebanus per nos et successores nostros, et nos rectores predicti et

quilibet nostrum et omnes successores nostri in dicti Ecclesiis, et ego dictus procurator nomine quo supra vobis dicto Domino Plebano et successoribus vestris in dicta Plebe in posse notarii infrascripti stipulantis legitime et recipientis pro nobis et quilibet nostrum ab omnibus illis quorum interest intererit et poterit interesse. Quod est actum Sassari sexto idus octobris anno Domini millesimo trecentesimo trigesimo sexto. Signum † Arnaldi Arbolini Plebani Plebis Santi Nicolai de Sassaro supradicte – Sig†num Martini de Santa Cecilia Rectoris Ecclesie Santi Donati prefate – Sig†num Raymundi Arnaldi procuratoris dicti Bernardi Scaraboti Rectoris Ecclesie Santi Appolinaris predicte. Praedictorum quidem expresso assensu et voluntate dicti Domini Archiepiscopi et Canonicorum prenominatorum hoc concedimus et firmamus – Sig†num nostri Fratris Petri Dei gratia Archiepiscopi Turritani authoritatem et nostrum decretum predictis interponentis – Sig†num Guillermi Fray (8) Archipresbyteri Turritani – Sig†num Guantini de Marongio – Sig†num Francisci Marras – Sig†num Nicole de Fra Canonicorum Turritanorum predictorum, qui haec laudamus, aprobamus concedimus et firmamus.

NOTE

(1) È copia dell'*originale* membranaceo, come si rileva dall'annotazione che la precede, la quale è la seguente: *Hoc est translatum bene et fideliter in civitate Saceris hujusmodi Sardinee regni, sumptum a quodam publico instrumento in pergameno scripto, sano et integro ab omni vitio et suspicione, ut prima facie apparebat, carenti, thenoris sequentis. In nomine Domini Amen. Hoc est exemplum cujusdam privilegii seu instrumenti publici cum signo precedente scripti manu olim bone memorie infrascripti notarii Petri regia auctoritate etc. cujus tenor privilegii per omnia tale est. In Christi nomine et ejus gratia etc*.

(2) Abbreviatura di Sassaro.

(3) Legg. *Berengarius*.

(4) Ved. sopr. Diplomi e Carte del Sec. XIII. Cart. Num. CXIV. Pag. 393.

(5) Lo stesso cardinale Napoleone, del quale riportammo più sopra (Num. XIV. pag. 663) una lettera in data 23 maggio 1323 al re D. Giacomo II di Aragona sopra affari pubblici di Sardegna.

(6) Poco avanti è scritto *Fiamamis*.

(7) Legg. *Iuste*.

(8) *Fray*. Più sopra è scritto *Offray*.

LI

Il re di Aragona Don Pietro IV conferisce il titolo e la dignità di Conte di Goceano (de Guciano) *a Mariano di Arborea, in ricompensa della sua fedeltà, e dei grandi servigi resi da lui, e dal suo padre Ugone III alla causa aragonese nel conquisto della Sardegna*.

(1339, 11 settembre).

Dal Reg. Archiv. di Barcellona, *Registr*. Sardiniae, *ab ann*. MCCCXXXVII *ad* MCCCXXXIX. fol. 384.

Pateat universis, praesentis cartae nostrae seriem inspecturis: quod nos Petrus Dei gratia, rex Aragonum, Valentiae, Sardiniae et Corsicae, Comesque Barchinone. Debita consideratione pensantes, quod nedum illos tenetur regalis benignitas specialium gratiarum favoribus extollere, ac liberaliter decorare quos apud Nos, et praedecessores nostros, fidelitatis probata constantia benemeritos efficit, et devotionis ferventis sinceritas, et continuata grandia obsequia bene praestita habiles ad haec insinuant obtinenda et iileneos representant; verum etiam suam progeniem, atque posteritatem longaebam illorum respectu prosequi regiis praemiis obligatur. Considerantes igitur placida atque grandia quam plurimum servitia regiae domui nostrae per egregium virum Ugonem, quondam Vicecomitem de Basso, Iudicem Arboreae, impensa fideliter, et devote, et quae etiam vos nobilis, et dilectus noster Marianus de Arborea (1) eius filius nobis prompta devotione exhibere continuis actibus non cessatis; ea propter ad supplicationem pro parte vestri dicti nobilis, nobis exhibitum, volentes statum vestrum, et successorum vestrorum in perpetuum extollere, et honorifico titulo insignire; thenore praesentis cartae nostrae, sive privilegii, gratis, et ex certa scientia ac consulte, per Nos et successores nostros perpetuo de nostrae plenitudine potestatis, vos dictum nobilem Marianum, ad titulum et dignitatem comitalem extollimus, ipsoque favorabiliter decoramus. Volentes, et concedentes vobis, quod de caetero vos, et omnes haeredes universales vestri, sitis, et intitulemini Comites de Guciano, et omnibus, et singulis utamini, et gaudeatis, quae ad titulum seu dignitatem comitalem competere dignoscuntur. Mandamus igitur per praesens privilegium nostrum Gubernatori nostro Sardiniae et Corsicae regni, caeterisque officialibus, et subditis, tam in ipso regno, quam alibi constitutis, praesentibus et futuris, ac Locatenentibus eorumdem, quod vos dictum nobilem Marianum, et haeredes universales vestros in comitatu Guciani jam dicto, pro comitibus de Gociano habeant, et teneant, vosque, et illos ipso titulo nominent, praesentemque concessionem nostram teneant perpetuo inviolabiliter, et observent, et non contraveniant, nec aliquem contravenire permittant, aliqua ratione. In quorum testimonium praesens privilegium nostrum inde fieri jussimus, sigilli bullae nostrae plumbeae munimine insignimus. Datum Barchinonae IIJ. Idus septembris, anno Domini millesimo CCCXXXIX.

Signum Petri, Dei Gratia, Regis Aragonum, Valentiae, Sardiniae, et Corsicae, Comitisque Barchinonae.

Testes sunt, Inclitus Infans Petrus, Riparcutiae, et Impuriarum comes, Inclitus Infans Raymundus Berengarii, Comitis Montanearum de Prades, Frater Franciscus Barchinonensis Episcopus, Atho de Montechateno, Bernardus Vicecomes Caprariae.

C.ª Bernardus de Podio, mandato Regio facto per Dominum Infantem Petrum, cui fuit lecta.

Fuit clausum per Bernardum de Podio: scriptorem.

NOTE

(1) È lo stesso, che poi regnò in Arborea col nome di Mariano IV. per successione al di lui fratello primogenito Pietro III, il quale morì nel 1346 senza discendenza (Ved. Tola, *Dizion. Biogr. dei Sardi Ill*. Vol. II. pag. 228. fin. 231).

LII

Giovanni Burdonese, cittadino, e ambasciatore del Comune di Pisa, chiede a Pietro III. visconte di Basso, e giudice di Arborea, che a forma della delegazione a lui fatta dal re di Aragona nel 1338 *pronunci, e decida sopra le occupazioni fatte da alcuni sardi e catalani di parecchie terre e castella spettanti al detto Comune di Pisa. Risposta del mentovato giudice di Arborea, che ricusa l'incarico affidatogli, e dichiara di non volersi intromettere in tali questioni, e pronunciarvi giudizio*.

(1340, 10 maggio).

Dall'I. R. Archivio delle Riformagioni di Firenze, Classe XI. Atti Pubblici, Distinzione 3.a, Tom. 23, Docum. N.° 25. (1)

In Dei nomine eiusque gratia Amen. Ex hoc publico instrumento omnibus pateat evidenter, quod dominus Iohannes Burdonensis iuris peritus, civis pisanus, sindicus et procurator pisarum communis ut patet per cartam inde rogatam et firmatam a Michele filio quondam riddiani de Cassano Dominice incarnationis millesimo trecentesimo tricesimo nono inditione septima decimo kalendas novembris, secundum cursum pisanorum, a me Iuliano notario infrascripto visam et lectam, sindicatus et procuratorio nomine pro dicto Communi, existens in presentia magnifici et potentis domini domini Petri *Vicarii* (2) de Basso Dei gratia iudicis Arboree, cum eius reverentia dicit et proponit quod illustrissimus Princeps dominus Petrus dei gratia rex Aragone, Valentie, Sardinie, et Corsice comesque Barchinone, eidem supradicto domino Petro iudici Arboree cum reformatoribus insule Sardinie deputatis vel etiam deputandis tempore datarum infrascriptarum licterarum delegavit omnes questiones quas commune pisanum habet seu habere sperat et sperabat tempore datarum infrascriptarum licterarum contra ser Duodum Soldani Burgensem Ville Ecclesie, magistrum Arnaldum Meneschal dominum ville Musey, Guillelmum Darques Catelanum habitatorem Sassari, et Bernardum de Valle Catelanum sicut apparet per licteras illustrissimi principis supradicti domini Petri regis predicti, quarum tenor infra describitur, videlicet Petrus Dei gratia Rex Aragone, Valentie, Sardinee, et Corsice, Comesque Barchinone egregio viro Petro *Vicario* (3) de Basso iudici Arboree, nec non dilectis nostris reformatoribus insule Sardinee per nos nunc deputatis vel etiam deputandis salutem et dilectionem: pro parte nobis devoti et fidelis Pisarum Communis fuit nobis demonstratum graviter conquerendo quod gravamina infrascripta fuerunt per offitiales nostros in dicta insula dicto Communi et eius offitialibus in eadem illata contra ius et conventiones pacis inite inter illustrissimos dominos Reges Iacobum avum et Alfonsum genitorem nostros eximie recordationis ex una parte, et dictum Commune ex altera, videlicet quod offitiales nostri dederunt Duodo Soldani burgensi ville Ecclesia in solutum certe pecunie quantitatis quam dictus Duodus asseruit sibi deberi per dictum Commune quandam villam vocatam *Palus de vigna* (4) sitam in dicta insula in curatoria de Tregenda et de Guippi (5) et in eiusdem ville ipsum Duodum in possessionem plenariam induxerit; Insuper magister Arnaldus Menescal cuius est villa supradicta Musey (6) fecit condempnari quosdam homines ville Guippi *iuso qui* dicti Communis esse dicitur in ducentis libris Alfonsinorum Minutorum, eo quia ipsi homines ut dictus magister Arnaldus asserit occiderant infra confines dicte sue ville Musey boves in certo numero, cuius condempnationis occasione

Gubernator nunc generalis dicte insule mandavit offitiali qui tunc erat dicti communis pisarum in dicta insula ut compelleret dictos condempnatos ad solvendum dicto magistro Arnaldo quantitatem pecunie supradictam, et quoniam dictus offitialis Communis Pisarum id non fecit cum non posset vel deberet id facere eo quia dicti condempnati sint vagabundi nichil habentes in bonis precepit dictus Gubernator hominibus universitatis dicte ville *Guippi iuso* (7) ut pecunie summam predictam exsolverent magistro Arnaldo memorato, pro cuius quidem quantitatis pecunie predicte condempnatione idem Gubernator fecit et sequestrari mandavit redditus villarum quas dictum Commune habet in dicta insula usque in dictam quantitatem ducentarum librarum; subsequenter conqueritur dictum Commune quod Guillelmus Darques catelanus habitator Sassari petit ab eodem communi magnas pecunie quantitates et rerum quas dictus Guillelmus asserit sibi fuisse disraubatas de quadam cocha tunc existente in portu pisarum cuius disraubationis occasione dictus Guillelmus sententiam ut asserit obtinuit, intendens pretestu dicte sententie de bonis dicti communis usque ad concurrentem quantitatem sibi ut dicitur debitam occasione predicta habere licentiam pignorandi, capiendi, et ea totaliter distrahendi quousque eidem Guillelmo fuerit integre satisfactum. Preterea intelleximus pro parte dicti communis quod alique possessiones civium pisarum situate in dicta insula sunt occupate per Aragonenses et Catelanos quas ad se asserunt pertinere, que etiam superius dicta dicuntur fieri indebite et iniuste et in maximum gravamen dicti communis et preiuditium manifestum totaliter redundare; Ob quam rem supplicatum nobis fuit ut supra hiis dignaremur de iustitie remedio providere, qua supplicatione benigne admissa attendens quod iustitia est constans et perpetua voluntas unicuique ius suum attribuens, et cuiuslibet principis interest eam unicuique observare et facere observari, volumus vobisque dicimus et mandamus, quatenus vocatis evocandis iam dicta gravamina audiatis, et supra eis faciatis et decernatis quod de iure et ratione fuerit facere, sic quod parti gravate minus debite in predictis exhibeatis debitum ac expeditum iustitie complementum; Procedendo in predictis breviter, summarie et de plano sola facti veritate attenta, iuditiariis strepitu et figura penitus quiescentibus, ac malitiis et diffugiis quibuslibet resecatis; Nos enim commictimus vobis super predictis omnibus et singulis sub forma predicta plenarie vices nostras. Datum Cesarauguste nonis augusti anno Domini millesimo trecentesimo tricesimo octavo, Ex auctoritate Regia. Et Petrus (8) dei gratia Rex Aragone, Valentie, Sardinie, Corsice, Comesque Barchinone egregio viro Petro *Vicario* (9) de Basso iudici Arboree, nec non dilectis nostris reformatoribus insule Sardinee per nos nunc deputatis vel etiam deputandis salutem et dilectionem. Insinuatione querula pro parte nobis devoti et fidelis communis Pisarum nobis exibita percepimus quod Bertrandus de Valle asserens esse suum et ad eum pertinere quendam saltum positum ut dictus Bertrandus dicit infra confines ville sue *decismanti* (10) site in curatoria de Nuramini qui saltus esse dicitur infra confines villarum quas dictum Commune habet in dicta insula et quem prefatum commune pacifice possedisse dicitur a tempore pacis inite inter excellentissimos dominos Reges Iacobum avum et Alfonsum recordationis inclite genitores nostros ex una parte, et dictum Commune ex altera cita, fecit citare Vicarium dicti Communis quem ibi tenet et homines dictarum villarum seu ipsorum procuratorem, et contestata lite per eos super premissis dictus Bertrandus obtinuit duas diffinitivas sententias quarum prima fuit lata per Arnaldum de Torrente iuris peritum assesorem gubernatoris generalis regni nostri Sardinee, et altera per Bernardum de Sancto Martino iurisperitum Castri Callari, a qua quidem ultima sententia fuit ut fertur per quendam qui dicebat se procuratorem dicti Vicarii ad nostram excellentiam appellatum, cuius appellationis pretesta ad prosequendam eam quadrimestre tempus parti dicti

Communis extitit assignatum, vel quoqumque alio modo factum se habeat: cumque prenominatum Commune propter piratarum ianuensium extrinsecorum armatam que tunc in mari convalebat quamvis asserat ipsas sententias esse nullas non potuit coram nostra presentia citius comparere, non ideo quod dictum Commune ratificet vel ratificare intendat acta sive gesta cum dicto offitiali vel procuratore sed potius improbare, supplicavit nobis idem Commune ut super hiis dignaremur de remedio iustitie providere; nos igitur supplicatione ipsa admissa benigne, vobis commictimus et mandamus quatenus vocatis evocandis de predictis nullitatibus dictarum sententiarum et aliis dependentibus seu emergentibus ex eisdem cognoscatis ac super eisdem faciatis ac etiam decernatis quod de iure et ratione fuerit facere, procedendo super hiis breviter summarie et de plano, sine strepitu et figura iuditii, malitiis, et diffugiis quibuslibet pretermissis; nos enim commictimus vobis super predictis plenarie vices nostras. Datum Cesareauguste nonis augusti anno Domini millesimo trecentesimo trigesimo octavo. Ex auctoritate Regia. Quare supradictus dominus Iohannes nomine quo supra coram me Iuliano notario et testibus infrascriptis inquisivit et requisivit supradictum magnificum dominum dominum iudicem Arboree, quatenus amore supradicti illustrissimi principis domini Petri regis predicti et intuitu Pisarum Communis quod de sua iustitia multum confidit et ad suam ipsius domini iudicis reverentiam de gratia speciali supradictas commissiones de quibus in supradictis licteris et qualibet earum fit mentio, ut iudex delegatus a regia maiestate acceptare dignetur, et in eis et super eis suum ipsius domini iudicis consensum adhibere publica inde scriptura interveniente, et cum supradicti reformatores ut iudices delegati de quibus in dictis literis fit mentio ad executionem supradictarum commissionum intendere valeat, et si renuntiandum eisdem putaverit, et se de dictis questionibus intromittere nolit, suam ipsius declaret voluntatem. Actum Arestani (11) in camera palatii supradicti domini iudicis presente egregio viro domino Mariano de Arborea (12) domino *Castri Sociani et Mamille* (13), sapiente viro domino Phylippo Mameli decretorum doctore et canonico arborensi, nobili viro Bernardone de Angloria Catelano et Francisco Uta filio domini Iohannis Ute de Arestano, testibus ad hec vocatis et rogatis. Anno Dominice Incarnationis millesimo trecentesimo quadragesimo inditione septima die decimo maii: secundum cursum civitatis Arestani predicte.

In Dei nomine eiusque gratia Amen. Ex hoc publico instrumento omnibus pateat evidenter; quod in continenti eodem die, anno, indictione, et loco, et me Iuliano notario, et testibus supradictis, suprascriptus magnificus et potens dominus dominus Petrus Iudex Arboree audita et intellecta supradicta requisitione facta per supradictum dominum Iohannem Burdonensem nomine quo supra, cum idem dominus Iudex suis plurimis et variis negotiis impeditus ad supradictas commissiones intendere non possit salvo honore regio in hac parte, supradicte delegationi sibi per supradictum dominum regem facte renuntiavit, dicens et asserens quod de predictis questionibus tamquam iudex delegatus una cum supradictis reformatoribus vel alio quocumque modo se intromittere non intendit nec vult, nec de supradictis questionibus in supradictis licteris comprehensis aliquo modo cognoscere, unde supradictus dominus Iohannes nomine quo supra rogavit me notarium ut inde publicum conficere instrumentum.

Actum ut supra.

Signum mei Iuliani cuondam Petri Capulae de Arestano filii, regia auctoritate notarii, qui predictis omnibus interfui, et predictas cartas a me rogatas rogatus scribere scripsi et in

formam publicam hanc redegi, cum aliquali rasura non vitio sed errore facta in ultima linea prime carte ubi dicit et legitur quadragesimo.

NOTE

(1) Trasmesso nel 1838 dal Professore Capei alla Regia Deputazione Sarda sopra gli studi di Storia Patria.

(2) *Vicarii*; errore dell'amanuense. Deve leggersi *Vicecomitis*, perché qui si parla indubitatamente di Pietro III. *Visconte di Basso, e giudice di Arborea*. (Ved. Tola, *Dizion. Biogr. degli Uom. Ill. di Sardegna*, Vol. III. pag. 67. 68.).

(3) *Vicario*. Legg. *Vicecomitii*.

(4) L'*oppidum* Pavi-de-Vinea ricordato dal Fara (*De Reb. Sard*. Lib. III. pag. 298).

(5) Guippi, ossia la regione di Parte-Hippis.

(6) Nella stessa suddetta regione di Parte-Hippis.

(7) Cioè il villaggio ora distrutto di Ippis inferioris, di cui il Fara, *Corograph. Sard*. Lib. II. pag. 83.

(8) D. Pietro IV re di Aragona, detto il *Cerimonioso*.

(9) *Vicario*. Leg. *Vicecomiti*.

(10) *Decismanti*. Probabilmente la lezione è errata, e deve dire *Partismontis*, o *Partemontis*, villaggio ora distrutto nella Curatoria di *Nuraminis*.

(11) *Arestai*; abbreviatura di *Arestani*; cioè l'odierna città di Oristano. E *Arestani* è parola corrotta, derivata dalla latina *Auristagnum*.

(12) Fratello di Pietro III. di Arborea, che poi gli succedette nel giudicato. Ved. Tola, *Dizion. Biogr. dei Sardi Ill*., Vol. II, pag. 228 fin. a pag. 234, e Vol. III. pag. 68.

(13) Cioè, *Signore delle castella di Goceano e di Marmilla*. Ed è sbagliata la lezione *Sociani et Marmille*: la quale deve dire *Gociani et Marmille*.

LIII

Le repubbliche di Genova, e di Pisa, per mezzo dei loro procuratori Corrado di Credenza, e Michele Lante di Vico, prorogano la tregua di anni venticinque stabilita e conchiusa nel 31 luglio 1299 *(*1330 stil. pis.*); cassano i capitoli di detta tregua, i quali aveano già avuto la loro esecuzione; stringono lega offensiva e difensiva per due anni, dopo spirato il termine della tregua medesima; e devengono a convenzioni speciali riguardo al modo di rifare i danni, cancellare i bandi, i processi, i lodi, e le rappresaglie, di trattare i ribelli, e di riservare i debiti privati, con soddisfazione reciproca, e pel rassodamento della pace*.

(1341, [1342, stil. pis.], 24 giugno).

Dai Regii Archivi di Torino, *Docum. Genov*. Serie 3.ª Mazz. 5. Trattati, Num. XIV.

In nomine Dei. Amen. Ad honorem et gloriam omnipotentis Dei gloriose Virginis Marie, omniumque Sanctorum et Sanctarum Dei, et ad laudem et reverentiam Sacro Sancte Romane Ecclesie, et ad reverentiam et exaltationem Sacri Romani Imperij, et ad exaltationem bonum et tranquilium statum infrascriptorum communium Ianue et Pisarum et universitatum et singularium personarum omnium eorumdem. Discretus vir Conradus de Credentia civis Ianue, notarius et cancellarius, syndicus actor et procurator ad hec et alia magnifici visi domini Symonis Boccanigre Dei gracia Ducis Ianuensis et populi difensoris et ipsius communis Ianue, ut de ipso syndicatu et procuratione constat per publicum instrumentum rogatum et scriptum per Francischum Paonensem de Corvaria notarium et cancellarium dicti Comunis Ianue, anno Dominice nativitatis millesimo tercentesimo quadragesimo primo, indicione octava secundum ritum et usum civitatis Ianue die ultima maij circa vesperas, syndicario actorio et procuratorio nomine pro ipso domino Duce et Communi Ianue ex una parte.

Et discretus vir Michael Lantis de Vico civis pisanus notarius cancellarius dominorum antianorum pisani populi syndicus et procurator ad hec et alia communis pisani, ut de ipso sindicatu et procuratione constat per publicum instrumentum rogatum et scriptum per Nicolaum Balbanensem de Pisis notarium scribam publicum cancellarie pisani communis, anno Dominice incarnationis millesimo tercentesimo quatragesimo secundo indictione nona secundum ritum et usum civitatis pisane nono kalendas iulij syndicario et procuratorio nomine pro dicto communi pisano ex parte altera.

Attendentes tractatum dudum habitum inter ipsum dominum Ducem et eius consilium pro ipso communi Ianue ex una parte, et discretum virum Iacobum de Agnello civem Pisarum nuntium et ambaxiatorem communis pisani in civitate Ianue pro ipso communi pisano ex altera. Et postea successive inter ipsum commune pisanum sive dominos antianos pisani populi, et sapientes super hijs deputatos pro ipso communi et suprascriptum Conradum nuncium et cancellarium et syndicum dicti domini Ducis et communis Ianue in civitate pisana pro ipso domino Duce et communi civitatis Ianue. Et volentes dictos tractatus adimplere et ad effectum deducere tamquam utiles ad statum et honorem dicti domini Ducis et ipsorum communium Ianue et Pisarum, et qui cedunt et dante domino cedere videntur et sperantur ad bonum et pacificum statum dictorum communium et eorum civium et

mercatorum, et specialiter illorum civium dictorum communium qui se asserunt, et asserebant dannificatos fuisse hinc inde per communia curias stipendiarios officiales et singulares personas ipsarum civitatum Ianue et Pisarum et districtus earundem. Et pensatis in predictis et infrascriptis utilitatibus favoribus commodis et honoribus qui et que ex pacifica et secura conversastione utriusque dictorum communium occurrere possunt, et posse videntur et verisimiliter sperantur ipsis communitatibus et earum cuilibet ex causis predictis, et omni iure modo et via quibus melius possunt, hoc publico instrumento devenerunt ad infrascriptas treuguam, ligam, unionem, fraternitatem et confederationem, pacta, conventiones, remissiones, liberationes, et alia de quibus et prout infra dicetur.

I. Videlicet quod dicti Syndici dictis nominibus prorogaverunt et prorogant treuguam dudum initam et factam inter dicta communia Ianue et Pisarum, et de qua apparet plenius per publicum instrumentum de ipsa et super ipsa treugua factum rogatum et scriptum per Iohannem filium quondam Moriconis notarium de Astiano, et Bartholomeum Pedebo notarium in anno Domini millesimo trecentesimo indictione duodecima pridie kallendas augusti secundum cursum et consuetudinem Pisarum (1) hinc ad annos viginti quinque proxime venturos et per totum dictum tempus. Si, et in quantum dicta treugua durat. Et si non duraret, fecerunt et inierunt et faciunt et iniunt de novo treuguam et inducias usque ad dictum tempus viginti quinque annorum proxime futurorum et per totum dictum tempus cum adiectione duorum annorum post finitum tempus dicte prorogationis seu factionis de novo dicte treugue de contrabando sive contramando quod tempus contrabandi sive contramandi annorum duorum semper duret et durare intelligatur, quousque per alterum dictorum communium alteri denunciatum fuerit tempus dicti contrabandi sive contramandi.

II. Et que treugua fit de novo sive prorogatur per dictos Syndicos pro dictis communibus modo et forma, quibus supradicta prima treugua facta fuit, exceptis hijs que de sui natura, vel secundum naturam seu qualitatem negocij non possunt in hanc treuguam prorogatam seu de novo factam venire. Et exceptis etiam hiis que ex ipsa treugua jam adimpleta et facta fuerunt inter que exceptata sunt infrascripta capitula dicte treugue.

«Videlicet capitulum de cedendo communi Ianue iura competentia communi pisano in villa *de* Sassari et eius pertinentiis etc. – Quod incipit. *Item predicti Sindici dicti communis pisani nomine et pro parte dicti communis pisani ex causis predictis cedunt et mandant predicto Syndico communis Ianue recipere nomine et pro parte communis Ianue et in eum dicto nomine transferunt omnes actiones* etc. Et finit. *Et nullo unquam tempore contrafaciet vel veniet de iure vel de facto per se vel submissam personam* (2)».

«Et aliud capitulum de banniendo et forestando iudicem de Cinercha et eius uxorem filios et filias et uxores filiorum etc. Quod incipit. *Item predicti Sindici communis pisani, nomine et pro parte pisani communis, promittunt et se obligant dicto syndico communis Ianue nomine et pro parte ipsius communis Ianue ex pacto solenniter habito in predictis inter ipsos syndicos dictis nominibus, quod commune Pisarum banniet et banniri faciet forestabit et forestari faciet iudicem de Cinercha* etc. et finit sic. *donec fuerint inobedientes communis Ianue*».

«Et aliud capitulum de deveto faciendo terris et contra terras dicti iudicis Cinerchie. Quod incipit. *Item predicti Syndici communis pisani promittunt et se obligant dicto syndico communis Ianue nomine et pro parte dicti communis Ianue ex pacto solenni habito in*

predictis inter ipsos syndicos dictis nominibus, quod dictum comune pisanum faciet generale devetum etc. Et finis sic *quousque steterint in dicta rebellione seu contumatia*».

«Et aliud capitulum de libris centum sexaginta milibus denariorum ianuensium dandis et solvendis communi Ianue per communem pisanum quod incipit sic. *Item predicti syndici dicti communis pisani nomine et pro parte dicti communis pisani promittunt et se obligant solenniter predicto syndico communis Ianue nomine et pro parte dicti communis Ianue, ex pacto solenni habito in predictis inter ipsos syndicos dicti nominibus dare et solvere dicto nomine, et quod dictum commune pisanum dabit et solvet seu dari et solvi faciet communi Ianue* etc. Et finit sic. *per bonas et sufficientes societates existentes in civitate Ianue* (3)».

«Et aliud capitulum de non navigando per Pisanos ultra certa loca usque ad factam solutionem predictam. Quod incipit. *Item predicti sindici dicti communis Pisani nomine et pro parte dicti communis pisani promittunt et se obligant solenniter predicto syndico communis Ianue nomine et pro parte ipsius communis Ianue ex pacto solenni habito inter ipsos syndicos dictis nominibus facere et curare dicto nomine, et quod dictum commune Pisano faciet curabit quod aliquis Pisanus* etc. Et finit sic, *vel o quod restaret ad solvendum de tota dicta quantitate pecunie* (4)».

«Et aliud capitulum de carceratis a communi pisano relaxandis, quod incipit sic. *Item predicti sindici dicti communis pisani et pro parte dicti communis promittunt et se obligant solenniter predicto sindico comunis Ianue nomine et pro parte dicti communis Ianue ex pacto solenni habito in predictis; inter ipsos syndicos dictis nominibus, quod commune Pisarum relaxabit* etc. Et finit sic. *Post iuratam presentem treuguam usque ad mensem unum proximum* (5)».

«Et aliud capitulum de recipiendo per commune pisanum ad sua mandata, omnes Pisanos guelfos etc. Quod incipit sic. *Item predicti syndici dicti communis pisani nomine et pro parte dicti communis pisani promittunt et se obligant solenniter dicto sindico comunis Ianue nomine et pro parte dicti comunis Ianue ex pacto solenni habito in predictis inter ipsos syndicos dictis nominibus, et Iohanni filio quondam Moriconis de Asciano et Bartholomeo Pedebo notariis stipulantibus et recipientibus nomine et vice omnium quorum interest vel interesse poterit, quod ipsum commune pisano recipiet ad mandata sua omnes Pisanos guelfos* etc. Et finit sic. *Non intelligatur Guelfuctius quondam Enrici de Donoratico*».

«Et aliud capitulum de certa pecunie quantitate solvenda per commune pisanum pro emenda et satisfactione certorum dannorum quibusdam Ianuensibus illatorum, quod incipit sic. *Item predicti Syndici dicti communis pisani, nomine et pro parte dicti communis pisani promittunt et se obligant solenniter dicto syndico communis Ianue nomine et pro parte dicti communis Ianue et michi notario infrascripto, et Bartholomeo notario suprascritpo tanquam personis publicis stipulantibus nomine quorum interest vel interesse poterit ex pacto solenni habito super hoc, dare et solvere dicto communi Ianue seu pro communi Ianue pro emenda et satisfactione dannorum datorum per Pisanos* etc. Et finit sic. *usque in ea quantitate quam solverit ipsum commune pisanum ipsi communi Ianue, seu syndico dicti communis Ianue constituto ad hec*».

«Et aliud capitulum de stando iuri et iudicatum solvere et respondere Ianuensibus habentibus laudem etc. Quod incipit sic. *Item predicti syndici dicti communis pisani nomine et pro parte dicti communis promittunt et se obligant solenniter dicto syndico communis Ianue ex pacto solenni habito in premissis, inter ipsos syndicos dictis nominibus et mihi notario subscripto et Bartholomeo notario subscripto stipulantibus nomine et pro parte omnium quorum interest et interesse poterit quod commune Pisarum stabit iuri et iusticiam faciet* etc. Et finit sic, *et habere debeat dictus iudex seu iudices salaria seu salarium equaliter de bono utriusque communis*».

«Et aliud capitulum de carceratis a communi Ianue relaxandis quod incipit sic. *Item predictus syndicus communis Ianue nomine et pro parte dicti communis Ianue promittit et se obligat solenniter predictis syndicis dicti communis pisani ex pacto solenni habito in premissis inter ipsos syndicos dictis nominibus quod commune Ianue relaxabit et relaxari faciet* etc. Et finit sic. *Exceptis carceratis illis qui retineri debebunt pro securitate dicte pecunie solvende per commune pisanum communi Ianue ut supra* (6)».

III. Insuper dicti syndici nominibus quibus supra fecerunt inierunt et contraxerunt simul ligam societatem confederationem unionem et fraternitatem sinceram ad defensionem et tutelam supra dicti domini ducis et communis Ianue et ad defensionem et tutelam magnifici domini Comitis Raynerii, masnade et custodie pisane civitatis capitanei et communis pisani, tam in mari quam in terra, contra quascumque personas, corpora, collegia, communitates et universitates et singulares personas ipsum dominum ducem et commune Ianue, vel ipsum Comitem Raijnerium et commune pisanum offendentes vel offendere volentes, aut eorum vel alicuius eorum statum turbantes vel turbare volentes, duraturam hinc ad annos duos proxime venturos, et per ipsum tempus et ultra per tantum tempus quantum processerit de partium voluntate. Qua liga et societate durante predicta communia teneantur ad invicem se iuvare defendere manutenere contra omnes et singulos, predictos dominum Ducem et Comitem vel ipsa communia vel eorum aliquem sive aliquod offendentes vel offendere volentes aut eorum vel alicuius eorum statum turbantes vel turbare volentes, ut dictum est, et in casibus opportunis, unum ad requisitionem alterius mittere et dare sibi ad invicem eorum auxilium per terram et per mare cum galeis, militibus et peditibus armatis secundum quod opus fuerit, videlicet illud auxilium de predictis, quod commune requisitum commode et cum sua saluitate poterit. Ita quod in eius discretione sit de ipso auxilio, consideratis conditionibus tunc ei occurrentibus et loco et tempre opportunitatis alterius communis auxilium petentis, et ipsa opportunitate sive indigentia communis requirentis. Insuper dicti sindici eo modo ut dictum est aliam ligam et societatem contra piratas inter ipsa communia dudum factam durare voluerunt et eam de novo fecerunt duraturam durante liga et societate presenti, cum penis, conditionibus et aliis in ea insertis.

IIII. Insuper etiam supradicti syndici nominibus quibus supra pro dictis communibus fecerunt inter se et sibi adinvicem finem remissionem quietacionem et liberationem generalem de omnibus et singulis iniurijs offensionibus dannis guastis incendijs robarijs depredationibus furtis rapinis homicidijs et alijs dannis et offensionibus quibuscumque factis datis illatis et receptis, a tempore dicte prime treugue facte in millesimo trecentesimo citra usque hodie tam in mari quam in terra inter dicta communia vel homines vel personas de dictis communibus quocumque modo ab uno communi, sive hominibus unius communis in aliud commune seu homines vel personas aut bona hominum et personarum alterius communis, ubicumque, quandocunque, et qualitercunque, a dicto tempore prime treugue

citra, usque hodie ut dictum est. Adeo, ut si qui sunt propterea carcerati libere relaxentur. Promittentes sibi ad invicem dicti sindici dictis nominibus, de predictis vel pro predictis aut aliquo eorum, seu eorum vel alicuius eorum occasione vel causa, una pars alteram, vel altera alteram non inquietare vel molestare in iudicio vel extra ullo unquam tempore aliquo modo vel iure civiliter vel criminaliter. Et quod utrunque commune teneatur facere et curare quod per magistratus ipsorum imponatur silentium privatis personis conquerentibus vel conqueri volentibus de predictis vel aliquo predictorum aut eorum occasione vel causa civiliter vel criminaliter. Ita quod nulla privata persona coram aliquo magistratu inde ullatenus audiatur.

V. Item voluerunt ordinaverunt mandaverunt suprascripti syndici dictis nominibus adinvicem et per pactum per eos solenniter stipulatum quod omnia et singula banna, condennationes quecumque data et facte quacumque occasione guerre vel maleficij seu quasi in civitate pisana vel eius districtu per quoscumque officiales pisani communis contra dictum commune Ianue, vel eius districtum aut officiales aut contra singulares personas de civitate vel districtu Ianue dicto tempore durante dicte prime treugue citra, et omnia sequuta ex eis. Et e converso omnia et singula banna et condennationes quecumque data et facte quacumque occasione guerre vel maleficij seu quasi in civitate Ianue vel eius districtu per quoscunque officiales communis Ianue, contra dictum commune pisanum vel eius districtum aut singulares personas de ipsa civitate pisana seu districtu a tempore dicte prime treugue citra, et omnia secuta ex eis, cassentur et irritentur in totum, et ex nunc cassa et irrita sint et esse intelligantur.

VI. Et similiter omnes represallie et singule, et decreta, laudes, sive lausus et represaliarum laudum sive lausum et decretorum licentie et concessiones concesse et concessa et date in dicta civitate Ianue vel eius districtu quibuscunque civibus vel districtualibus dicti communis contra dictum commune pisanum vel eius districtum aut contra singulares personas ipsius communis vel districtus pisani quacumque occasione vel causa quandocunque usque hodie; Et omnes et singule represalie decreta lausus sive laudes, et represaliarum lausum vel laudum seu decretorum licentie et concessiones date vel concesse sive concessa in civitate pisana vel eius districtu, contra commune Ianue vel eius districtum aut singulares personas communis seu districtus Ianue, quibuscunque civibus vel districtualibus pisanis, quacunque occasione vel causa quandocunque usque hodie tollantur relaxentur cassentur et irritentur et ex nunc sublate casse et irrite sint et esse intelligantur.

Hoc sane salvo et intelecto in predictis omnibus et quolibet eorum expresse, quod nulla remissio vel liberatio facta sit vel esse intelligatur per hoc instrumentum, a communi vel pro communi pisano, aliquibus Ianuensibus de civitate Riperia seu districtu Ianue qui hodie non sunt ad obedientiam communis Ianue.

Verum si in futurum aliquis qui modo non esset ad obedientiam dicti communis veniet seu redibit ad obedientiam dicti communis, ex nunc intelligatur ipsi tali sic venienti et redeunti esse facta ipsa remissio et liberatio tanquam illis qui nunc sunt ad obedientiam dicti communis. Salvo quod si aliquis de ipsis Ianuensibus non existentibus nunc ad obedientiam dicti communis Ianue veniet et redibit od obedientiam, et postea efficeretur inobediens dicto communi Ianue, quod ipse talis effectus inobediens sit et esse intelligatur privatus beneficio dicte remissionis et liberationis tanquam si unquam non fuisset reversus ad obedientiam dicti communis. Et hoc videlicet de illis qui essent vel venirent ad obedientiam dicti

communis vel inde discederent, si inde aliqua questio esset vel dubietas oriretur, stetur et stari debeat dicto et declarationi dicti communis Ianue; et contra ipsos, qui non sunt vel essent ad obedientiam dicti communis, procedi possit per communem Pisarum et Pisanos in avere et personis prout melius poterit non obstantibus supradictis.

VII. Et versa vice nulla remissio vel liberatio facta sit vel esse intelligatur per presentem contractum a communi vel pro communi Ianue aliquibus Pisanis de civitate vel districtu Pisarum qui hodie non sunt ad obedientiam dicti communis pisani. Verum si in futurum aliquis qui modo non esset ad obedientiam dicti communis veniet vel redibit ad obedientiam dicti communis intelligatur ex nunc ipsi tali venienti et sic redeunti esse facta ipsa remissio et liberatio tanquam illis qui nunc sunt ad obedientiam dicti communis. Salvo quod si aliquis de ipsis Pisanis non existentibus nunc ad obedientiam dicti communis veniet vel redibit ad obedientiam, et postea efficeretur inobediens dicto communi Pisarum, quod ipse talis effectus inobediens sit et intelligatur privatus beneficio dicte remissionis et liberationis tanquam si unquam non fuisset reversus ad obedientiam dicti communis. Et de hoc videlicet de illis qui essent vel venirent ad obedientiam dicti communis vel inde discederent. Si inde aliqua questio esset vel dubietas oriretur, stetur et stari debeat dicto et declaracioni dicti communis Pisanorum. Et contra ipsos qui non sunt vel essent ad obedientiam dicti communis, procedi possit per commune Ianue et Ianuenses in avere et personis prout melius poterit non obstantibus supradictis.

VIII. Hoc etiam salvo et intellecto in predictis, quod in hac remissione vel liberatione non veniant nec venire intelligantur obligationes vel iura singularium personarum communium predictorum de hijs et pro hijs que unus de uno communi haberet facere cum alio de alio communi de quibus essent pacta seu scripture facta vel facte de partium voluntate, Sed remaneant viva et illesa, et de eis teneantur dicta communia conquerentibus reddere et facere ius et iusticie complementum.

VIIII. Hoc etiam salvo in predictis et intellecto, quod predictis vel aliquo predictorum non obstantibus pro satisfactione et restauratione civium et districtualium ianuensium dannificatorum, seu qui danna, predictos, raubarias violentias vel rappinas substinuissent, vel incurissent, seu incurrisse vel substinuisse dicerentur per commune homines seu districtuales Pisarum, seu per aliquos magistratus stipendiarios officiales vel singulares personas pisani communis, videlicet illorum et pro illis pecuniarum quantitatibus tantum, quos et quas dictus dominus Dux declarabit et taxabit hinc ad annum unum proxime venturum, scriptura publica inde interveniente, mitenda et exhibenda communi pisano sive antianis populi pisani pro ipso communi, predicti dannificati a die declarationis predicte et taxactionis in antea, ita quod antea solucio non incipiat, habeant et habere debeant a dicto communi pisano. Et ipsum commune eis vel legitime persone pro eis recipientibus in civitate pisarum dare et solvere seu dari et solvi facere teneatur et debeat denarios tres de summa octo denariorum per libram pisane monete que recolligantur in civitate pisana a dicto et pro communi a Ianuensibus pro cabella de rebus et mercibus et pro rebus et mercantijs eorum quas inmitunt vel immitti faciunt in civitatem pisanam.

Quam solutionem dictorum trium denariorum dictum commune pisanum dictis dannificatis declarandis ut predicitur vel legitime persone pro eis facere teneatur et debeat durante tempore presentis treugue. Et si ipso finito, non esset facta integra ipsa solucio predictorum, ultra ipsum tempus, eo temporis spacio, quod dictus dominus Dux duxerit declarandum, et

per ipsum tempus et non ultra. Quam declarationem faciat et facere possit idem dominus Dux infra menses duos proximos post predictam declarationem et taxactionem ab ipso domino Duce fiendam vel antea pro suo libito voluntatis.

Hoc salvo et intellecto quod si antea finitum dictum tempus ipsius presentis treugue et declarationis fiende per ipsum dominum Ducem, esset complecta ipsa satisfacio et restauratio, quod ea facta et complecta, dictum commune pisanum ad predictam solutionem fiendam ulterius minime teneatur. Et intelligatur legitima persona dictorum dannificatorum illi vel ille quos vel quas dictus dominus Dux sive dictum commune Ianue declarabit esse legitimam personanam vel legittimas personas pro ipsis dannificatis, ita quod ei vel eis solutione facta communi pisano liberatio inde contingat.

X. At versa vice quod pro restauratione et satisfactione civium et districtualium Pisanorum dannificatorum, seu qui danna predas vel violentias vel rappinas substinuissent vel incurrissent seu substinuisse vel incurrisse dicerentur per dictum commune, homines seu districtuales Ianue, vel officiales magistratus stipendiarios vel singulares personas ipsius communis Ianue, videlicet illorum et pro illis pecuniarum quantitatibus tantum, quos et quas anthiani pisani populi declarabunt et taxabunt hinc ad annum unum proxime venturum scriptura publica inde interveniente mitenda et exhibenda dicto domino Duci, pro ipso communi pisano, predicti dannificati habeant et percipiant et habere et percipere possint in civitate Ianue per se vel legittimam personam pro eis, a Pisanis in dictam civitatem Ianue mercantias vel res inmitentibus vel inmitti facientibus, illam cabellam sive drictum usque in denarios tres per libram que vel qui a communi vel pro communi pisano ordinabitur solvi debere ibi a Pisanis de ipsis eorum rebus et mercantijs pro satisfactione predictorum, ultra cabellas sive drictus que et qui ibi nunc solvuntur ab ipsis Pisanis. Quam novam cabellam sive drictum habere et percipere possint durante tempore presentis treugue, et si ipso finito non esset facta solutio integra predictorum, ultra ipsum tempus eo temporis spacio, quod dictus dominus Dux pro dannificatis Ianuensibus declarabit et per ipsum tempus et non ultra, salvo si ante finitum dictum tempus ipsius presentis treugue et declarationis fiende per ipsum dominum ducem esset complecta ipsa satisfactio et restauratio, quod ea facta et complecta predicta nova cabella sive drictus ulterius non recolligatur. Et salvo quod si commune pisanum velet etiam, ante ipsam cabellam novam sive drictum suspendere et elevare in totum vel in partem possit et sibi liceat id facere quandocunque. Et intelligatur legitima persona dictorum dannificatorum Pisanorum, ille vel illi quem vel quos antiani pisani populi pro ipso communi pisano sive ipsum communem pisanum declarabunt esse eorum legitimam personam sive legitimas personas, ita quod ei vel eis solutione facta, dicto communi Ianue liberatio inde contingat. Et quod commune Ianue et iudex calegarum et ceteri magistratus et officiales dicti communis Ianue teneantur et debeant dictis dannificatis pisanis seu legitime persone pro eis in civitate Ianue commoranti ad omnem eius peticionem dare et prestare auxilium et favorem in dicta nova cabella et drictu novo recolligendo et habendo, et solvere debentes ad solutionem compellere summarie et sine strepitu et figura judicii et juxta formam aliarum cabellarum et drictuum communis Ianue. Et quod officiales pisani communis deputati super dicta cabella recolligenda possint et debeant ad peticionem dicte persone legitime dictorum dannificatorum Ianuensium compellere ad sacramentum prestandum quoscunque mercatores, mercantias vel res alias in civitatem pisanam inmitentes, ad manifestandum, si inmiterent aliquid de bonis vel mercibus alicuius Ianuensis, pro quibus seu de quibus cabella solvi deberet. Et inde facere

possint et debeant dicti officiales communis Ianue in ipsa civitate pisana, in mercatoribus et de mercatoribus mercantias in dictam civitatem mittentibus ad peticionem persone legitime dannificatorum pisanorum. Et quod dicta persona que erit in civitate Pisarum, pro dictis dannificatis Ianuensibus possit et debeat percipere et videre raciones pro rata contingentes predictorum trium denariorum de supradictis octo denariis, et partem in dictis dannificatis contingentem petere recipere et habere.

Que omnia et singula supradicta, dicti sijndici dictis nominibus promiserunt et convenerunt sibi ad invicem et inter se ac etiam iuraverunt in animas eorum quorum sunt sijndici ad sancta dei evangelia tangendo corporaliter scripturas, attendere complere et observare et attendi compleri et observari facere et curare et non in aliquo contrafacere vel venire, et quod dicta communia, omnia et singula attendent complebunt et observabunt et attendi compleri et observari facient et curabunt. Et non in aliquo contrafacient vel venient su pena marcharum quinquaginta milium boni argenti solenniter stipulata et promissa. In quam penam incidat pars non observans parti observanti. Et que pena cum effectu peti et exigi possit per partem observantem a parte non observante quociens fuerit contrafactum vel ut supra non observatum. Ratis manentibus omnibus et singulis supradictis. Et pro predictis omnibus et singulis attendendis et firmiter observandis ut supra, et pro dicta pena obligaverunt dicti syndici dictis nominibus sibi ad invicem et inter se, omnia bona ipsorum communium habita et habenda. Et renunciaverunt omni iuri auxilio exceptioni et deffentioni ipsis communibus contra predictam competentibus et competituris.

Actum in civitate Pisana in domo Pisani communis quam inhabitant antiani populi pisani, presentibus domino Frederico domini Bona Iuncte de civitate Castelli milite et legum doctore potestate communis pisani, domino Angiolletto de Bechanate capitaneo pisani populi, domino Gerardo Buzacharino de Sismondis, domino Franchisco de Comte, et domino Raijnerio de Guallandis militibus, domino Iohanne Benigni, domino Raijnerio Damiani, et domino Raijnerio Timpanelli juris peritis, Andrea Gambacorta, Cellino de Colle, Nerio de Sancto Cassiano mercatoribus civibus pisanis. Et Iohannino Vassalli subscriba cancellarie domini Ducis Ianue, et aliis pluribus testibus ad hec rogatis. Dominice nativitatis anno millesimo trecentesimo quadragesimo primo indicione octava secundum cursum Ianue die vigesima quarta iunii in vesperis. Et anno Dominice incarnationis millesimo trecentesimo quadragesimo secundo, indictione nona secundum cursum Pisanorum octavo kalendas julii.

(7) In treugua facta inter communia Ianue et Pisarum que est in registro I. III. libro ad cartam CLXXXV. continetur inter alia sic.

Item dicti sindici dicti communis Pisarum nomine et pro parte dicti communis Pisarum promictunt et se obligant solempniter predicto sindico communis Ianue nomine et pro parte dicti communis Ianue et Pisarum solempni habito inter dictos sindicos dictis nominibus facere et curare dicto nomine et quod commune Pisarum curabit et faciet quod rebelles et forestati communis Ianue vel aliqui qui facerent vel facere vellent offensiones aliquas communi Ianue vel hominibus seu terris ipsius communis Ianue non habitabunt nec receptabuntur in civitate Pisarum seu districtu pisano, nec in aliqua terra seu loco que seu qui distringatur per commune Pisarum ubicunque si nec ex dictis locis communis Pisarum vel aliquo eorum predicti rebelles vel forestati seu qui offenderent vel offendere vellent

dictum commune Ianue vel homines ipsius communis habebunt nec recuperabunt aliquod… (*corroso*) nec aliqua alia sibi… (corroso).

Prorogatio prime Treugue… in Capitulo primo. Cassatio capitulorum prime Treugue que completa dicuntur … in II.

De liga et unione ad duos annos… in III.

Remissio dannorum utriusque partis in IIII.

Cassatio processuum et bannorum in V.

Cassatio laudum et represaliarum in VI.

Reservatio rebellium utriusque communis

– quomodo tractari debent… in id.

De eis et eorum conditionibus… in id.

De dictis versa vice pro Pisanis…. in VII.

De debitis privatarum personarum non remissis

sed reservatis… in VIII.

De assignatione facta Ianuensibus dannificatis et

similiter Pisanis dannificatis certi modo ordinata

ad colligendum… in VIIII.

Versa vice pro Pisanis… in X.

Senza sigillo.

NOTE

(1) Ved. sopr. Dipl. e Cart. del Sec. XIII. Num. CXLI. pag. 462.

(2) Ved. sopr. Dipl. e Cart. del Sec. XIII. Num. CXLI. pag. 463. col. 2.

(3) Ved. sopr. Dipl. e Cart. del Sec. XIII. Num. CXLI. pag. 465. Col. 2. e pag. 466. col. 1.

(4) Ved. sopr. loc. cit. pag. 466. col. 1.

(5) Ved. sopr. loc. cit. pag. 466. col. 2.

(6) Si legge a margine dell'atto: *omnia ista capitula cassata, eo quod erant complecta a prima treugua citra*; lo che si riferisce a tutti i paragrafi del presente cap. II, ad eccezione

del sesto, e del decimo ed ultimo, i quali perciò non si vedono controssegnati dalle virgolette indicanti la cassatura degli altri.

(7) Questa nota, e la giunta, e l'indice, che sieguono appresso, sono posteriori di data all'atto del 24 giugno 1341 (1342 stil. pis.) che precede.

LIV

Francesco di S. Clemente Vicario *del castello di Cagliari per il re di Aragona ordina a Ricucco Ricucchi* Vicario *generale dei conti della Gherardesca di render conto ai medesimi del governo da lui avuto, e che aveva anche allora, delle possessioni di detti conti in Sardegna*.

(1348, 15 marzo).

Dal Maccioni, Difes. del domin. dei Conti di Donoratico, Tom. II. pag. 114.

Franciscus de Sancto Clemente Vicarius Castri Callari pro illustrissimo domino Rege Aragonum, nec non Locumtenens gubernatoris in regno Callaritano, ipso gubernatore absente in dicto regno, venerabili Richucho de Ricucchis vicario generali nobilium comitum de Donoratico in regno Sardiniae salutem, et dilectionem. Nobilis Bernabo de Donoratico comes (1) nobis per quamdam suam cedulam intimavit, quod vos per tempora longa rexistis, et etiam gubernastis huc usque villas, et loca sua, percipiendo, pariter, et habendo omnia iura, proventus, et redditus eorumdem ratione vestri vicariatus, officii supradicti, de quibus nullam rationem, seu compotum reddidistis, et quod deterius est, sibi reddere recusatis, pluries exinde cum instantia requisiti, in ipsius praejudicium, atque damnum. Propter quod nos actente rogavit, ut sibi super hoc oportuno iuris remedio providere ex debito nostri officii deberemus. Cuius rogaminibus annuentes, quin etiam advertentes ipsum comitem iustum petere, et honestum, vobis ex parte dicti domini regis, et auctoritate officiorum quibus fungimur in hac parte, dicimus, et expresse mandamus sub pena librarum mille alfonsinorum minutorum, in quam vos incurrere volumus ipso facto, nisi feceritis, quod iubemus, quatenus eidem comiti de proventibus, et iuribus universis per vos habitis, et perceptis ratione praemissa, ac de omnibus, et singulis per vos gestis, et administratis reddatis fidele compotum, et legale, sibique restituatis, prout tenemini, reliqua rationum integraliter sine fraude, omni occasione remota, et causa aliqua non obstante, cum unusquisque rationem villicationis suae reddere teneatur, scientes quod si hoc facere nolueritis, quod non credimus, taliter contra vos, et bona vestra ultra dictam poenam, mediante justitia procedemus, quod dictus comes erit digna satisfatione contentus, quem nolumus suis juribus defraudari. Presentem autem litteram nostram fieri mandavimus per Petrum Corp. notarium pubblicum, ac regentem scribaniam dicti nostri Vicariatus officii, de cujus praesentatione portatori ipsius nostro iurato nuncio in hac parte dabimus plenam fidem. Datum in Castro Callari die sabbati intitulata idus martii anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo octavo.

Ego Marcus de Vita auctoritate Illustrissimi domini regis Aragonum notarius publicus per totius Sardiniae, et Corsicae regnum, nec non regens scribaniam Vicariatus officii supradicti presentem literam loco, et vice dicti Petri Corp. notarii post mandatum dicti domini Vicarii propria manu scripsi, prout in Actis Curiae originaliter reperitur, in cuius testimonium me subscribe etc.

NOTE

(1) Il conte Bernabò di Donoratico era signore *pro indiviso* col suo fratello conte Gherardo della *sesta parte* dell'antico regno cagliaritano, come si rileva dal suo testamento, fatto in *Villa Grampatiis… Castri Callari pridie kalendas februarii anni Domini* 1350, nel quale s'intitola *Bernabos Comes de Donoratico, Dominus sextae partes regni Calleritani, una et pro indiviso, cum nobili et potenti viro Domino Comite Gherardo fratre nostro legitimo*. Il testamento fu ricevuto *in presentia Guglielmi Serra Notarii pubblici*; e nel medesimo è instituito erede universale il detto conte Gherardo. Ambi fratelli erano figli del conte Ranieri, e costui del conte Bonifazio *novello* di Donoratico, quello stesso, cui nel 1326 D. Giacopo II. re di Aragona concedette in feudo alcune terre, ville, e luoghi di Sardegna (Ved. sopr. Dipl. N.° XXXIV. Pag. 681). E questo conte Bonifazio *novello*, avo del conte Bernabò menzionato nella presente *Carta*, nel suo testamento del 19 luglio 1338 (stil. pis. corrisp. al 1337), legò *libras quadringentas denariorum pisanorum minutorum* ai poveri, e alle povere zitelle, che si trovassero al tempo di sua morte *in terris nostris de Kallari… in Villa de Conese, et Villa Massargia*, ed altre lire cinque della stessa *moneta fratribus minoribus s. Francisci loci de Sardinea* (Ved. Maccioni, *Difes. del Domin. dei Conti di Donorat*. Tom. II. pag. 84. 85. 86. 90. 115-16-17, ed altri).

LV

Il re di Aragona D. Pietro IV. revoca tutte le lettere di marca, pignorazioni, e rappresaglie concedute da lui, e dai suoi predecessori, ai propri sudditi contro i mercatanti pisani, e proibisce, che sulle loro mercanzie provenienti dalle loro terre, e dai loro porti, si riscuota dritto o gabella di sorta, a forma del trattato di pace conchiuso, e vegliante tra esso Re, e il Comune di Pisa.

(1349, 22 gennaio).

Dall'I. R. Archivio delle Riformazioni di Firenze, Classe XI. Atti pubblici, Distinzione 3.a, Vol. 23. Docum. N.° 27 (1).

Nos Petrus Dei gratia Rex Aragone, Valentie, Maiorice, Sardinie et Corsice comesque Barchinone Rossilionis et Ceritanie. Attendentes ante nostre magestatis presentiam comparuisse nobilem Iohannem de *Heresis* (2) decretorum professorem consiliarium nostrum dilectum, et Franciscum Merolla cives et ambaxiatores, ad nos destinatos, per Commune pisarum, asserentes quod tum mercatores et negotiatores communis predicti dubitarent intrare civitates et loca nostra causa mercantili, et negotiationis, pretextu aliquarum marcharum, que per nos et predecessores nostros concesse dicebantur subditis nostris, contra Commune Pisarum et singulares ac districtuales eiusdem, dictumque Commune paratum existeret subditis nostris condignam satisfactionem facere si repertum esset, eis de iustitia teneri in aliquo. Propterea duxerunt nobis humiliter supplicandum, ut omnes illos si qui erant ex subditis nostris, qui vellent conqueri de communi predicto, et de fatica (*sic*) iuris in eo reperta evocari facere dignaremur coram nobis ad ostendendum illud, cum ipsi parati existerent eis facere dignam satisfactionem, et de sua innocentia se purgare. Et quod pro conservandis confederationibus, ac pactionibus federis, et aliis conventionibus inter illustres Reges Aragone, et dictum Commune ad utriusque subditorum utilitates factis et initis, talis ordo fieret, et in futurum, modus debitus sumeretur, per quem predicta inviolabiliter observentur, et predicti subditi sub dicte pacis amenitate hinc inde tute et secure valeant nogotiari, et terris utriuque utilitates et commoda procurare. Quorum audita supplicatione licet per civitates Valentie et Barchinone citationes fieri fecerimus nostris subditis antedictis; quod tertia die coram nobis comparerent ad ostendendum rationes si quas habebant, que predictis possent vel deberent in aliquo obsistere, nullus tamen in termino, neque post, de gratia spectati, comparuit seu se ad predictam opposuerit, qui causas vel rationes iustas ostenderet, propter quas ad subscripta debite procedere nequiremus. Ideo nos videntes bonam affectionem et voluntatem, quam dictum Commune ad nos et domum nostram Aragonensem gerit, et volentes ut convenit pacis inter nos et ipsum Commune inite federa observare, et quod de bono in melius amoris vinculum inter nostros et eorum districtuales prosperetur et absque violentia aliqua conservetur, cum presenti carta nostra omnes et singulas marchas pignorationes et represalias per nos et predecessores nostros concessas, contra dictum Commune, et suos districtuales, revocamus et in totum tollimus, annullamus, ac etiam sublevamus ex rationis debito, et de gratia spetiali. Volentes et etiam concedentes, quod universi et singuli mercatores, et alii districtuales Communis predicti, cum omnibus rebus, mercaturis, et bonis eorum venire valeant per universa et singula civitates et loca nostra, tam citra, quam ultra mare sistentia,

salve pariter et secure, et non possint per nos, vel offitiales aut subditos nostros ex dicta causa pignorari, marchari, vel propterea molestari. Mandantes universis et singulis offitialibus et subditis nostris presentibus et futuris, quod hanc nostram provisionem et concessionem, firmam habeant teneant et observent, et contra eam venire in aliquo non attemptent. Quinimo si a tempore huiusmodi concessionis et revocationis est in contrarium aliquid fieri attemptatum, illud revocent et faciant protinus revocari, si iram et indignationem nostram cupiunt evitare. In cuius rei testimonium presentem cartam nostram fieri iussimus, sigillo nostro pendenti munitam. Datum Valentie decimo kalendas februarii. Anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo nono h. can: –

NOTE

(1) Trasmesso nel 1838 dal Professore Capei alla Regia Deputazione Sarda sopra gli studi di Storia Patria.

(2) *Heresis*. Lezione errata. Deve dire *Herisiis*, o *Hericiis*, come si ricava da molti diplomi del 1353, che riportiamo più sotto.

LV

Il re di Aragona D. Pietro IV. revoca tutte le lettere di marca, pignorazioni, e rappresaglie concedute da lui, e dai suoi predecessori, ai propri sudditi contro i mercatanti pisani, e proibisce, che sulle loro mercanzie provenienti dalle loro terre, e dai loro porti, si riscuota dritto o gabella di sorta, a forma del trattato di pace conchiuso, e vegliante tra esso Re, e il Comune di Pisa.

(1349, 22 gennaio).

Dall'I. R. Archivio delle Riformazioni di Firenze, Classe XI. Atti pubblici, Distinzione 3.a, Vol. 23. Docum. N.° 27 (1).

Nos Petrus Dei gratia Rex Aragone, Valentie, Maiorice, Sardinie et Corsice comesque Barchinone Rossilionis et Ceritanie. Attendentes ante nostre magestatis presentiam comparuisse nobilem Iohannem de *Heresis* (2) decretorum professorem consiliarium nostrum dilectum, et Franciscum Merolla cives et ambaxiatores, ad nos destinatos, per Commune pisarum, asserentes quod tum mercatores et negotiatores communis predicti dubitarent intrare civitates et loca nostra causa mercantili, et negotiationis, pretextu aliquarum marcharum, que per nos et predecessores nostros concesse dicebantur subditis nostris, contra Commune Pisarum et singulares ac districtuales eiusdem, dictumque Commune paratum existeret subditis nostris condignam satisfactionem facere si repertum esset, eis de iustitia teneri in aliquo. Propterea duxerunt nobis humiliter supplicandum, ut omnes illos si qui erant ex subditis nostris, qui vellent conqueri de communi predicto, et de fatica (*sic*) iuris in eo reperta evocari facere dignaremur coram nobis ad ostendendum illud, cum ipsi parati existerent eis facere dignam satisfactionem, et de sua innocentia se purgare. Et quod pro conservandis confederationibus, ac pactionibus federis, et aliis conventionibus inter illustres Reges Aragone, et dictum Commune ad utriusque subditorum utilitates factis et initis, talis ordo fieret, et in futurum, modus debitus sumeretur, per quem predicta inviolabiliter observentur, et predicti subditi sub dicte pacis amenitate hinc inde tute et secure valeant nogotiari, et terris utriuque utilitates et commoda procurare. Quorum audita supplicatione licet per civitates Valentie et Barchinone citationes fieri fecerimus nostris subditis antedictis; quod tertia die coram nobis comparerent ad ostendendum rationes si quas habebant, que predictis possent vel deberent in aliquo obsistere, nullus tamen in termino, neque post, de gratia spectati, comparuit seu se ad predictam opposuerit, qui causas vel rationes iustas ostenderet, propter quas ad subscripta debite procedere nequiremus. Ideo nos videntes bonam affectionem et voluntatem, quam dictum Commune ad nos et domum nostram Aragonensem gerit, et volentes ut convenit pacis inter nos et ipsum Commune inite federa observare, et quod de bono in melius amoris vinculum inter nostros et eorum districtuales prosperetur et absque violentia aliqua conservetur, cum presenti carta nostra omnes et singulas marchas pignorationes et represalias per nos et predecessores nostros concessas, contra dictum Commune, et suos districtuales, revocamus et in totum tollimus, annullamus, ac etiam sublevamus ex rationis debito, et de gratia spetiali. Volentes et etiam concedentes, quod universi et singuli mercatores, et alii districtuales Communis predicti, cum omnibus rebus, mercaturis, et bonis eorum venire valeant per universa et singula civitates et loca nostra, tam citra, quam ultra mare sistentia,

salve pariter et secure, et non possint per nos, vel offitiales aut subditos nostros ex dicta causa pignorari, marchari, vel propterea molestari. Mandantes universis et singulis offitialibus et subditis nostris presentibus et futuris, quod hanc nostram provisionem et concessionem, firmam habeant teneant et observent, et contra eam venire in aliquo non attemptent. Quinimo si a tempore huiusmodi concessionis et revocationis est in contrarium aliquid fieri attemptatum, illud revocent et faciant protinus revocari, si iram et indignationem nostram cupiunt evitare. In cuius rei testimonium presentem cartam nostram fieri iussimus, sigillo nostro pendenti munitam. Datum Valentie decimo kalendas februarii. Anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo nono h. can: –

NOTE

(1) Trasmesso nel 1838 dal Professore Capei alla Regia Deputazione Sarda sopra gli studi di Storia Patria.

(2) *Heresis*. Lezione errata. Deve dire *Herisiis*, o *Hericiis*, come si ricava da molti diplomi del 1353, che riportiamo più sotto.

LVI

Transazione di Pietro IV. re di Aragona col Pontefice Clemente VI. pel censo annuo da lui dovuto, e non pagato, alla Sedia Apostolica pel regno di Sardegna e di Corsica concedutogli in feudo da Papa Bonifazio VIII.

(1351, 24 settembre).

Dal Lunig., Cod. Ital. Diplomat. Tom. IV. col. 1393-94-95-96.

Sit cunctis notum, quod in mei notarii et testium subscriptorum praesentia serenissimus ac magnificus Princeps et Dominus Dominus Petrus Dei gratia Rex Aragonum, Valentiae, Majoricarum, Sardiniae et Corsicae, Comesque Barchinoniae, Rossilionis, et Ceritaniae attendens, ut dixit, quod super controversia exorta inter Dominum Papam ex una parte, et ipsum Dominum Regem ex altera, per nonnullos reverendos Dominos Cardinales, et quosdam de consilio Domini Regis praedicti de voluntate dicti Domini Papae et ipsius Domini Regis fuisse tractata et concordata capitula que sequuntur. Tangitur retenta deliberatione Domini nostri, quod Dominus Rex Aragonum, seu ambaxator suus eius nomine, et cum sufficienti mandato promittet quod non impediet nec impedire faciet, seu permittat in regno et terris sibi subditis iurisdictionem ecclesiasticam, ad ecclesiam de jure vel consuetudine pertinentem, quominus libere exerceatur ibidem per judices ecclesiaticos competentes, nec etiam collectores et officiales Domini Papae. Item quod dictus Rex, asserens quod illa, quae facta sunt contra collectorem in Perpiniano, non fuerunt facta in dicti Domini nostri vituperium seu contemptum, humiliter petet absolutionis beneficium, paratus recipere omnem poenitentiam imponendam eidem. De absolutione vero et poenitentia suorum officialium et familiarium fiet quod Dominus Papa duxerit ordinandum. Item quod Dominus noster ad necessitates regni et terrarum eiusdem Regis, praesertim Regni Sardiniae et Corsicae, quod ab Ecclesia Romana tenet in feudum, gratiose concedat, quod praelati per se, et subditis suis, ac etiam alii viri ecclesiastici dictorum regni et terrarum possint eidem Regi de aliquo temporali subsudio subvenire, et ratum habeant subsidium, si quod sibi per ipsos ad certum tempus iam factum est vel concessum. Item quod super censu pro praeterito tempore debito ratione dicti regni Sardiniae et Corsice concordatum asseritur a reverendo patre domino Tusculano; quam concordiam paratus erit Rex predictus, facto super hoc sufficienti procuratorio, inviolabiliter observare. Per praedicta autem non intendit Dominus noster, quod detrahatur juri suo, et Ecclesiae Romanae, seu Regis praedicti. Supplicatur autem pro parte dicti Regis, quod pro utilitate Ecclesiarum, et consolatione suorum fidelium, qui propter defectum praelatorum absentium in spiritualibus incommoda innumerabilia et animarum pericula patiuntur, praelatos in Curia existentes dignetur sanctitas Domini nostri ad Ecclesias suas remittere, et eos cogere ad faciendum in dictis suis Ecclesiis residentiam personalem; quodque de praelaturis beneficiis Ecclesiasticis regni et terrarum suarum dignetur personis idoneis illarum partium, quod summe esset gratum regnicolis, provvidere.

Idcirco dictus Dominus de fide, industria, et legalitate venerabilis et religiosi fratris Hugonis, abbatis monasterii Rumpulli ordinis sancti Benedicti, nobilis viri Bernardi de Capraria, et Lupi de Gorrea camerarii minoris militum, Bernardi de Ulzimillis legum

doctoris thesaurarii consiliariorum suorum plene confidens, tenore huius publici instrumenti sponte et de certa conscientia fecit, constituit, et ordinavit certos et indubitatos procuratores suos ac nuntios speciales dictos venerabilem abbatem, et nobilem Bernardi de Capraria, Lupum de Gorrea, et Bernardum de Ulzimillis, et quemlibet ipsorum in solidum, ita quod occupantis conditio potior non existat, ad promittendum pro ipso Domino Rege dicto Domino summo Pontifici, seu cui ipse voluerit, quod idem Dominus Rex non impediet, seu impediri faciet seu permittet in regno et terris sibi sub dictis jurisdictionem ecclesiasticam, ad Ecclesiam de jure seu consuetudine pertinentem, quominus (ut praetangitur) libere exerceatur ibidem per judices ecclesiasticos competentes, nec etiam collectores et officiales Domini summi Pontificis memorati: et etiam ad obtinendum a dicto Domino summo Pontifice, vel alio quocumque ab eo potestatem habente, de et super sententia excomunicationis, si quam dictus Dominus Rex aut officiales, vel gentes suae ratione eorum, quae facta fuerunt apud Perpinianum, contra Bertrandum de Alayano collectorem dicti Domini Papae, incurrerunt, absolutionis beneficium ad cautelam: et alias, et etiam ad obtinendum absolutionis beneficium ab ipso Domino Papa, vel alio ab eo potestatem habente, de et super sententia excomunicationis, quam dictus Dominus Rex praetextu cessatorum solutionum census seu tributi, quod Sanctae Ecclesiae annis singulis dare tenetur pro dicto Sardiniae et Corsicae regno incurrit: nec non ad impetrandum et obtinendum a dicto Domino Papa et sacro Collegio Cardinalium remissionem et gratiam eius, quod per ipsum Dominum Regem debetur ex tributo jam dicto, seu ex parte eiusdem, et etiam ad faciendum solutionem et solutiones dicti tributi, et pro solvendo eo, quod ad solvendum restat, ex eodem tributo, dictum Dominum Regem et eius bona efficaciter obligandum, et super eo parta, promissiones, obligationes faciendum, et recipiendum ab eodem Domino Papa, et quibusvis aliis, et ab ipso potestatem habentibus, super contentis in capitulis memoratis, et nihilominus ad supplicandum dicto Domino Papae, ut contenta in dictis capitulis cum efficacia exequantur, dando et concedendo eisdem, procuratoribus suis, et cuilibet ipsorum in solidum plenariam potestatem super praedictis omnibus et singulis, eorumdem promissiones, pacta, conventiones et obligationes faciendi et recipiendi, et inde firmandi et recipiendi publica instrumenta, et alia rescripta Papalia, et alias scripturas praedictas necessarias, seu etiam opportunas: et absolutionum beneficia obtinendi, et pro solutione dicti tributi seu partis eiusdem dictum Dominum Regem et eius bona obligandi: nec non jurandi in animam ipsius Domini Regis de parendo mandatis sanctae matris Ecclesiae, ac ipsius Domini Papae vel deputandi ab eo, et subeundi super praedictis et eorum singulis cuiuslibet alterius generis juramentum: nihilominus promittendi et jurandi in animam ipsius Regis, quod idem Dominus Rex satisfactionem et poenitentiam faciet et complebit, quas idem Dominus Papa vel deputandus ab eo ipsi Domino Regi duxerit imponendas: et omnia alia gerendi, faciendi et explicandi in et super praedictis, quae pro obtentu praedictorum et singulorum eorundem necessaria fuerint seu etiam opportuna, etiamsi talia essent, quae mandatum exigerent speciale. Et promisit idem Dominus rex se gratum et firmum perpetuo habiturum, quaecumque in praedictis et super praedicta per dictos procuratores suos, vel eorum quemlibet acta, gesta fuerint, seu etiam procurata, nullo tempore revocare. Et idem Dominus Rex huic instrumento publico suae Majestatis sigillum in pendenti jussit apponi in testimonium praemissorum. Actum et datum Gerundae, vigesima quarta die mensis septembris, anno a nativitate Domini MCCCLI Signum Petri Dei gratia Regis Aragonum, Valentiae, Majoricae, Sardiniae et Corsicae, comitisque Barchinionae, Rossilionis et Ceritaniae, qui haec concessit et firmavit.

LVII

*Gli uomini del Comune di Alghero (*Allegerii*), e del suo distretto, riuniti in generale consiglio, e Pietro D'Orio, vicario dello stesso Comune, costituiscono loro procuratore ed ambasciatore il medico Antonio di Filippo, e gli conferiscono le più ampie facoltà, acciò, trasferendosi a Genova, tratti, conchiuda, e stabilisca col Doge di quella repubblica, e col suo consiglio, tutti quegli accordi, patti, e contratti che stimerà necessari pel loro interesse, e difesa, contro il re di Aragona, e i catalani loro nemici*.

(1353, 1 gennaio).

Dai Regii Archivi di Corte di Torino, Docum. ant. Serie 1.ª, Mazz. 8, Num. 6.

In nomine Domini Amen. = Ad honorem et exaltationem magnifici dominj dominj Iohannis de Valente Dei gratia Ianuensium Ducis et populi deffensoris omniumque Ianuensium, et ad destrucionem conquassationem et detrimentum, Regis Aragonum omniumque Catalanorum et inimicorum Comunis Ianue amen. In pleno et generali consilio hominum et universitatis *Allegerii* (1) et districtus sonu campane et voce nuntiorum ut moris est congregato in loco infrascripto et in quo quidem consilio interfuerunt due partes et ultra hominum Allegerii et districtus, ipsum consilium generale umaniter, et concorditer omnes in presentia, consensu et auctoritate nobilis viri domini Petri de Auria vicarii Allegerii et districtus pro felici comuni Ianue et ipse dominus vicarius voluntate consilio et consensu ipsius consily et ipsorum consiliariorum omnium attendentes pubblico interesse ipsius loci Allegerii et ad utilitatem ejus et hominum, et utilitatis eius spectare infrascripta fieri, pro se ipsis et nomine et vice dicti Comunis et totius dicte universitatis, fecerunt, constituerunt et ordinaverunt eorum et dicti Comunis et universitatis predicte, Syndicum actorem procuratorem et nuntium specialem et quidquid de jure melius esse potest Anthonium Medicum quondam Philippi presentem et mandatum sponte suscipientem, ad comparendum et se presentandum pro eis et eius nomine coram illustre domino et domino Duce Ianuensium ante dicto et eius consilio seu consiliis, et coram eis exponendum quidquid per ipsum dominum vicarium Allegerii et ejus consilium fuerit comissum, et ad obligandum dictam universitatem, et homines dicte universitatis districtus, tam in universo quam singulos eorum, et bona ipsorum et pro eis promittendum, dandum et concedendum, atque ipsos et dictam universitatem obligandum versus ipsum dominum Ducem et Consilium nomine Comunis Ianue, in quibuscumque obligationibus, promissionibus et pactis de quibus eidem Syndico melius videbitur, ac etiam transferendum quidquid in eis juris est in dicto loco, et hominibus, et omnem bayliam et potestatem dictis domino Duci, et consilio dandum, et transferendum et dari et transferri per quoscumque consentiendum, de quibus eidem Syndico videretur, in dicto loco, districtu, et hominibus et jurisdictionibus eius, tam ex contractu donationis quam ex quocumque alio contractu, et etiam quodcumque transferendum et concedendum, de quibus requireretur fierj mentio specialis proinde, ac si in presenti instrumento esset expresse et specialiter denotatum et predicta omnia cum promissionibus penis cautelis juramentis et aliis solempnitatibus oportunis, et de premissis quilibet instrumentum fieri faciendum prout eidem Syndico melius videbitur et ad protestandum et denunciandum ipsi domino Duci et eius consilio, illas protestaciones, et denunciationes quas dictus Syndicus et procurator melius crediderit convenire, si opus

fuerit, et generaliter ad faciendum, dicendum, operandum et contrahendum pro dictis constituentibus vice et nomine dicte universitatis in omnibus predictis et aliis prout ipsi constituentes met in omnibus, et per omnia melius facere possent si presentes essent, dantes, et concedentes dicto Syndico, et procuratori, plenam, liberam largam et generalem potestatem et bayliam cum plena libera larga et generali administratione, ac pleno libero, largo et generali mandato promittentes michi notario infrascripto officio publico stipulante et recipiente nomine et vice dicti dominj Ducis et sui consilij et Comunis Ianue ac etiam nomine et vice omnium et singulorum quorum interest intererit vel in futurum interesse poterit perpetuo habere ractum, gratum, et firmum quidquid et quantum per dictum Syndicum et procuratorem, actum, factum, gestum, procuratum, promissum, vel etiam administratum fuerit nomine et vice universitatis predicte, sub ypotheca et obligatione omnium bonorum dictorum constituentium et universitatis predicte, et proinde et ad sic observandum omnia bona eorum et cuiuslibet eorum nomine et vice dicte universitatis pignori et ypothece obligaverunt. Actum Allegerii in ecclesia Beate Marie anno Dominice nativitatis millesimo trecentesimo quinquagesimo tercio indictione quinta secundum cursum Ianue, die prima ianuarii ante terciam presentibus testibus Fabianeto de Auria, Iohanne de Raynerio milite domini vicarii predicti, et Iohannino Parolio de Saona ad hec vocatis specialiter et rogatis. L. T. † Ego Hadotus Oddonis Sfoglie auctoritate imperiali notarius rogatus scripsi.

Senza sigillo.

NOTE

(1) *Allegerii*, ossia *di Alghero*, illustre città del capo settentrionale della Sardegna.

LVIII

Nicolò di Cassano D'Oria, per sé, e pe' suoi fratelli Enrietto, Antonio, Guglielmo, Tebaldo, e Odoardo, Luca di Mariano D'Oria, e Anfreone di Alaone D'Oria, conferiscono ampio mandato al giurisperito *Alaone D'Oria per stringere a loro nome col Comune di Genova tutti gli accordi, contratti, e leghe che saranno necessarie per la difesa delle terre, ville, castella, luoghi, e dritti, ch'essi possedono in Sardegna, e della parte loro spettante nella terra, luogo, e castello di Alghero (*Allegerii*), contro il re di Aragona, e i Catalani*.

(1353, 2 gennaio).

Dai Regii Archivi di Corte di Torino, Docum. ant. Serie 1.ª, Mazz. 8, Num. 7.

In nomine Sancte et individue Trinitatis Patris filii et Spiritus Sancti amen. Ad honorem et exaltationem Curie celestis, illustris viri domini domini Ducis Ianuensis et communis Ianue, omniumque Ianuensium, et ad conquassationem et detrimentum Regis Aragonum, et Catalanorum omnium. Nobiles viri domini Nicolaus de Auria filius quondam domini Casani de Auria militis suo proprio nomine, et nomine et vice Henrietti, Anthonii, Juliani, Tebaldi, et Oddoardi fratrum suorum, pro quibus ad cautelam de racto habendo promixerunt michi notario infrascripto recipienti vice, et nomine omnium quorum interest, vel intererit, sub ypotheca, et obligatione omnium bonorum suorum, nec non et Lucas de Auria filius et heres quondam domini Mariani de Auria suo proprio nomine, et Anfreonus de Auria filius quondam domini Alaonis de Auria suo proprio nomine, omnes simul suis propriis nominibus, et nominibus quibus supra fecerunt, constituerunt, et ordinaverunt suum certum actorem, procuratorem, et nuntium specialem, prout melius fieri, et esse potest, dominum Alaonum de Auria juris peritum presentem, et mandatum sponte suscipientem ad comparendum, et se presentandum coram magnifico domino et domino Duce Ianuensi et suo consilio, et coram alio quocumque domino principe, vel barone, et ad paciscendum, componendum, et transigendum cum predicto domino Duce et suo consilio, vel cum alia quacumque persona, corpore, vel collegio, et quamcumque compositionem, transactionem; pactionem, vel ligam faciendum de terris, castris, locis, villis, juribus, homagiis, et jurisdictionibus, que et quas ipsi habent, et sui predecessores soliti sunt habere in insula Sardinie, et ad obligandum eos in personis, et in bonis, que habent tam in insula Sardinie, quam in territorio civitatis, vel districtu Ianue, in quantum videbitur, et placuerit dicto procuratori suo, et ad vendendum, pignorandum, obligandum, et specialiter ad donandum; si et quando videbitur dicto procuratori suo, omnes terras, villas, castra, homagia, jura, et jurisdictiones, que et quas ipsi dicti constituentes et sui predecessores soliti sunt habere in insula Sardinie, et specialiter ad vendendum, obligandum, et si dicto procuratori videretur, ad donandum partem eis scilicet constituentibus contingentem terre, loci, castri Allegerii positi in insula Sardinie, cum omnibus juribus, et jurisditionibus que ipsi, et sui predecessores habent, et soliti sunt habere in dicto loco; asserentes, et manifeste recognoscentes, et dicentes in personis mei notarii, et testium infrascriptorum omnem donationem, venditionem, vel obligationem, compositionem, et ligam factam, vel fiendam in futurum per dictum procuratorem suum procedere, et fieri de speciali suo mandato, et eis hoc specialiter mandantibus eidem procuratori suo, jurantes etiam in manibus mei antedicti notarii, et in personis testium infrascriptorum se habituros ractam, gratam et firmam omnem

LIX

Il re D. Pietro IV. di Aragona autorizza con sue lettere patenti i notai, o scrivani del Comune di Pisa, che si trovassero, o andassero in Sardegna per esercitarvi le funzioni loro affidate dal Comune, all'esercizio eziandio del notariato pubblico, durante il tempo del loro uffizio, accordando ai medesimi facoltà di rogare stromenti fra i pisani, e per cose appartenenti al detto Comune, ed uomini di Pisa, purché però in ciascun atto spieghino, che ciò eseguiscono, come ogni altro notaio pubblico, in virtù della speciale autorizzazione regia stata loro accordata.

(1353, 14 febbraio).

Dall'Archivio I. R. delle Riformagioni di Firenze, Classe XI. Atti Pubblici, Distinzione 3.ª, Tom. 23, Docum. N.° 31.

In eterni Dei nomine amen. Hoc est exemplum quarundarum licterarum trasmissarum ab illustri et serenissimo principe domino Petro Dei gratia rege Aragone Valentie Maioricarum Sardinee et Corsice comiteque Barchinone Rossilionis et Ceritanee Regemtibus (1) et officialibus suis ynsule Sardinee, ad petitionem et instantiam pisani Comunis; quarum licterarum tenor talis est.

Nos Petrus Dei gratia rex Aragone Valentie, Maioricarum Sardinee et Corsice comesque Barchinone Rossilionis et Ceritanee actendentes nos dudum ad suplicationem nobilis et dilecti Iohannis de Herisiis decretorum doctoris consiliarii nostri, et Francisci Merolla ambaxiatorum tunc per venerabile Commune pisarum ad nostram magestatem regiam destinatorum provisionem infrascriptam fecisse; cum carta nostra continentie subsequentis. Nos Petrus Dei gratia Rex Aragone. Quia per nobilem Iohannem de Herisiis decretorum doctorem consiliarium nostrum dilectum et Francischum Merolla cives et ambaxiatores venerabilis Comunis pisarum, ad nostre magestatis presentiam destinatos, est nobis humiliter supplicatum, et concedere dignaremur notariis qui in Sardinea erunt pro tempore in officio pisarum Comunis, ut eis liceret facere et conficere ac rogare instrumenta quecumque in factis et pro factis pisarum Comunis et etiam quorumlibet pisanorum pertinentibus quandocumque ad Comune pisarum pertinentibus quandocumque ad Comune pisarum sive ad pisanos; que instrumenta haberent roboris firmitatem ac si essent confecta per notarios et nomine notariorum nostra regia auctoritate creatorum. Nos eidem Comuni complacere volentes, super predictis sic ducimus providendum, quod dictum Comune vel pro parte ipsius, dum dicti offitiales annis singulis ad predicta creantur, nominentur et designentur Gubernatori nostro dicti Sardinee regni, qui est vel fuerit pro tempore vel eius locum tenenti, nomina dictorum electorum, et idem Gubernator vel eius locum tenens illis durantibus in officio potestatem tribuat atque eos in notarios pubblicos creet nostra regia auctoritate; Ita tamen quod inter predictos pisanos et in factis sive negotiis dicti Comunis et etiam pisanorum durante regimine dictorum officiorum eis commissorum possint conficere contractus et instrumenta qui et que in iudiciis et extra inter predictos Comune et pisanos ac eorum districtuales habeant roboris firmitatem ac si facti vel facta essent per notarios auctoritate Magestatis regie procreatos, ipsis tamen notariis in subscriptionibus suis affirmantibus auctoritate nostra regia se ad predictos contractus iniendos dumtaxat fore

creatos. Quia eorum officiis durantibus illos haberi volumus in predictis ac si per nos vel nostra fuissent auctoritate creati. Mandantes expresse Gubernatori Sardinee presenti et qui pro tempore fuerit quatenus concessionem nostram hanc quantum nobis placuerit durare volumus firmam habeant et observent et contra eam venire in aliquo non attemptent. Quinimo predictis sibi annis singulis nominandis nomine et vice nostri auctoritatem tribuant in predictis, quoniam eidem Gubernatori presenti et qui pro tempore fuerit vel eius locum tenenti vices nostras plene commictimus, in hac parte. In cuius rei testimonium presentem cartam nostram fieri iussimus sigillo nostro pendenti munitam. Datum Valentie decimo kalendas februarii anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo nono. Et nunc fuerit nobis per Iohannem Buzzacarini de Sismundis militem et Iohannem de Heritiis decretorum doctorem consiliarium nostrum predictum nuntios per dictum Comune ad nostram presentiam noviter destinatos humiliter supplicatum ut provisionem predictam ac contenta in dicta carta confirmare de nostri clementia dignaremur. Idcirco ipsorum nuntiorum supplicatione admissa benigne notavimus volentes erga dictum Comune favorabiliter nos habere provisionem predicta et omnia et singula in dicta carta contenta de spetiali gratia serie presentium confirmamus prout in eadem latius ac plenius continetur. Mandantes cum presenti Gubernatori Sardinee qui nunc est vel pro tempore fuerit aut eius locum tenenti quatenus provisionem predictam sub dicta forma et confirmactione huius teneat firmiter et observetur quam diu nobis placuerit ut prefertur et non contraveniat nec aliquem contravenire permictat aliqua ractione. In cuius rei testimonium presentem cartam nostram inde fieri et sigillo nostro pendenti iussimus communiri. Datum Valentie decima quarta die februarii anno a nactivitate Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo tertio. Ex auctoritate regia.

NOTE

(1) Regentibus (?).

donationem, venditionem compositionem, et ligam factam, et fiendam per prefatum procuratorem suum, et contra donata, vendita, et transacta per predictum procuratorem suum nunquam venturos; et generaliter ad faciendum in omnibus, et per omnia in predictis omnibus prout et sicut ipsi constituentes met facere possent si presentes essent, et ad constituendum unum procuratorem, et plures loco sui cum simili, vel alio mandato, et constitutum revocandum. Dantes et concedentes eidem procuratori suo, vel substituendo plenam, liberam, largam et generalem administracionem, cum pleno, libero, largo, et generali mandato, ac plena potestate, et baylia. Promittentes michi notario infrascripto officio publico tanquam publice persone stipulanti, et recipienti nomine et vice omnium quorum interest, intererit, vel in futurum interesse poterit, habere, et tenere ractum, gratum, et firmum quidquid, et quantum per dictum procuratorem eorum, vel substituendum, vel substituendos ab eo actum, factum, gestum, procuratum, vel etiam administratum fuerit in predictis, et quolibet predictorum, sub ypotecha, et obligatione omnium suorum, et cuiuslibet eorum. Actum Allegerii in camera domus condam domini Fabiani de Auria anno Dominice nativitatis millesimo trecentesimo quinquagesimo tertio, indictione quarta secundum cursum Ianue die secunda januarii post nonam, presentibus testibus domino Petro de Auria vicario Allegerii, Fabianeto de Auria, Santolino de Naviza, et Anthonio Medico ad hec vocatis, et rogatis.

(L. T.) Ego Hadotus Oddonis Sfolie auctoritate imperiali notarius rogatus scripsi.

Senza sigillo.

LX

D. Pietro IV. re di Aragona dà facoltà ai Vicari del Comune di Pisa, residenti in Sardegna per l'amministrazione dei feudi che il Comune vi possedeva, di portare armi offensive, e difensive, e di farsi accompagnare da due uomini armati per tutta l'isola.

(1353, 14 febbraio).

Dal suddetto I. R. Archivio delle Riformagioni di Firenze, Classe e Distinzione suddetta, Tom. 23, Docum. N.° 29.

Nos Petrus Dei gratia rex Aragone Valentie, Maiorice, Sardinee et Corsice comesque Barchinone Rossilionis et Ceritanee. Attendentes nos dudum ob favorem honorabilis Comunis pisarum infrascriptam licentiam Vicario seu Vicariis villarum et locorum que ipsum Comune habet, et pro nobis tenet in feudum in regno Sardinee contulisse cum carta nostra continentie subsequentis. Nos Petrus Dei gratia rex Aragone. Ob favorem honorabilis Communis pisarum, quod circa nostra servitia se exhibet favorabile et devotum, tenore presentis Vicario qui nunc est et aliis Vicariis, qui pro tempore fuerint, villarum, et locorum que ipsum Comune habet et tenet pro nobis in feudum, in insula Sardinee, licentiam portandi arma prohibita per eandem insulam se *tertio* impartimur. Ita quod de cetero dictus Vicarius seu Vicarii per universa et singula loca dicte insule tam regia, quamque in feudum tenentur ibidem portare arma quecumque prohibita eis necessaria libere et impune, inibitione quacumque, vel ordinatione alia in contrarium facta in aliquo non obstante. Mandantes per presentes regenti offitium Gubernationis Sardinee, capitaneis, potestatibus, vicariis, baiulis, capitibus guayte, ceterisque offitialibus nostris eiusdem insule, presentibus et futuris, vel eorum locum tenentibus, quatenus licentiam nostram huiusmodi ratam et firmam habentes, ac inviolabiliter observantes, predictis Vicariis super portandis dictis armis per supradictam insulam cum duobus scutiferis, seu personis cum concomitantibus ut supra declaratum existit, contrarietatem aliquam, impedimentum vel obstaculum non apponant, nec apponi per quemquam faciant vel permittant aliqua ratione. In cuius rei testimonium presentem fieri iussimus sigillo nostro pendenti munitam. Datum Valentie kalendis decembris. Anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo nono. Et nunc fuerit nobis per nobiles et dilectos Iohannem Buzaccarini de Sismundis militem, Iohannem de Hericiis decretorum doctorem consiliarium nostrum predictum nuntios per dictum Commune ad nostram presentiam noviter destinatos, humiliter supplicatum, ut cartam predictam confirmare et teneri ac servari facere, de nostri solita clementia dignaremur. Idcirco ipsorum nuntiorum supplicatione admissa benigne, nec minus dicti Comunis contemplatione, quod novimus ad nostra beneplacita favorabile atque prontum, contenta in carta preinserta, de spetiali gratia presentium serie confirmamus, prout in ea melius et plenius continetur. Mandantes cum presenti gubernatori Sardinie, capitaneis, potestatibus, vicariis, baiulis, capitibus guayte, ceterisque offitialibus nostris, ipsius insule presentibus et futuris, vel eorum loca tenentibus, quatenus contenta in preinserta carta, prout in ea melius ac clarius continetur, et confirmationem nostram huiusmodi teneant firmiter et observent, et non contraveniant, nec aliquem contravenire permittant, aliqua ratione. In cuius rei testimonium presentem cartam nostram inde fieri, et sigillo nostro pendenti iussimus

comuniri. Datum Valentie decimaquarta die februarii. Anno a nativitate Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo tertio ex auctoritate regia.

LXI

Pietro IV. re di Aragona revoca la lettera di marca e le rappresaglie, ch'erano state ordinate da lui, e dai re suoi predecessori contro i Pisani nell'isola di Sardegna, e in tutti gli altri suoi stati, e permette loro di negoziarvi e starvi liberamente, senza pagamento veruno di tasse sopra le robe, e sopra le persone.

(1353, 14 febbraio).

Dal suddetto I. R. Archivio delle Riformagioni di Firenze, Distinzione, e Classe cit. Tom. 23, Docum. N.° 30.

Nos Petrus Dei gratia rex Aragone, Valentie, Maiorice, Sardinee et Corsice, comesque Barchinone Rossilionis et Ceritanee. Attendentes nos dudum concessionem seu provisionem infrascriptam, ad humilis supplicationis instantiam, Iohannis de Hericiis decretorum doctoris consiliarii nostri, et Francisci Merola nunciorum Comuni pisarum, qui ad nostram magestatem regiam fuerant destinati fecisse in hac forma. Nos Petrus Dei gratia Rex Aragone etc. Attendentes ante nostre magestatis presentiam comparuisse, nobilem Iohannem de Hericiis decretorum professorem consiliarium nostrum dilectum, et Franciscum Merola cives et ambaxiatores ad nos destinatos per Comune pisarum, asserentes, quod cum mercatores et negociatores Comunis predicti dubitarent intrare civitates, et loca nostra causa mercantjli et negociationis, pretextu aliquarum marcarum, que per nos et predecessores nostros concesse dicebantur subditis nostris contra Comune pisarum, et singulares ac districtuales eiusdem, dictumque Comune paratum existeret subditis nostris condignam satisfactionem facere, si repertum esset eis de iustitia teneri in aliquo, et propterea duxerint nobis humiliter supplicandum, ut omnes illos, si qui erant, ex subditis nostris, qui valeant conqueri de Comuni predicto, et de faticha iuris in eo reperta, evocari facere dignaremur, coram nobis ad ostendendum illud, cum ipsi parati existerent eis facere dignam satisfactionem, et de sua ignotentia se purgare. Et quod pro conservandis confederationibus, ac pationibus federis, et aliis conventionibus, inter illustres reges Aragone et dictum Comune, ac utriusque subditorum utilitates factis et initis, talis ordo fieret, et in futurum modus debitus sumeretur, per que predicta inviolabiliter observentur, et predicti subditi, sub dicte pacis amenitate, hinc inde tute et secure valeant negotiari, et terris utriusque utilitates, et commoda procurare. Quorum audita supplicatione, licet per civitates Valentie et Barchinone citationes fieri fecerimus nostris subditis antedictis, quod certa die coram nobis comparerent, ad ostendendum rationes, si quas habeant que predictis possent, vel deberent in aliquo obsistere, nullus tamen in termino, neque post de gratia expectati comparuit, seu se ad predicta opposuit, qui causas, vel rationes iustas hostenderet, propter quas ad suprascripta debite procedere nequiremus. Ideo nos videntes bonam affectionem, et voluntatem, quam dictum Commune ad nos et domum Aragone gerit; Et volentes ut convenit pacis inter nos, et ipsum Comune inite federa observare; Et quod de bono in melius amoris vinculum inter nostros et eorum districtuales prosperetur, et absque violentia aliqua conserventur, cum presenti carta nostra, omnes et singulas marchas, pignorationes, et represalias per nos et predecessores nostros concessas contra dictum Comune, et suos districtuales, revocamus, et in totum tollimus annullamus, ac etiam sublevamus ex rationis debito et de gratia spetiali, volentes et etiam concedentes, quod universi et singuli

mercatores, et alii districtuales Comunis predicti, cum omnibus rebus mercaturis, et bonis eorum venire valeant per universas et singulas civitates, et loca nostra, tam citra, quam ultra mare sistentia, salve pariter, et secure; Et non possint per nos vel offitiales, aut subditos nostros, ex dicta causa pignorari, marchari, vel propterea molestari; Mandantes universis et singulis offitialibus et subditis nostris presentibus et futuris, quod hanc nostram provisionem, et concessionem, firmam habeant, teneant, et observent, et contra eam venire in aliquo non attemptent. Quinimo si tempore huiusmodi concessionis et revocationis est in contrarium aliquid fieri attemptatum, illud revocent et faciant protinus revocari, si iram et indignationem nostram cupiunt evitare. In cuius rei testimonium presentem cartam nostram fieri iussimus, nostro sigillo pendenti munitam. Datum Valentie decimo kalendas februarii. Anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo nono. Et nunc fuerit nobis per nobiles et dilectos Iohannem Buzacarini de Sismundis militem, et Iohannem de Hericiis decretorum doctorem consiliarium nostrum predictum, nuncios per dictum Comune ad nostram presentiam noviter destinatos, humiliter supplicatum ut provisionem et concessionem predictam confirmare et teneri ac servari facere de nostri benignitate solita dignaremur. Idcirco ipsorum nunciorum suplicatione admissa benigne, nec minus dicti Comunis contemplatione, et ut amoris et dilectionis vinculum inter subditos nostros, et dicti Comunis districtuales quod antiquitus viguit perseveret, concessionem et provisionem predictam, de spetiali gratia, serie presentium confirmamus, prout melius superius continetur. Mandantes universis et singulis offitialibus nostris presentibus et futuris vel loca tenentibus eorumdem quatenus provisionem et confirmationem nostram predictam huiusmodi, teneant firmiter et observent, et non contraveniant, nec aliquem contravenire permittant, aliqua ratione. In cuius rei testimonium presentem inde fieri et sigillo nostro pendenti iussimus communiri. Datum Valentie decima quarta die februarii anno a nativitate Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo tertio. Ex auctoritate regia.

LXII

Il suddetto Re di Aragona D. Pietro IV. disapprova le violenze commesse dai suoi sudditi contro i cittadini e negozianti pisani, in contravvenzione alla pace, ch'egli avea col Comune di Pisa, e provvede affinchè nell'avvenire non si commettano atti somiglianti, e possano i pisani, come amici, liberamente negoziare e stare in tutti li suoi stati.

(1353, 14 febbraio).

Dall'I. R. Archivio delle Riformagioni di Firenze, Classe, e Distinzione suddetta, Tom. 23, Docum. N.° 31.

Petrus Dei gratia rex Aragone, Valentie Maioricarum Sardinee et Corsice comesque Barchinone Rossilionis et Ceritanee dilecto consiliario nostro Rambaldo de Corbaria gubernatori regni Sardinee salutem et dilectionem. Occasione quod sicuti per dilectum consiliarium nostrum Iohannem de Hericiis decretorum doctorem et Iohannem Buzaccharini militem nuntios sive ambaxiatores ad nos per Comune pisarum noviter destinatos intelleximus nonnullis pisanis et districtualibus Comunis pisarum infra terram et dominactionem nostram cum mercimoniis eorum, et alias de gentibus et per inde transeuntibus per subditos nostros violencie et iniurie illate fuerint et sepius irrogantur contra tenorem pacis et concordie inter nos et dictum Comune inite et antiquitus observate volumus cum nos pacem et concordiam supradictam sicut nostri interest tenere et imposterum observare velimus idcirco vobis dicimus et expresse mandamus quatenus preconizactionem publicam in locis maritimis insignibus ubi vobis videbitur fieri faciatis, ne aliquis cuiuscumque condictionis existat audeat vel presumat sub incursu ire et indignactionis nostre ac pena corporis et bonorum alicui pisano vel districtuali dicti Comunis in persona vel in bonis iniuriam facere violentiam vel offensam quin modo ipsos permictant in terris et dominactione nostris esse stare negotiari et mercari libere et quete et illos ac eorum res et bona tamquam amicos et devotos nostros habeant et pertractent favorabiliter et benigne. Datum Valentie decima quarta die februarii anno a nactivitate Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo tertio. Ex auctoritate regia.

LXIII

Il re di Aragona D. Pietro IV. rinnova al Governatore, ai Capitani, ai Podestà, ed agli altri Ufficiali regi in Sardegna gli ordini, che avea loro dati nel 1347*, e* 1349*, affinchè lasciassero esportare liberamente, e senza verun dazio, dall'isola tutta le granaglie provenienti dai luoghi, che il Comune di Pisa vi tenea in feudo, e che dipendevano dal medesimo*.

(1353, 14 febbraio).

Dall'I. R. Archivio delle Riformagioni di Firenze, Classe, e Distinz. suddetta, Tom. 23, Docum. N.° 31.

Petrus Dei gratia rex Aragone Valentie, Maioricarum Sardinee et Corsice comesque Barchinone Rossilionis et Ceritanee dilectis et fidelibus Gubernatori regni Sardinee nec non Capitaneis potestatibus Vicariis administratoribus et aliis officialibus nostris eiusdem ynsule presentibus et futuris vel loca tenentibus eorumdem ad quos presentes pervenerint salutem et dilectionem.

Meminimus vobis dudum scripsisse per binas nostras licteras in hunc modum. Petrus etc. dilectis et fidelibus regentibus officium Gubernationis Sardinee nec non Capitaneis Potestatibus Vicariis et administratoribus et aliis offitialibus nostris eiusdem ynsule presentibus et futuris vel eorum loca tenentibus ad quos presentes pervenerint salutem. Nuper vobis scripsisse seu subscripta mandata direxisse recollimus in hiis verbis. Petrus Dei gratia rex Aragone etc. dilectis et fidelibus regentibus officium gubernactionis Sardinee nec non capitaneis potestatibus vicariis administratoribus et aliis nostris offitialibus eiusdem ynsule presentibus et futuris vel eorum loca tenentibus ad quos presentes pervenerint salutem. Proposuit coram nobis nobilis Iacobus de Hericiis ambaxiator Comunis pisarum quod quamvis secundum conventiones et federa pacis olim inite inter dominum regem Iacobum avum et dominum regem Alfonsum patrem nostrum recordactionis felicis dictum Comune posset extrahere seu extrahi facere a villis et locis que habent in dicta ynsula quecumque blada absque soluctione alicuius iure pretextu ipsius extractionis libere atque franche officiales tamen regii predecessores vestri prohibuerunt vosque etiam ut percepimus inhibetis contra conventiones et pactiones premissas nec ipsum Comune vel eius offitiales possent granum aliquod abstrahere seu abstrahi facere a villis et locis predictis, sic quod a tempore quo dicta contracta pax extitit bladum aliquod extrahere minime valuerint quod in eorum dampnum maximum diminuctionem et preiudicium dicitur redundare. Quamobrem supplicante nobis prenominato ambaxiatore per nos in predictis de iustitie remedio provideri vobis et cuilibet vestrum dicimus et mandamus quatenus si premissa facta vel actentata existant contra formam conventionum et pactorum predictorum ab ipsis penitus dexistatis dictisque Comuni faciatis restituctionem dampni quod substinuisse dicitur hac de causa. Datum Barchinone quarto idus decembris anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo septimo. Nunc auctem ante nostre magestatis presentiam constituti nobilis et dilectus consiliarius noster Iohannes de Heritiis decretorum doctor et Francischus Merolla ambaxiatores honorabilis Comunis pisarum ad nos ex subscriptis causis et aliis destinati humili supplicatione mostrarunt quod licet vobis, vel aliquibus ex vobis, preinserta mandata

nostra fuerint presentata fueritisque cum instantia requisiti ut ea exequeremini cum effectu, vos tamen aut aliqui vestrum hec facere contemptibiliter distulistis pariter et differtis de quo si ita sit non modicum admirantes vobis et vestrum singulis sub incursu ire et indignationis nostre precipimus et mandamus quatenus omnia et singula in preinserta lictera nostra contenta iuxta sue originalis seriem pleniorem exequamini et effectualiter impleatis et contra eam venire in aliquo non temptetis vel per alios permictetis quomodolibet attemptari habendo vos taliter super eis quod dictum Comune aut districtuales ipsius ex hac causa de vobis iuste conquerendi materiam non assumant alioquin pro culpa si quam commicteretis in premissis vos in personis et bonis acriter puniremus. Datum Valentie kalendas septembris anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo nono. Sane cum nunc per nobiles et dilectos Iohannem de Herisiis consiliarium nostrum predictum et Iohannem Buzaccarini militem nuntios sive ambaxiatores per dictum Comune pro hiis et aliis factis et negotiis ad nostram presentiam noviter destinatos coram nobis expositum fuerit conquerendo quod vos vel vestrum aliqui mandata nostra superinserta improvide spernendo quamquam fueritis pluries et instantissime requisiti ut ipsa exequeremini et ad effectum debitum duceretis, id in nostri dedecus et conptentum tamquam in reprobum sensum dati facere minime curavistis ex quibus admiractionis causam si est ita assumpsimus vehementem. Quo circa ad ipsorum nuntiorum supplicationem propterea nobis factam vobis et vestrum cuilibet iterato dicimus et districte precipiendo mandamus sub pena nostre gratie et mercedis quatenus si iram et indignactionem nostram cupitis evitare mandata nostra preinserta per omnia compleatis et effectui perducatis, omnibus dilactionibus et exceptionibus frivolis postpositis et semotis prout in dictis licteris est vobis traditum in mandatis; Nec contra in eisdem expressata venire aut aliquid facere presumatis vel permictatis a quocumque aliquid premissis contrarium attemptari. Quoniam nobis plurimum displiceret sic in hiis vos habere curando, quod ammodo pro parte dicti Comunis vel districtualium suorum non videamus aliquem ractione premissorum in nostri presentiam contra iustitiam conquerentem nec propterea vobis nos oporteat scribere iterato; aliud scire vos volumus pro costanti quod contra vos et bona vestra et cuiuslibet vestrum sic fortiter et acriter tamquam mandatorum nostrorum transgressores procedemus, quod vobis cedet ad penam, et ceteris ad exemplum vosque merito penitebit; Quia circa predicta exequenda cum ea qua decet diligentia non vacastis. Datum Valentie decima quarta die februarii anno a nativitate Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo tertio. Ex auctoritate regia.

LXIV

Il suddetto Re di Aragona ordina al Governatore, ed agli altri uffiziali Regi di Sardegna, che procedano rigorosamente contro gli autori del misfatto commesso sulla persona di Dottino Bonaria, Chiarento, e Pasqualino da Piombino distrettuali *di Pisa, i quali, capitanando tre barche cariche di merci, erano stati assaliti nel* 1351 *da una galeotta armata nei mari di Terranuova, luogo marittimo dell'isola, spogliati di ogni avere, e barbaramente uccisi con tutto l'equipaggio*.

(1353, 14 febbraio).

Dall'Archivio I. R. delle Riformagioni di Firenze, classe e distinzione suddetta, Docum. num. 31.

Petrus Dei gratia Rex Aragone, Valentie, Maioricarum Sardinee et Corsice Comesque Barchinone Rossilionis et Ceritanee dilecto nostro gubernatori Sardinee regni qui nunc est vel qui pro tempore fuerit vel eius locum tenenti ceterisque officialibus nostris vel eorum loca tenentibus ad quos presentes pervenerint salutem et dilectionem. In nostre magestatis presentia constituti nobiles et dilecti Iohannes de Herisiis decretorum doctor et consiliarius noster et Iohannes Buzaccharini miles nuntii sive ambaxiatores ad nos pro hiis et aliis negotiis per honorabile comune pisarum noviter destinati exposuerunt graviter conquerendo quod anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo primo Doctinus Bonavie de Plumbino Chiarentus de Plumbino, Paschalinus de Plumbino pisani seu districtuales Comunis pisarum cum suis barchis diversis rebus et mercibus oneratis causa vehendi easdem apud pisas, in mari prope locum de Terranove ynsule supradicte fuerunt per quendam lembum chatalanis seu gentibus nostris armatum per gubernatorem tunc dicte ynsule ad eiusdem guardiam ut asseritur deputatum capti et cum omnibus marinariis seu ductoribus ipsarum barcharum crudeliter ac immaniter interfetti ac etiam disraubati contra pacem inter nos et dictum comune initam et concordiam antiquitus observatam propter quod fuit nobis per dictos ambaxiatores sive nuntios humiliter supplicatum ut de predictis sic enormiter factis ac propterea perpetratis restituctionem integram et iustitiam in talibus debitam breviter fieri facere mandaremus. Quarum ipsorum nuntiorum supplicationum prout convenit annuentes dictamque pacem et concordiam servare volentes vobis et vestrum cuilibet dicimus et districte precipiendo mandamus, quatenus constito vobis de predictis, quilibet vestrum infra jurisdictionem sibi commissam si dictos malefactores reperire poteritis capiatis et contra ipsos et eorum bona sic fortiter ac rigide pcunte iustitie procedatis quod premissorum punitio eis cedat ad penam et ceteris ad terrorem aliique eorum exemplo perterriti talia vel similia facere pertimescant. Et nichilominus de bonis ipsorum in rebus mercibus et aliis dictis pisanis seu districtualibus dicti comunis per predictos ablatis seu disraubatis vel eorum iusto pretio aut valore satisfactionem condignam et integram fieri faciatis habendo vos taliter in premissis quod dictum comune de nobis non habeat hac de causa iustam materiam conquerendi nec propter defettum iustitie in vobis inventum. Nos vobis oporteat pro predictis scribere iterato. Quoniam nobis plurimum displiceret vosque perinde graviter puniremus. Datum Valentie decima quarta die februarii anno a nactivitate Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo tertio. Ex auctoritate regia.

LXV

Lo stesso re di Aragona D. Pietro IV rinnova gli ordini già dati nel 1347 *e* 1349 *al Governatore, ed agli altri ufficiali Regi di Sardegna, affinchè i Pisani non siano ulteriormente molestati da Stefanino Olivar barone della villa di san Mazacio (odierno* Samatzai*), il quale pretendeva esigere multe e penali da detti Pisani, perché il bestiame dei loro feudi era entrato a pascolare in un* salto *appartenente al territorio di detta villa, essendo per antica consuetudine promiscuo il pascolo di bestiami nei confini dei rispettivi territori delle ville possedute in feudo nell'isola dal comune di Pisa, e da altri signori, o baroni*.

(1353, 14 febbraio).

Dall'I. R. Archivio delle Riformagioni di Firenze, classe e distinzione suddetta, Docum. num. 31.

Petrus Dei gratia Rex Aragone Valentie, Maioricarum Sardinee et Corsice Comesque Barchinone Rossilionis et Ceritanee dilectis et fidelibus Gubernatori Sardinee et aliis officialibus nostris eiusdem ynsule presentibus et qui pro tempore fuerint vel eorum loca tenentibus ad quos presentes pervenerint saluitem et dilectionem. Meminimus vobis dudum scripsisse per binas nostras licteras in hunc modum. Petrus Dei gratia Rex Aragonae dilectis et fidelibus regenti officium gubernationis Sardinee et aliis officialibus nostris eiusdem ynsule presentibus et qui pro tempore fuerint vel eorum loca tenentibus ad quos presentes pervenerint salutem. Nuper nobis scripsisse seu subscripta mandata nostra direxisse recolimus in hiis verbis. Petrus Dei gratia Rex Aragone dilectis et fidelibus Regenti officium gubernationis Sardinee et aliis officialibus nostris eiusdem ynsule presentibus et qui pro tempore fuerint vel eorum loca tenentibus ad quos presentes pervenerint salutem et dilectionem. Ad nostram recurrens presentiam nobilis Iohannes de Herisiis dilectus noster ambaxiator comunis pisarum, proposuit querelose quod quamquam de iure equitate et iuxta formam pactorum et conventionum olim inter illustres progenitores nostros reges Aragone dictumque comune initarum homines villarum quas ipsum comune habet in dicta ynsula in feufum et possidet possint licite eorum bestiaria immictere ad pascendum in terminis aliarum villarum circumstantium quemadmodum homines ipsarum villarum possunt sua bestiaria immictere in terminis villarum comunis prefati; veruntamen quidam procurator Stephini Olivarii (e?) cuius est villa Sancti Mazarii hiis non perspectis sed procedendo ut fertur homines octo villarum eiusdem comunis intrasse in quodam saltu ipsius ville ad pasturandum incurrisse penam banni per eum propria auctoritate impositi ibidem ad pasturandum intrantibus condepnavit ipsorum quemlibet in quinquaginta libris Alfonsinorum, quam quidem condempnationem dictus procurator nititur in curia castri Callari ubi super hoc questio vertitur petere ab hominibus antedictis non advertendo quod homines dicte ville Sancti Mazarii qui frequenter intrant ad pascendum in terminis villarum prelibati comunis tenentur et debent exsolvere diversas condempnactiones de eis per rectores sive vicarios dicti comunis factas multo maiores quam ipsa condempnactio summas pecunie attingentes vm cum asseratur supradictam condempnactionem fuisse factam per antefactum procuratorem super dicto saltu lite pendente ipsum comune super hiis et aliis multipliciter agravari et intentionis nostre existat pactiones et conventiones protarras eidem

LXVI

Il Re di Aragona D. Pietro IV scrive al Governatore, ed agli altri uffiziali Regii di Sardegna, ingiungendo ai medesimi, che, a tenore dei patti convenuti tra i sovrani suoi predecessori e il comune di Pisa, non frappongano impedimenti al libero esercizio della mercatura per parte dei Pisani nelle ville, e luoghi, ch'essi possedevano nell'isola, rinnovando in tal rispetto gli ordini già dati sullo stess'oggetto nel 1347 *e* 1349.

(1353, 14 febbraio)

Dall'I. R. Archivio delle Riformagioni di Firenze, classe e distinzione suddetta, Docum. num. 31.

Petrus Dei gratia Rex Aragone, Valentie, Maioricarum, Sardinee et Corsice comesque Barchinone Rossilionis et Ceritanee. Dilectis et fidelibus suis Gubernatori Sardinee ceterisque officialibus nostris presentibus et qui pro tempore fuerint vel eorum loca tenentibus ad quos presentes pervenerint salutem et dilectionem. Memininus vobis dudum scripsisse per binas nostras licteras in hunc modum. Petrus Dei gratia Rex Aragone dilectis et fidelibus regenti officium Gubernactionis Sardinee ceterisque officialibus nostris presentibus et qui pro tempore fuerint vel eorum loca tenentibus ad quos presentes pervenerint salutem etc. *Exponente nobis nobili Iacobo de Hericiis*. Nuper vobis scripsisse seu subscripta mandata direxisse recolimus in hiis verbis. Petrus Dei gratia Rex Aragone etc. dilectis fidelibus regentibus officium Gubernactionis Sardinee ceterisque officialibus presentibus et qui pro tempore fuerint vel eorum loca tenentibus ad quos presentes pervenerint salutem etc. Exponente nobis nobili Iacobo de Hericiis ambaxiatore comunis Pisarum percepimus quod quamquam iuxta pacta et conventiones olim initas inter illustres progenitores nostros Reges Aragone bone memorie ex parte una et dictum comune ex altera, pisani et quicumque alii possint in villis et locis que ipsum comune habet in ynsula prefata eorum res et merces emere, vendere et mercari, vos tamen ut fertur prohibitis eisdem contra pactiones et conventiones predictas, ne in dictis villis seu locis audeant vendere mercari et hemere ac apothecas rerum et mercium retinere, dictum comune super hoc plurimum adgravando. Cum autem nostre intentionis non sit pacta seu conventiones ipsas eidem comuni in aliquo infringere sed eas penitus observare ea propter ad ipsius ambaxiatoris humilis supplicationis instantiam, vobis et unicuique vestrum dicimus et districte mandamus quatenus premissorum occasione jam dictum comune, contra conventiones et pactiones premissas vel alias indebite minime agravetis nec agravari ullatenus permictatis; et si ipsum in aliquo agravastis illud ad statum debitum reducatis, absque aliqua tarditate. Datum Barchinone idus decembris. Anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo septimo. Nunc autem ante nostre magestatis presentiam constituti nobilis et dilectus consiliarius noster Iohannes de Hericiis decretorum doctor et Francischus Merolla, ambaxiatores honorabilis comunis pisarum, ad nos ex subscriptis causis et aliis destinati humili supplicatione mostraverunt, quod licet vobis vel aliquibus ex vobis preinserta mandata nostra fuerint presentata fueritisque cum instantia requisiti ut ea exequeremini cum effectu vos tamen aut aliquis vestrum hoc facere contemptibiliter distulistis pariter et differtis de quo si ita sit non modicum admirantes vobis et vestrum singulis sub incursu ire et indignationis nostre precipimus et mandamus quatenus omnia et singula in preinserta

nostra lictera contenta iuxta sue originalis seriem pleniorem exequamini et effectualiter impleatis et contra venire in aliquo non temptetis vel per alios permictatis quomodolibet attemptari, habendo vos taliter super eis quod dictum comune aut districtuales ipsius, ex hac causa de vobis iuste conquerendi materiam non assumant, alioquin pro culpa si quam commictetis in premissis vos in personis et bonis acriter puniremus. Datum Valentie kalendas decembris anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo nono. Sane cum nunc per nobiles et dilectos Iohannem de Hericiis consiliarium nostrum predictum et Iohannem Buzaccarini militem nuntios sive ambaxiatores per dictum comune pro hiis et aliis factis et negotiis ad nostram presentiam noviter destinatos coram nobis expositum fuerit conquerendo quod vos vel vestrum aliqui mandata nostra superinserta improvide spernendo quamquam fueritis pluries et instantissime requisiti ut ipsa exequeremini et ad effectum debitum duceretis id in nostri dedecus et contemptum facere minime curavistis, ex quibus admiractionis causam si est ita assumpsimus vehementem. Quo circa ad ipsorum nuntiorum supplicationem propterea nobis factam vobis et vestrum cuilibet iterato dicimus et districte precipiendo mandamus sub pena nostre gratie et mercedis quatenus si iram et indignationem nostram cupitis evitare mandata nostra preinserta per omnia compleatis et effectui perducatis omnibus dilactionibus et exceptionibus frivolis pospositis et semotis prout in dictis literis est vobis traditum in mandatis nec contra in eisdem expressata venire aut aliquid facere presumatis vel permictatis a quocumque aliquid premissis contrarium attemptari, cum nobis plurimum displiceret, sic in hiis vos habere curando quod amodo pro parte dicti comunis vel districtualium suorum non videamus aliquem ratione premissorum in nostri presentia contra iustitiam conquerentem nec propterea vobis nos oporteat scribere iterato; alias scire vos volumus pro constanti, quod contra vos et bona vestra et cuiuslibet vestrum sic fortiter et acriter tamquam mandatorum nostrorum transgressores procedemus, quod vobis cedet ad penam et ceteris ad exemplum vosque merito penitebit quia circa predicta exequenda cum ea qua decet diligentia non vacastis. Datum Valentie decima quarta die februarii. Anno a nactivitate Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo tertio. Ex auctoritate regia.

comuni eiusque districtualibus teneantur observari ea propter ad eius ambaxiatoris supplicationem humilem nobis propterea exhibitam reverenter vobis et cuilibet vestrum dicimus et districte mandamus quatenus premissorum occasione iam dictum comune contra conventiones et pactiones predictas vel alias indebite minime adgravetis nec adgravari ullatenus permictatis. Et si ipsum in aliquo adgravastis ad statum debitum illud perducatis postposita omni mora. Datum Barchinone quarto idus decembris anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo septimo. Nunc autem ante nostre Magestatis presentiam constituti nobilis et dilectus consiliarius noster Iohannes de Heritiis decretorum doctor et Francischus Merolla ambaxiatores honorabilis comunis pisarum ad nos ex suprascriptis causis et aliis destinati humili supplicatione mostraverunt quod licet vobis vel aliquibus ex vobis preinserta mandata nostra fuerint presentata fueritisque cum instantia requisiti ut ea exequeremini cum effectu vos tamen aut aliqui vestrum hoc facere contemptibiliter distulistis pariter et difertis de quo si ita sit non modicum admirantes vobis et vestrum singulis sub incursu ire et indignationis nostre precipimus et mandamus quatenus omnia et singula in preinserta litera nostra contenta iuxta sui originalis seriem pleniorem exequamini et effectualiter impleatis et contra ea venire in aliquo non temptetis vel per alios permictatis quomodolibet attemptari habendo vos taliter super eis quod dictum comune aut districtuales ipsius ex hac causa de vobis iuste conquerendi materiam non assumant alioquin pro culpa si quam commictetis in premissis, vos in personis et bonis acriter puniremus. Datum Valentie kalendis decembris anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo nono. Sane cum nunc per nobiles et dilectos nostros Iohannem de Hericiis consiliarium nostrum predictum et Iohannem Buzaccharini militem nuntios sive ambaxiatores per dictum comune pro hiis et aliis factis et negotiis ad nostram presentiam noviter destinatos coram nobis propositum fuerit conquerendo quod vos mandata nostra super inserta improvide spernendo, quamquam vos vel vestrum aliqui fueritis pluries requisiti ut ipsa exequeremini et ad effectum iustitie duceretis, id facere minime curavistis ex quibus admiractionis causam merito assumpsimus vehementem; quo circa ad ipsorum nuntiorum supplicationem humilem propterea nobis factam vobis iterato dicimus et districte precipiendo mandamus sub pena nostre gratie et mercedis, quatenus mandata nostra preinserta exequamini et compleatis, omnibus dilactionibus et exceptionibus frivolis pospositis et semotis prout in hiis licteris est vobis traditum. In mandatis taliter vos habendo quod amodo pro parte dicti comunis non videamus aliquem ractione premissa in nostra presentia contra iustitiam conquerentem ne propterea nos oporteat vobis scribere iterato. Alias scire vos volumus quod pro culpa si quam commiseritis in premissis vos graviter puniremus. Datum Valentie decima quarta die februarii anno a nactivitate domini millesimo trecentesimo quinquagesimo tertio. Ex aucoritate regia.

LXVII

Il Re di Aragona rinnova al Governatore ed agli ufficiali Regii di Sardegna gli ordini già dati nel 1347 *e* 1349 *per la restituzione della somma ch'era stata indebitamente esatta da alcuni comuni della Barbagia dipendenti dalla repubblica di Pisa a titolo di rifacimento di danni verso alcuni mercatanti, ch'erano stati depredati nei territorii di detti comuni*.

(1353, 14 febbraio).

Dall'I. R. Archivio delle Riformagioni di Firenze, classe e distinzione suddetta, Docum. Num. 31.

Petrus Dei gratia rex Aragone Valentie Maioricarum Sardinee et Corsice Comesque Barchinone Rossilionis et Ceritanee dilecto nostro Gubernatori Sardinee presenti et qui pro tempore fuerit vel eius locum tenenti salutem et dilectionem. Meminimus vobis dudum scripsisse per binas nostras licteras in hunc modum. Petrus Dei gratia Rex Aragone etc. dilecto nostro regenti officium gubernactionis Sardinee presenti et qui pro tempore fuerit vel eius locum tenenti salutem et dilectionem. Nuper vobis scripsisse seu subscripta mandata direxisse recolimus in hiis verbis; Petrus Dei gratia Rex Aragone etc. dilecto nostro regenti officium gubernactionis Sardinee presenti et qui pro tempore fuerit vel eius locum tenenti salutem etc. Ex petitione nobis oblata per nobilem et dilectum nostrum Iacobum de Hericiis ambaxiatorem comunis pisarum didicimus quod licet olim nonnulli Sardi negotiatores intendentes ad partes Barbagie et villas quas ipsum comune habet in dicta ynsula fuissent per aliquas personas inonoras (?) (1) verberati et etiam depredati et in huiusmodi maleficio qualiscumque de villis predictis culpam aliquam non haberet idem tamen Sardi propterea recurrentes ad Beregarium Ioyam tunc dicte insule gubernatorem suam inde coram eo de hominibus villarum ipsarum veluti proximioribus loco ubi huiusmodi maleficium commissum extitit querimoniam proclamarunt petentes ab eis centum libras alfonsinorum ad quas dicebant ascendere dictam predam, et etiam pro verberibus et violentia aliam quantitatem pro quibus lite pendente opportuit demum homines dictarum villarum se redimere et negotiatoribus prefatis exsolvere sexaginta libras monete predicte, quod contra pacta et conventiones pacis inter progenitores nostros bone memorie Aragone Reges dictumque comune inite dicitur redundare. Quam ob rem ad ipsius ambaxiatoris humilis supplicationis instantiam, vobis dicimus et mandamus quatenus si reperitis predictam pecuniam contra formam pactorum et conventionum premissarum, vel alias indebite fuisse exactam, eamdem de bonis dicti tunc gubernatoris antefacto comuni faciatis restitui et tornari vel si eam inveniretis ad fischum regium pervenisse, ipsam de redditibus nostris supradicte ynsule eidem comuni exsolvi integre faciatis. Datum Barchinone quarto idus decembris anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo septimo. Nunc autem ante nostre Magestatis presentiam constituti nobilis et dilectus consiliarius noster Iohannes de Herisiis decretorum doctor et Francischus Merolla ambaxiatores honorabilis comunis Pise ad nos ex subscriptis causis et aliis destinati humili supplicatione mostraverunt; quod licet vobis vel aliquibus ex vobis preinserta mandata nostra fuerint presentata fueritisque cum instantia requisiti ut ea exequeremini cum effectu, vos tamen aut aliqui vestrum hoc facere contemptabiliter distulistis, pariter et differtis, de quo si ita sit non modicum admirantes, vobis et vestrum singulis sub incursu ire et

indignactionis nostre precipimus et mandamus, quatenus omnia et singula in preinserta lictera nostra contenta, iuxta sui originalis seriem pleniorem, exequamini et effectualiter impleatis et contra eam venire in aliquo non temptetis vel per alios permictatis quomodolibet attemptari habendo vos taliter super eis quod dictum comune aut districtuales ipsius ex hac causa de vobis iuste conquerendi materiam non assumant alioquin pro culpa si quam commictetis in premissis vos in personis et bonis acriter puniremus. Datum Valentie kalendis decembris anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo nono. Sane cum nunc per nobiles et dilectos Iohannem de Herisiis consiliarium nostrum predictum et Iohannem Buzaccarini militem nuntios sive ambaxiatores per dictum comune pro hiis et aliis factis et negotiis ad nostram presentiam destinatos noviter coram nobis expositum fuit conquerendo quod vos mandata nostra superinserta improvide spernendo quamquam fueritis pluries et instantissime requisiti ut ipsa exequeremini et ad effectum debitum duceretis, id in nostri contemptum facere minime curavistis ex quibus admiractionis causam merito assumpsimus vehementem. Quocirca ad ipsorum nuntiorum supplicationem propterea nobis factam vobis iterum dicimus et districte precipiendo mandamus, sub pena nostre gratie et mercedis, quatenus si iram et indignactionem nostram cupitis evitare mandata nostra preinserta per omnia compleatis et effectui perducatis omnibus dilactionibus et exceptionibus frivolis postpositis et semotis prout in dictis licteris est vobis traditum in mandatis nec contra in eisdem expressata venire aut aliquid facere presumatis vel permictatis a quocumque aliquid premissis contrarium attemptari, cum nobis plurimum displiceret, sic in hiis vos habere curando, quod amodo pro parte dicti comunis vel districtualium suorum non videamus aliquem ratione premissorum contra iustitiam conquerentem nec propterea vobis nos opporteat scribere iterato, alias scire vos volumus pro constanti quod contra vos et bona vestra quecumque sic fortiter et acriter tamquam mandatorum nostrorum transgressores procedemus quod vobis cedet ad penam et ceteris ad exemplum vosque merito penitebit quia circa predicta exequenda cum ea qua decet diligentia non vacastis. Datum Valentie decima quarta die februarii anno a nactivitate Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo tertio. Ex auctoritate regia.

NOTE

(1) Il testo ha *inōras*.

LXVIII

Pietro IV re di Aragona rinnova il comando già dato nel 1347 *e* 1349 *al Governatore e agli uffiziali Regii di Sardegna, affinchè i Pisani stati espulsi dal castello di Cagliari siano indennizzati a giusto estimo del valore delle case e delle possessioni, delle quali furono spogliati; e ciò per adempiere alle condizioni della pace stipulata tra il re D. Giacomo suo avo e il re D. Alfonso suo padre da una parte, e il comune di Pisa dall'altro*.

(1353, 14 febbraio).

Dall'I. R. Archivio delle Riformagioni di Firenze, classe e distinzione suddetta, Num. 31.

Petrus Dei gratia Rex Aragone Valentie Maioricarum Sardinee et Corsice comesque Barchinone Rossilionis et Ceritanee dilecto nostro gubernatori regni Sardinee qui nunc est vel pro tempore iamdicto fuerit officio vel eius locum tenenti salutem et dilectionem. Meminimus vobis dudum scripsisse per binas nostras licteras in hunc modum; Petrus Dei gratia Rex Aragone dilecto nostro gubernatori seu regenti officium gubernationis Sardinee presenti et qui pro tempore fuerit vel eius locum tenenti salutem et dilectionem. Nuper vobis scripsisse seu subscripta mandata direxisse recolimus in hiis verbis; Petrus Dei gratia Rex Aragone etc. dilecto nostro regenti officium gubernactionis Sardinee presenti vel qui pro tempore fuerit vel eius locum tenenti salutem et dilectionem. Comparens in nostra presentia nobilis et dilectus noster Iacobus de Herisiis ambaxiator comunis Pisarum, humiliter supplicavit, quod cum ex conventione pacis olim inite inter dominum Regem Iacobum avum, et dominum Regem Alfonsum genitorem nostrum memorie recolende, omnes illi pisani et alii qui ante habebant domos seu possessiones in castro Callari et ab eis fuerint repulsi deberent habere in pertinentiis eorumdem iuxta extimationem inde ordinatam fieri satisfactionem condignam ab illis personis quibus domus et possessiones huiusmodi conferentur, et nonnulli ex ipsis expulsis pro eorum domibus et possessionibus nullam satisfactionem habuerunt vel emendam dignaremur eis satisfieri in premissis. Nos vero supplicationi predicte faventes benigne vobis dicimus et mandamus quatenus faciatis fieri extimationem legiptimam per duas personas fide dignas et idoneas nisi iam facta fuerit de domibus et possessionibus antedictis, que facta extimatione faciatis illis expulsis quibus domus ipse et possessiones ablate fuerint satisfieri per detentores ipsarum in earum pertinentiis extimatis iuxta conventionis predicte seriem et tenorem. Datum Barchinone decimo quinto kalendas ianuarii anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo septimo. Nunc autem ante nostre magestatis presentiam constituti nobilis et dilectus consiliarius noster Iohannes de Herisiis decretorum doctor, et Francischus Merolla ambaxiatores honorabilis comunis pisarum ad nos ex subscriptis causis et aliis destinati humili supplicatione mostraverunt quod licet vobis vel aliquibus ex vobis preinserta mandata nostra fuerint presentata fueritisque cum instantia requisiti ut ea exequeremini cum effectu vos tamen aut aliqui vestrum hoc facere contemptibiliter distulistis pariter et differtis; de quo si ita sit non modicum admirantes, vobis et vestrum singulis sub incursu ire et indignactionis nostre precipimus et mandamus quatenus omnia et singula in preinserta lictera nostra contenta iuxta sue originalis seriem plenarie exequamini et effectualiter impleatis et contra ea venire in aliquo non temptetis vel per alios permictatis quomodolibet attemptari habendo vos taliter super hiis quod dictum comune aut districtuales ipsius ex hac

causa de vobis iuste conquerendi materiam non assumant alioquin pro culpa si quam commictetis in premissis vos in personis et bonis acriter puniremus. Datum Valentie kalendas decembris anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo nono. Sane cum nunc per nobilem et dilectum Iohannem de Herisiis consiliarium nostrum predictum et Iohannem Buzaccarini militem nuntios sive ambaxiatores per dictum comune pro hiis et aliis factis et negotiis ad nostram presentiam noviter destinatos, coram nobis expositum fuit conquerendo quod vos vel vestrum aliqui mandata nostra superinserta improvide spernendo quamquam fueritis pluries et instantissime requisiti ut ipsa exequeremini et ad effectum debitum duceretis, id in nostri dedecus et contemptum tamquam in reprobum sensum dati facere minime curavistis ex quibus admiractionis causam si est ita assumpsimus vehementem; quocirca ad ipsorum nuntiorum supplicactionem propterea nobis factam vobis iterato dicimus et districte precipiendo mandamus sub pena nostre gratie et mercedis quatenus si iram et indignactionem nostram cupitis evitare mandata nostra preinserta per omnia compleatis et effectui perducatis omnibus dilactionibus et exceptionibus frivolis postpositis et semotis prout in dictis licteris est vobis traditum in mandatis nec contra in eisdem expressata venire aut aliquid facere presumatis vel permictatis a quocumque aliquid premissis contrarium attemptari cum nobis plurimum dipliceret, sic in hiis vos habere curando quod amodo pro parte dicti comunis vel districtualium suorum non videamus aliquem ractione premissorum in nostri presentiam contra iustitiam conquerentem nec propterea vobis non oporteat scribere iterato; alias scire vos volumus pro constanti quod contra vos et bona vestra quecumque sic fortiter et acriter tamquam mandatorum nostrorum transgressores procedemus quod vobis cedet ad penam et ceteris ad exemplum vosque merito penitebit quia circa predicta exequenda cum ea qua decet diligentia non vacastis. Datum Valentie decima quarta die februarii anno a nactivitate Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo tertio. Ex auctoritate regia.

LXIX

Lo stesso Re di Aragona ordina al Governatore, e a tutti gli ufficiali Regii in Sardegna di osservare puntualmente i patti, pe' quali spettava al comune di Pisa la giurisdizione alta *e* bassa *nelle ville e luoghi che ancora possedeva nell'isola a titolo di feudo, e di non turbare, né impedire in verun modo il libero esercizio di tale giurisdizione*.

(1353, 14 febbraio).

Dall'I. R. Archivio delle Riformagioni di Firenze, luogo cit.

Petrus Dei gratia Rex Aragone Valentie Maioricarum Sardinee et Corsice comesque Barchinone Rossilionis et Ceritanee dilectis et fidelibus gubernatori Sardinee ceterisque officialibus nostris dicte ynsule presentibus et futuris ad quos presentes pervenerint salutem et dilectionem. Meminumus vobis dudum scripsisse per binas nostras licteras in hunc modum, Petrus Dei gratia rex Aragone etc. dilectis et fidelibus regenti officium gubernationis Sardinee ceterisque offitialibus nostris eiusdem ynsule presentibus et futuris ad quos presentes pervenerint salutem et dilectionem; Nuper vobis scripsisse seu subscripta mandata direxisse recolimus in hiis verbis; Petrus Dei gratia Rex Aragone etc. dilectis et fidelibus regenti officium gubernationis Sardinee ceterisque officialibus nostris dicte ynsule presentibus et futuris ad quos presentes pervenerint salutem etc. Addiens presentiam nostram nobilis Iacobus de Herisiis ambaxiator honorabilis comunis pisarum exposuit cum querela quod quamvis dictum comune iuxta pacta et convenctiones inter progenitores nostros Reges Aragone illustres memorie recolende et ipsum comune initas et firmatas habeat et possideat omnes villas et loca que in predicta ynsula pro nobis tenet in feudum cum omni iurisdictione alta et baxa actamen gubernatores et alii offitiales regii qui pro tempore fuerunt eiusdem ynsule exercuerunt vosque etam exercetis in dictis villis et locis jurisdictionem quamcumque pignorando sequestrando et capiendo offitiales et homines dictarum villarum in personis rebus et bonis ipsorum eiusque precepta iussiones seu mandata per viam jurisdictionis officiorum vestrorum indifferenter ac diversimode faciendo ipsosque alias multipliciter molestando contra conventiones et pactiones premissas ac contra iustitiam ut asseritur aggravando, cum autem nos vestigia dictorum progenitorum nostrorum sequi volentes velimus ut decet pacta et conventiones predicta tenere et inviolabiliter observare. Eapropter ad ipsius ambaxiatoris instantiam et supplicationem humilem vobis et unicuique vestrum dicimus et mandamus firmiter et expresse, sub ire et indignationis nostre incursu quatenus pacta et conventiones jam dictas dicto comuni eiusque offitialibus hominibus seu districtualibus predictarum villarum et locorum suorum omnimode observando ab omni iurisdictionis exercitio quod redundet vel esse possit contra conventiones et pactiones premissas penitus desistatis, et si quid contra earum tenores attemptatum fore reperitis illud ad statum debitum reducatis, alias imputabitur culpe vestre; nosque perinde adversus vos taliter procedemus quod vobis cedet ad penam et ceteris similia attemptare volentibus ad terrorem. Datum Barchinone septimo idus decembris anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo septimo. Nunc autem ante nostre magestatis presentiam constituti nobilis et dilectus consiliarius noster Iohannes de Herisiis decretorum doctor et Francischus Merolla ambaxiatores honorabilis comunis Pisarum ad nos subscriptis causis et aliis destinati humili supplicatione mostraverunt. Quod licet vobis vel aliquibus ex

vobis preinserta mandata nostra fuerint presentata fueritisque cum instantia requisiti ut ea exequeremini cum effectu, vos tamen aut aliqui vestrum hoc facere contemptabiliter distulistis pariter et differtis, de quo si ita sit non modicum admirantes vobis et vestrum singulis sub incursu ire et indignationis nostre precipimus et mandamus, quatenus omnia et singula in preinserta lictera contenta iuxta sui originalis seriem pleniorem exequamini et effectualiter impleatis et contra ea venire in aliquo non temptetis, vel per alios permictatis quomodolibet attemptari, habendo vos taliter super eis quod dictum comune aut districtuales ipsius ex hac causa de vobis iuste conquerendi materiam non assumant, alioquin pro culpa si quam commictetis in premissis vos in personis et rebus acriter puniremus. Datum Valentie kalendas decembris anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo nono. Sane cum nunc per nobiles et dilectos Iohannem de Herisiis consiliarium nostrum predictum et Iohannem Buzaccharini militem nuntios sive ambaxiatores per dictum comune pro hiis et aliis factis et negotiis ad nostram presentiam noviter destinatos coram nobis expositum fuit conquerendo quod vos mandata nostra superinserta improvide spernendo quamquam fueritis pluries et instantissime requisiti ut ipsa exequeremini et ad effectum debitum duceretis id in nostri contemptum facere minime curavistis ex quibus admiractionis causam si est ita assumpsimus vehementem. Quocirca ad ipsorum nuntiorum supplicationem propterea nobis factam vobis iterato dicimus et districte precipiendo mandamus sub pena nostre gratie et mercedis quatenus si iram et indignactionem nostram cupitis evitare mandata nostra preinserta per omnia compleatis, et effectui perducatis, omnibus dilactionibus et exceptionibus frivolis postpositis et semotis, prout in dictis licteris est vobis traditum in mandatis nec contra in eisdem expressata venire aut aliquid facere presumatis nec a quocumque aliquid premissis contrarium attemptari, cum nobis plurimum displiceret, ac in hiis vos habere curando quod amodo pro parte dicti comunis vel districtualium suorum non videamus aliquem ractione premissorum in nostri presentiam contra iustitiam conquerentem nec propterea vobis non opporteat scribere iterato, alias vos scire volumus pro constanti quod contra vos et bona vestra quecumque sic fortiter et acriter tamquam mandatorum nostrorum transgressores procedemus quod vobis cedet ad penam et ceteris ad exemplum, vosque merito penitebit quia circa predicta exequenda cum ea qua decet diligentia non vacastis. Datum Valentie decima quarta die februarii anno a nactivitate Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo tertio. Ex auctoritate regia.

LXX

Pietro IV re di Aragona rinnova al Governatore, ed agli altri uffiziali Regii in Sardegna gli ordini che avea già dato nel 1347 *e* 1349*, affinchè si cessasse dall'abuso di esigere dai Pisani l'uno per cento su tutte le merci ch'estraevano, e che importavano nel castello di Cagliari, e si osservasse invece l'antica consuetudine, per cui gli stessi Pisani erano esenti da ogni dazio nell'introdurre e nell'esportare le loro mercanzie, ed altri generi di qualunque specie da detto castello*.

(1353, 14 febbraio).

Dall'I. R. Archivio delle Riformagioni di Firenze, Distinz. III, Tom. XXIII. Num. 31.

Petrus Dei gratia Rex Aragonae Valentie, Maioricarum Sardinee et Corsice Comesque Barchinone Rossilionis et Ceritanee dilecto et fidelibus Gubernatori regni Sardinee et aliis universis et singulis officialibus nostris regni ipsius ad quos presentes pervenerint vel eorum loca tenentibus salutem et dilectionem. Meminimus vobis dudum scripsisse per nostras licteras in hunc modum. Petrus Dei gratia Rex Aragonae etc., dilecto et fidelibus Gubernatori regni Sardinee et aliis universis et singulis offitialibus nostris regni Sardinee ad quos presentes pervenerint vel eorum loca tenentibus salutem etc. Nobis ex humili supplicatione est remostratum per nobilem et dilectum consiliarium nostrum Iohannem de Hericiis decretorum doctorem et Franciscum Merolla cives et ambaxiatores ad nostre magestatis presentiam destinatos per venerabile comune pisarum; quod mercatores pisani degentes et commertia conversationes habentes mercactiones exercentes in castello nostro Callari coguntur et coacti fuerunt a non modico tempore citra per gubernatores et officiales Regios nostros ibidem existentes solvere et solvunt ipsis officialibus Regiis ultra modum debitum et consuetum et consuetudinem diutius observatam pro gabella sive dirictu omnium mercantionum et rerum quas immiserunt et immictunt in castro Callari vel inde extrahunt vel extraxerunt temporibus retrolapsis ad rationem videlicet unius pro centenario valentie dictarum mercantiarum et rerum quod cedere dignoscitur in grave dampnum predictorum mercatorum pisanorum, unde cum predicta fieri dicantur et facta fuisse contra omne debitum rationis et consuetudinem diuctius observatam et dictum comune pisarum et pisani tractaverint tractent et tractare intendant subditos nostros fideles ubique benigne et eis suas antiquas consuetudines in similibus observare. Ideo nobis per predictos ambaxiatores fuit humiliter supplicatum quod in predictis dignaremur debite et secundum iustitiam providere. Quorum audita supplicactione velut iusta condescendentes eidem vobis et cuilibet vestrum dicimus et mandamus expresse quatenus dictos mercatores res et bona eorum non molestetis contra usum antiquum, aliquo non gravetis, nec in predictis novitates aliquas faciatis aut fieri permictatis quin imo si aliqua iniuste et contra antiquam consuetudinem capta vel recepta fuerint indebite illa restitui prout iustitia exigit faciatis et cum effectu super predictis exhibeatis eis expeditum iustitie complementun, taliter quod de vobis conquerendi materiam non assumant. Datum Valentie kalendis decembris anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo nono. Nunc autem in nostre magestatis presentia constituti nobiles et dilecti Iohannes de Hericiis legum doctor consiliarius noster predictus et Iohannes Buzaccharini miles nuntii pro honorabile comune pisarum pro hiis et aliis ad nostram magestatem regiam destinati exposuerunt graviter conquerendo quod licet

vobis vel vestrum aliquibus litera preinserta fuerit presentata, fueritisque cum instantia requisiti, ut contenta in preinserta lictera observaretis ac etiam compleretis vos tamen vel vestrum aliqui in nostri mandati contemptum id facere distulistis et etiam nunc differtis, de quo si est ita non modicum cogimur admirari. Quare ad ipsorum ambaxiatorum supplicationem humilem nobis factam vobis et vestrum singulis sub pena nostre gratie et mercedis dicimus et mandamus quatenus contenta in preinserta lictera exequamini et compleatis iuxta sui originalis seriem pleniorem nec dictos mercatorem res aut bona eorumdem molestetis contra usum antiquum et hactenus usitatum in premissis novitates aliquas minime faciendo aut fieri permictendo eisque si qua capta iniuste vel recepta fuerint restitui faciendo prout iuris ratio suadebit et alias super predictis faciendo eisdem iustitiam breviter ac etiam expeditam sic quod de vobis non habeant iustam materiam conquerendi, alias vos scire volumus pro costanti quod pro culpa si quam habueritis in premissis vos in personis et bonis graviter puniremus. Datum Valentie decima quarta die februarii, anno a nactivitate Domini millesimo, trecentesimo quinquagesimo tertio. – Ex auctoritate regia.

LXXI

Ordinazione Regia di D. Pietro IV di Aragona, con la quale si comanda al Governatore, ed agli altri uffiziali Regii di Sardegna di far restituire al comune di Pisa le somme, che Alfonso di Ledrera avea estorto dagli abitanti di una villa, che lo stesso comune possedeva nell'isola a titolo di feudo, asserendosene creditore, senza darne alcuna prova.

(1353, 14 febbraio).

Dall'I. R. Archivio delle Riformagioni di Firenze, Classe e Distinz. sudd.

Petrus Dei gratia Rex Aragone Valentie, Maioricarum Sardinee et Corsice Comesque Barchinone Rossilionis et Ceritanee dilectis et fidelibus gubernatori Sardinee et aliis offitialibus nostris tam eiusdem ynsule quam aliorum regnorum et terrarum nostrarum presentibus et futuris vel eorum loca tenentibus ad quos presentes pervenerint salutem et dilectionem. Meminimus vobis dudum scripsisse per binas nostras licteras in hunc modum. Petrus dei gratia Rex Aragonae etc, dilectis et fidelibus regenti officium gubernationis Sardinee et aliis officialibus nostris tam eiusdem ynsule quam aliorum regnorum et terrarum nostrarum presentibus et futuris vel eorum loca tenentibus ad quos presentes pervenerint salutem etc. Nuper vobis scripsisse seu subscripta mandata direxisse recolimus in hiis verbis. Petrus Dei gratia Rex Aragone etc. dilectis et fidelibus regenti officium gubernationis Sardinee et aliis offitialibus nostris tam eiusdem ynsule quam aliorum regnorum et terrarum nostrarum presentibus et futuris vel eorum loca tenentibus ad quos presentes pervenerint salutem etc. Petictionis nobis reverenter exhibite per nobilem et dilectum nostrum Iacobum de Herisiis ambaxiatorem comunis pisarum series continebat quod olim Arnaldus de Ledrera qui in dicta insula morabatur asserens homines ville de Lectu que est ipsius comunis teneri sibi dare et solvere quandam pecunie quantitatem fecit eosdem homines ei redimi in sexaginta libras alfonsinorum minutorum licet ut fertur nullum instrumentum debitorium de predictis obstenderet vel haberet aliquam iustam causam, quam quidem quantitatem Iohannes de Turchio tunc vicarius sive rector villarum et locorum que prefatum comune habet in dicta ynsula ad hoc ut dictus Arnaldus non depredaret villam predictam prout comminatus fuerat fecit integre sibi solvi et nichilominus dictus Arnaldus veniens ad duas villas comunis predicti de curattaria Gippi, que ante fuerant sue earum hominibus imposuit datium, sive paytam pecunie, quam contra voluntatem ipsorum et vicarii predicti una cum expensis plurimis ab eis habuit ut dicitur et recepit; verum cum prelibatus ambaxiator asserat premissa in dicti comunis dampnum preiudicium et dispendium existere attemptata idcirco ad ipsius instantiam et supplicactionem humilem vobis dicimus et precipiendo districte mandamus, quatenus si est ita quilibet vestrum in districtu suo satisfaciatis et satisfieri faciatis dicto comuni vel eius procuratori de bonis que fuerunt Arnaldi predicti in omni eo quod repereritis eundem in dictis villis cepisse et indebite occupasse procedendo super hiis breviter et summarie et de plano et sine lite si et prout iustitia suadebit. Datum Barchinone quarto idus decembris anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo septimo. Nunc autem ante nostre magestatis presentiam constituti nobilis et dilectus consiliarius noster Iohannes de Herisiis decretorum doctor et Francischus Merolla ambaxiatores honorabilis comunis pisarum ad nos ex subscriptis causis et aliis destinati humili supplicatione mostraverunt quod licet vobis vel aliquibus ex vobis

preinserta mandata nostra fuerint presentata fueritisque cum instantia requisiti ut ea exequeremini cum effectu, vos tamen aut aliqui vestrum hoc facere contemptabiliter distulistis pariter et differtis, de quo si ita est non modicum admirantes vobis et vestrum singulis sub incursu ire et indignactionis nostre precipimus et mandamus quatenus omnia et singula in preinserta lictera nostra contenta iuxta sui originalis seriem pleniorem exequamini et effectualiter impleatis et contra eam in aliquo venire non temptetis, vel per alios permictatis quomodolibet attemptari habendo vos super hiis taliter quod dictum comune aut districtuales ipsius ex hac causa de vobis iuste conquerendi materiam non assumant alioquin pro culpa si quam commictetis in premissis vos in personis et bonis acriter puniremus. Datum Valentie kalendas decembris anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo nono. Sane cum nunc per nobiles et dilectos nostros Iohannem de Hericiis consiliarium nostrum predictum et Iohannem Buzaccharini militem nuntios sive ambaxiatores per dictum comune pro hiis et aliis factis et negotiis ad nostram presentiam noviter destinatos coram nobis propositum fuit conquerendo quod vos mandata nostra superinserta improvide spernendo quamquam vos vel vestrum aliqui fueritis pluries requisiti ut ipsa exequeremini et ad effectum iustitie duceretis id facere minime curavistis ex quibus admiractionis causam merito assumpsimus vehementem. Quodcirca ad ipsorum nuntiorum supplicactionem humilem nobis factam propterea vobis iterato dicimus et districte precipiendo mandamus sub pena nostre gratie et mercedis quatenus mandata nostra preinserta exequamini et compleatis omnibus dilactionibus et exceptionibus frivolis postpositis et semotis prout in hipsis licteris est vobis traditum in mandatis taliter vos in hiis habendo quod amodo pro parte dicti comunis non videamus aliquem ractione premissa in nostri presentia contra iustitiam conquerentem nec propterea nos opporteat vobis scribere iterato. Alias scire vos volumus quod pro culpa si quam commiseritis in premissis vos graviter puniremus. Datum Valentie decima quarta die februarii anno a nactivitate Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo tertio. – Ex auctoritate regia.

LXXII

Il re di Aragona ordina al Governatore di Sardegna di esaminare in via spedita e sommaria la questione insorta tra il comune di Pisa, e ser Duodo borghese e notaio di Villa di Chiesa (attuale Iglesias), il quale per certa somma di denaio, di cui asseriva essere creditore, si era messo in possesso della villa e tenuta di Palus *già conceduta in feudo allo stesso comune dal re D. Giacomo II, e dall'infante D. Alfonso; e laddove gli risultasse non sussistere il credito, facesse restituire la villa e la tenuta medesima al feudatario*.

(1353, 14 febbraio).

Dall'Archivio delle Riformagioni di Firenze, classe e distinzione sudd.

Petrus Dei gratia Rex Aragone Valentie Maioricarum Sardinee et Corsice comesque Barchinone Rossilionis et Ceritanee dilecto nostro Gubernatori ynsule Sardinee presenti et futuro salutem et dilectionem. Meminimus vobis dudum scripsisse per binas nostras licteras in hunc modum. Petrus Dei gratia Rex Aragone etc. dilecto nostro regenti officium gubernactionis ynsule Sardinee presenti et futuro salutem et dilectionem. Nuper vobis scripsisse seu subscripta mandata direxisse recolimus in hiis verbis. Petrus Dei gratia Rex Aragone etc. dilecto nostro regenti officium gubernactionis ynsule Sardinee presenti et futuro salutem et dilectionem. In nostra constitutus presentia nobilis Iacobus de Herisiis ambaxiator comunis Pisarum proposuit querelose quod quamquam iuxta pacta et conventiones pacis post acquisitionem eiusdem insule inite inter dominum regem Iacobum avum et Alfonsum genitorem nostri tunc infantem memorie recolende ex una parte et ipsum comune ex altera vila vocata Palus de Vinea fuisset eidem comuni una cum aliis diversis villis per dictos dominos reges progenitores nostros in feudum concessa, tamen ut percepimus officiales nostri prefate ynsule qui pro tempore fuerint dictis pactionibus non attentis nulloque iuris ordine observato et ipso comuni non citato dederunt ser Duodo notario Burgensi Ville Ecclesie possessionem et tenutam ville predicte pro certa pecunie quantitate quam ipse asserebat se a dicto comuni debere recipere et habere; qua ractione ipse ser Duodus habuit et tenuit et usufructavit a longo tempore citra et de presenti tenet et usufructat dictam villam contra formam conventionum pactionum et concessionis premissarum ac in prelibati comunis preiudicium evidens et iacturam: sane cum intentionis nostre existat conventiones et pactiones iam dictas inconcusse servari; ideo ad ipsius ambaxiatoris supplicactionis instantiam vobis dicimus et mandamus quatenus vocatis illis quorum interest si repereritis dictam villam sive tenutam antefacto comuni fuisse concessam et de eius consensu dicto ser Duodo non fuisse donatam, faciatis eidem comuni fieri restituctionem debitam ville sive tenute prefacte cum fructibus inde perceptis procedendo super hiis breviter summarie et de plano sine strepitu iudicii et figura ac etiam prout de iure et ractione existit faciendum. Datum Barchinone idus decembris anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo septimo. Nunc autem ante nostre magestatis presentiam constituti nobilis et dilectus consiliarius noster Iohannes de Hericiis decretorum doctor et Francischus Merolla ambaxiatores honorabilis comunis pisarum ad nos ex subscriptis causis et aliis destinati humili supplicatione mostraverunt quod licet vobis preinsertum mandatum nostrum fuerit presentatum fueritisque cum instantia requisiti ut illud exequeremini cum effectu, vos tamen hoc facere contemptibiliter distulistis pariter et

differtis de quo si ita sit non modicum admirantes vobis sub incursu ire et indignactionis nostre precipimus et mandamus quatenus si est ita ut in narratione preinserte lictere continetur restituctionem dicte ville in casu preinserto fieri faciatis comuni iamdicto et alia compleatis que in preinserta litera continetur iuxta ipsius seriem pleniorem habendo vos taliter in premissis quod supplicantes iamdicti propterea de vobis materiam conquerendi non assumant. Datum Valentie kalendas decembris anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo nono. Sane cum nunc per nobiles et dilectos nostros Iohannem de Herisiis consiliarium nostrum predictum et Iohannem Buzaccharini militem nuntios sive ambaxiatores per dictum comune pro hiis factis et aliis negotiis ad nostram presentiam noviter destinatos coram nobis expositum fuit conquerendo quod licet vobis mandata preinserta fuerint presentata illa improvide spernendo quamquam fueritis pluries instantissime requisiti ut ipsa exequeremini id facere minime curavistis; ex quibus admiractionis causam merito assumpsimus vehementem. Quodcirca ad ipsorum nuntiorum supplicactionem humilem nobis factam, vobis iterato dicimus et districte precipiendo mandamus sub pena nostre gratie et mercedis quatenus mandata nostra preinserta compleatis et exequamini omnibus dilactionibus et exceptionibus frivolis postpositis et semotis prout in ipsis licteris est vobis traditum in mandatis nec contra in eis contenta veniatis vel venire aliqualiter permictatis cum nobis plurimum displiceret sic in hiis vos habere curando quod amodo pro parte dicti comunis non videamus aliquem ractione premissorum contra iustitiam conquerentem nec propterea nos vobis opporteat scribere iterato alias scire vos volumus quod contra vos pro inobedientia atque culpa si in ea fueritis rigide procederemus. Datum Valentie decima quarta die februarii, Anno a nactivitate Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo tertio; – Ex auctoritate regia. –

LXXIII

Lettere del re D. Pietro di Aragona al Governatore di Sardegna, con le quali rinnova gli ordini già dati nel 1347 *e* 1349 *acciò fosse restituita al comune di Pisa la somma, ch'era stata violentemente estorta a titolo di* sussidio *dagli ufficiali Regii all'amministratore dei feudi, che lo stesso comune possedeva nell'isola, in occasione del matrimonio della figlia del re Don Alfonso col re di Maiorca, benché tali feudi, secondo i patti giurati, fossero esenti da ogni censo, e servizio*.

(1353, 14 febbraio).

Dall'I. R. Archivio delle Riformagioni di Firenze, classe XI, Atti Pubblici, distinz. III, tom. XXIII. Docum. num. 31.

Petrus Dei gratia Rex Aragone Valentie Maioricarum Sardinee, et Corsice, Comesque Barchinone Rossilionis et Ceritanee, dilecto nostro Gubernatori regni Sardinee qui nunc est vel cuicumque alii qui pro tempore in dicto fuerit officio vel eius locum tenenti salutem et dilectionem. Meminimus vobis dudum scripsisse per binas nostras licteras in hunc modum. – Petrus etc. dilecto nostro regenti officium gubernationis Sardinee qui nunc est vel pro tempore fuerit seu eius locum tenenti salutem et dilectionem. Nuper vobis scripsisse seu subscripta mandata direxisse recolimus in hiis verbis; Petrus Dei gratia Rex Aragone etc. dilecto nostro regenti officium gubernationis Sardinee qui nunc est vel pro tempore fuerit seu eius locum tenenti salutem etc. Comparens in nostra presentia nobilis et dilectus noster Iacobus de Herisiis ambaxiator comunis Pisarum graviter est conquestus, quod licet ipsum commune iuxta pacta et conventione pacis olim inite inter dominum Regem Alfonsum genitorem nostrum tunc infantem memorie recolende et dictum comune pro villis et locis que habent in predicta ynsula non tenentur prestare servitium aliquod sive censum attamen Petrus de Libiano tunc administrator reddituum et iurium Regiorum antedicte ynsule, hoc non attento petiit a camerario predictarum villarum pro dicto comuni, etiam partem omnium reddituum illius anni eorumdem villarum et locorum sibi dari pro subsidio matrimonii quod illustris dicti domini patris nostri filia sororque nostra carissima bone memorie contraxit cum inclito Iacobo de Montemplo tunc Rege Maiorice, et quia antefactus camerarius subsidium huiusmodi denegavit prestare dictus administrator fecit capi et occupari quandam eiusdem camerarii caxiam in qua conservabatur antedicti comunis pecunia, eamque ad terram Castri Callari fecit duci, et de qua septingentas libras alfonsinorum vel quantum comunis eiusdem ex dicta caxia dicitur abstraxisse. Sane cum intentionis nostre existat supra dictum comune nihil debuisse contribuere in premissis et propterea velimus super hiis debite providere; ideo volentes ne ex prestatione seu exactione iamdicti subsidii dicto comuni preiudicium aliquod imposterum generetur vobis dicimus et mandamus quatenus de quantitate que ab antefato camerario exacta dicitur, nos certificare curetis ut inde restitutionem debitam eidem comuni facere valeamus. Datum Barchinone quarto idus decembris anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo septimo. Nunc autem ante nostre magestatis presentiam constituti nobilis et dilectus consiliarius noster Iohannes de Hericiis decretorum doctor et Francischus Merolla ambaxiatores honorabilis comunis Pisarum ad nos ex subscriptis causis et aliis destinati humili supplicatione mostraverunt, quod licet vobis vel aliquibus ex vobis preinserta mandata nostra fuerint presentata

fueritisque cum instantia requisiti ut ea exequeremini cum effectu vos tamen aut aliqui vestrum hoc facere contemptibiliter distulistis pariter et differtis, de quo si ita sit non modicum admirantes, vobis et vestrum singulis sub incursu ire et indignactionis nostre precipimus et mandamus quatenus omnia et singula in preinserta lictera nostra contenta iuxta sui originalis seriem pleniorem exequamini et effectualiter impleatis et contra ea venire in aliquo non temptetis vel per alios permictatis quomodolibet attemptari habendo vos taliter super eis quod dictum comune aut districtuales ipsius ex hac causa de vobis iuste conquerendi materiam non assumant alioquin pro culpa si quam commictetis in premissis vos in personis et bonis acriter puniremus. Datum Valentie kalendis decembris anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo nono. Sane cum nunc per nobiles et dilectos Iohannem de Herisiis consiliarium nostrum predictum, et Iohannem Buzaccharini militem nuntios sive ambaxiatores per dictum comune pro hiis et aliis factis et negotiis ad nostram presentiam noviter destinatos coram nobis expositum fuerit conquerendo quod vos vel vestrum aliqui mandata nostra superinserta improvide spernendo quamquam fueritis pluries et instantissime requisiti ut ipsa exequeremini et ad effectum debitum deceretis id in nostri dedecus et contemptum tamquam in reprobum sensum dati minime facere curavistis ex quibus admiractionis causam si est ita assumpsimus vehementem; quocirca ad ipsorum nuntiorum supplicactionem propterea nobis factam vobis et vestrum cuilibet iterato dicimus et districte precipiendo mandamus sub pena nostre gratie et mercedis, quatenus si iram et indignactionem nostram cupitis evitare, mandata nostra preinserta per omnia compleatis et effectui perducatis, omnibus dilationibus et exceptionibus frivolis postpositis et semotis prout in dictis literis est vobis traditum in mandatis, nec contra in eisdem expressata venire aut aliquid facere presumatis, vel permictatis a quocumque aliquid premissis contrarium attemptari, cum nobis plurimum displiceret, sic in hiis vos habere curando, quod amodo pro parte dicti comunis vel districtualium suorum non videamus aliquem ractione premissorum in nostri presentia contra iustitiam conquerentem, et propterea vobis non opporteat scribere iterato, alias scire vos volumus pro constanti quod contra vos et bona vestra et cuiuslibet vestrum sic fortiter et acriter tamquam mandatorum nostrorum transgressores procedemus, quod vobis cedet ad penam et ceteris ad exemplum, vosque merito penitebit quia circa predicta exequenda cum ea qua decet diligentia non vacastis. Datum Valentie decimaquarta die februarii anno a nactivitate Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo tertio, – Ex auctoritate Regia. –

LXXIV

Il re di Aragona scrive al Governatore di Sardegna, che eseguisca immediatamente gli ordini già dati nel 1347 *e ripetuti nel* 1349*, per la restituzione di alcune case esistenti presso il porto di Cagliari, che il comune di Pisa avea dato con altre terre e possessioni ai custodi del ponte nuovo di* Ex-pino *per la conservazione del medesimo, le quali erano state, ed erano anche allora indebitamente occupate dagli ufficiali Regii; e perché al tempo istesso li detti custodi fossero rifatti dei danni, ch'essi asserivano aver sofferto per causa di tale indebita occupazione, e riclamavano a ragione di cinquanta fiorini d'oro all'anno*.

(1353, 14 febbraio).

Dall'Archivio delle Riformagioni di Firenze, classe, distinz., tom. e num. sudd.

Petrus Dei gratia Rex Aragone Valentie Maioricarum Sardinee, et Corsice Comesque Barchinone Rossilionis et Ceritanee. Dilecto nostro Gubernatori Sardinee presenti et qui pro tempore fuerit salutem et dilectionem. Meminimus vobis dudum scripsisse per binas nostras licteras in hunc modum. Petrus Dei gratia Rex Aragone etc. dilecto nostro regenti officium gubernactionis Sardinee presenti aut qui pro tempore fuerit, salutem etc. Nuper vobis scripsisse seu subscripta mandata direxisse recolimus in hiis verbis. Petrus Dei gratia Rex Aragone etc. Dilecto nostro regenti officium gubernactionis Sardinee presenti aut qui pro tempore fuerit salutem etc. In nostra comparens presentia nobilis et dilectus noster Iacobus de Hericiis ambaxiator comunis Pisarum humiliter intimavit, quod licet ponterii temporum preteritorum pontis novi de ex pino, ex donactione in dotem eiidem ponti inde facta per ipsum comune de diversis possessionibus atque terris tenuerint et pacifice possiderint omnes domos quas dictum comune habebat prope portam castri Callari, ac pro eis pensiones receperint suo juri, nonnulli tamen subditi nostri occuparunt ut asseritur domos predictas et occupatas tenent in ipsorum ponteriorum qui propterea in quinquaginta florenos auri et ultra pro quolibet anno dampnificati dicuntur preiudicium et non modicum nocumentum. Quare nobis prelibatus ambaxiator cum instantia postulavit ut super hiis providere dignaremur de remedio concedenti; Nos vero supplicactionem huiusmodi annuentes benigne, vobis dicimus et districte precipiendo mandamus, quatenus vocatis illis quorum interest, vobis constito de predictis faciatis fieri debitam dictarum domorum restituctionem, cum restituctione dampni dati ponteriis supradictis ut iuris fuerit et etiam ractionis, procedendo in hiis breviter summarie et debite sine strepitu judicii et figura. Datum Barchinone quarto idus decembris anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo septimo. Nunc autem ante nostre magestatis presentiam constituti nobilis et dilectus consiliarius noster Iohannes de Hericiis decretorum doctor et Francischus Merolla ambaxiatores honorabilis comunis pisarum ad nos ex subscriptis causis et aliis destinati humili supplicactione monstraverunt quod licet vobis vel aliquibus ex vobis preinserta mandata fuerint presentata, fueritisque cum instantia requisiti ut ea exequeremini cum effectu, vos tamen aut aliqui vestrum hoc facere contemptibiliter distulistis pariter et differtis, de quo si ita sit non modicum admirantes vobis et vestrum singulis sub incursu ire et indignactionis nostre precipimus et mandamus, quatenus omnia et singula in preinserta lictera contenta juxta sue originalis seriem pleniorem exequamini, et effectualiter impleatis et contra ea venire in aliquo non temptetis vel per alios permictatis quomodolibet

attemptari habendo vos taliter super eis quod dictum comune aut districtuales ipsius ex hac causa de vobis iuste conquerendi materiam non assumant, alioquin pro culpa si quam commiseritis in premissis vos in personis et bonis acriter puniremus. Datum Valentie kalendas decembris anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo nono. Sane cum nunc per nobiles dilectos Iohannem de Hericiis consiliarium nostrum predictum et Iohannem Buzaccharini militem nuntios sive ambaxiatores per dictum comune pro hiis et aliis factis et negotiis ad nostram presentiam noviter destinatos coram nobis expositum fuerit conquerendo quod vos vel vestrum aliqui mandata nostra superinserta improvide spernendo, quamquam fueritis pluries et instantissime requisiti ut ipsa exequeremini et ad effectum debitum duceretis; id in nostri dedecus et contemptum tamquam in reprobum sensum dati facere minime curavistis, ex quibus admiractionis causam si est ita assumpsimus vehementem; quo circa ad ipsorum nuntiorum supplicactionem propterea nobis factam, vobis et vestrum cuilibet iterato dicimus et districte precipiendo mandamus sub pena nostre gratie et mercedis, quatenus si iram et indignactionem nostram cupitis evitare, mandata nostra preinserta per omnia compleatis et effectui perducatis, omnibus dilactionibus et exceptionibus frivolis postpositis et semotis, prout in dictis licteris est vobis traditum in mandatis nec contra in eisdem expressata venire aut aliquid facere presumatis vel permictatis a quocumque aliquid premissis contrarium attemptari, cum nobis plurimum displiceret; sic in hiis vos habere curando, quod admodo pro parte dicti comunis, vel districtualium suorum non videamus aliquem ractione premissorum in nostri presentiam contra iustitiam conquerentem, nec propterea vobis nos opporteat scribere iterato; alias scire vos volumus pro constanti quod contra vos et bona vestra et cuiuslibet vestrum sic fortiter et acriter tamquam mandatorum nostrorum transgressores procedemus, quod vobis cedet ad penam et ceteris ad exemplum, vosque merito penitebit quia circa predicta exequenda cum ea qua decet diligentia non vacastis. Datum Valentie decima quarta die februarii anno a nactivitate Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo tertio; – Ex auctoritate regia. –

LXXV

Il re D. Pietro IV di Aragona ordina la pronta restituzione delle somme, che il comune di Pisa era stato astretto a sborsare in Sardegna pe' feudi che vi possedeva, in occasione della guerra sostenuta in Logudoro dalle armi regie contro i ribelli nobili d'Oria, con violazione dei patti giurati tra il re D. Giacomo II e l'Infante D. Alfonso da una parte, e lo stesso comune dall'altra, in virtù dei quali quest'ultimo non era tenuto a prestar sussidio*, né di andare a oste co' regii, salvo che si tentasse, o si temesse invasione dell'isola, o di parte di essa, per mezzo di armi straniere.*

(1353, 14 febbraio).

Dall'I. R. Archivio delle Riformagini di Firenze, classe XI, Atti pubblici, distinz. III. Tom. XXIII. Num. 31.

Petrus Dei gratia Rex Aragone, Valentie, Maioricarum, Sardinee, et Corsice, comesque Barchinone Rossilionis et Ceritanee; dilecto nostro Gubernatori Sardinee presenti, et qui pro tempore fuerit vel eius locum tenenti salutem et dilectionem. Meminimus vobis dudum scripsisse per binas nostras licteras in hunc modum; Petrus Dei gratia Rex Aragone etc. dilecto nostro regenti officium gubernationis Sardinee presenti et qui pro tempore fuerit vel eius locum tenenti salutem et dilectionem. Nuper vobis scripsisse seu subscripta mandata direxisse recolimus in hiis verbis Petrus, Dei gratia Rex Aragone etc. dilecto nostro regenti officium gubernationis Sardinee presenti et qui pro tempore fuerit vel eius locum tenenti salutem etc. Exponente nobis nobili et dilecto nostro Iacobo de Hericiis ambaxiatore comunis Pisarum percepimus, quod olim nobilis Raymundus de Cardona eiusdem ynsule gubernator seu eius assessor dedit in mandatis vicario qui tunc erat villarum et locorum que dictum comune in ipsa ynsula habet quod infra certum tempus deponerent in tabula numularia Petri Civadii Burgensis Castri Callari sextam partem omnium reddituum unius anni villarum et locorum ipsorum, pro subsidio guerre quam dominus Rex Alfonsus bone memorie genitor noster dicebatur habere cum nobilibus de Auria, tunc sibi rebellibus, et quia dictus vicarius se asserebat ad id non teneri prefatus gubernator fecit detineri eumdem, et inde promictere de solvendo administratori tunc reddituum et iurium regiorum ipsius ynsule infra certum tempus quingentas libras alfonsinorum de quibus dictus vicarius coactus exsolvit libras trecentas et residue libre ducente per bandum banconotis eius successorem in ipso officio fuerunt integre exsolute; et nihilominus ut fertur liberi dictarum villarum comunis ab equo receperunt in mandatis a gubernatore predicto ut ipsi ac ceteri homines ipsarum villarum irent cum eo ad partes Lugodorii occasione guerre jamdicte qui post plures protestactiones inde factas finaliter in certis penis pecunie se proinde redimere habuerunt; insuper ut asseritur Pucchius de Vaccha camerarius villarum ipsarum pro supradicto comuni per compulsam prelibati Gubernatoris et Arnaldi de Torrente iurisperiti eius assessoris habuit pretextu guerre prefacte exsolvere pro eodem comuni septingentas nonaginta libras monete jamdicte ad ractionem quadraginta librarum pro quolibet centenario omnium reddituum terrarum et villarum comunis predicti, fuerunt etiam per eosdem gubernatorem et assessorem compulsi ex causa premissa quinquaginta libras ab equo ipsarum villarum ad solvendum dicto administratori regio, quinque libras pro quolibet ipsorum, et ceteri populares ad solvendum quinquaginta solidos pro quolibet eorumdem,

unde cum memoratus ambaxiator asserat premissa fuisse facta et attentata contra tenorem pactionum et conventionum pacis inter dominum regem Iacobum felicis recordationis avum nostrum et dictum dominum patrem nostrum inite, ac in dicti comunis prejudicium atque dampnum, et intentionis nostre non fuerit nec existat antefatum comune teneri ad contribuendum in subsidio alicuius guerre seu executionis iustitie, que facta fuerit aut deinceps fiat adversus quemquam subditum nostrum degentem in dicta ynsula, nisi duceret tot gentes extraneas secum quod invasione regni vel partis eiusdem visibiliter timeretur. Ideo ad ipsius ambaxiatoris humilem supplicactionem propterea nobis factam vobis dicimus et precipiendo mandamus, quatenus nisi dicta guerra fuerit pro defensione regni predicti, faciatis exsolvi eidem comuni vel eius procuratori totum id quod inde exactum fuisse repereritis causa predicta. Datum Barchinone septimo idus decembris anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo septimo. Nunc autem ante nostre magestatis presentiam constituti nobilis et dilectus consiliarius noster Iohannes de Hericiis decretorum doctor et Franciscus Merolla ambaxiatores honorabilis comunis Pisarum, ad nos ex subscriptis causis et aliis destinati, humili supplicactione mostraverunt, quod licet vobis vel aliquibus ex vobis preinserta mandata nostra fuerint presentata fueritisque cum instantia requisiti ut ea exequeremini cum effectu, vos tamen aut aliqui vestrum hoc facere contemptibiliter distulistis pariter et differtis de quo si ita sit non modicum admirantes, vobis et vestrum singulis sub incursu ire et indignactionis nostre precipimus et mandamus, quatenus omnia et singula in preinserta lictera nostra contenta iuxta sui originalis seriem pleniorem exequamini et effectualiter impleatis, et contra ea venire in aliquo non temptetis vel per alios permictatis quomodolibet attemptari, habendo vos taliter super hiis quod dictum comune aut districtuales ipsius ex hac causa de vobis iuste materiam conquerendi non assumant, alioquin pro culpa si quam commicteretis in premissis vos in personis et bonis acriter puniremus. Datum Valentie kalendas decembris anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo nono. Sane cum nunc per nobiles et dilectos nostros Iohannem de Hericiis consiliarium nostrum predictum et Iohannem Buzaccharini militem nuntios sive ambaxiatores per dictum comune pro hiis et aliis factis et negotiis ad nostram presentiam noviter destinatos coram nobis expositum fuit conquerendo, quod licet vobis mandata preinserta fuerint presentata illa improvide spernendo quamquam fueritis pluries instantissime requisiti ut ea exequeremini id facere minime curavistis ex quibus admiractionis causam merito assumpsimus vehementem; quod circa ad ipsorum nuntiorum supplicactionem humilem nobis factam vobis iterato dicimus et districte precipiendo mandamus sub pena nostre gratie et mercedis, quatenus mandata nostra preinserta compleatis, et exequamini omnibus dilactionibus et exceptionibus frivolis postpositis et semotis prout in ipsis licteris est vobis traditum in mandatis, nec contra in eis contenta veniatis vel venire aliquem permictatis, cum nobis plurimum displiceret, sic in hiis vos habere curando quod amodo pro parte dicti comunis non videamus aliquem ractione premissorum in nostri presentiam contra iustitiam conquerentem, nec propterea nos vobis opporteat scribere iterato; alias vos scire volumus quod contra vos pro inobedientia atque culpa si in ea fueritis rigide procedemus. Datum Valentie decima quarta die februarii anno a nactivitate Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo tertio; Ex auctoritate Regia. –

LXXVI

Il re di Aragona rinnova al governatore generale, e agli altri ufficiali regii di Sardegna l'ordine già dato nel 1347 *e* 1349 *per la restituzione della somma che il precedente governatore dell'isola avea fatto pagare agli uomini della villa di* Gippi*, infeudata al comune di Pisa, per causa di una ferita inferta da un cittadino sassarese a un abitante della villa medesima, violando così la giurisdizione del suddetto comune Pisano, il quale per mezzo del suo* Vicario*, e della corona dei probi uomini, avea già giudicato, e punito il delinquente*.

(1353, 14 febbraio).

Dall'I. R. Archivio delle Riformagioni di Firenze, loc. cit.

Petrus Dei gratia Rex Aragone, Valentie Maioricarum Sardinee et Corsice Comesque Barchinone Rossilionis et Ceritanee dilecto nostri Gubernatori Sardinee presenti et qui pro tempore fuerit salutem et dilectionem. Meminimus vobis dudum scripsisse per binas nostras licteras in hunc modum; Petrus Dei gratia Rex Aragone etc. dilecto nostro regenti officium gubernactionis Sardinie presenti et qui pro tempore fuerit salutem et dilectionem; Nuper vobis scripsisse seu subscripta mandata direxisse recolimus in hiis verbis; Petrus etc. Dilecto nostro regenti officium gubernactionis Sardinee presenti et qui pro tempore fuerit salutem etc. Ex relactione nobilis et dilecti nostri Iacobi de Hericiis ambaxiatoris comunis Pisarum intelleximus quod quamvis olim Roerius nunc vicarius sive rector villarum et locorum que ipsum comune habet in dicta ynsula ad denunciationem maioralis et juratorum ville de Gippi eiusdem comunis condepnasset quendam hominem civitatis Sassari *in corona more Sardico* (1), et iuxta cartam dicte ville pretextu vulneris quod per eum illatum fuerat in persona Petri de Furtiano, scilicet in eius sinistro brachio, Gubernator Camere tunc Sardinee non attento quod huiusmodi malefitii punictio modo ad dictum vicarium pertinebat et ipse ut fertur non debebat se intromictere de predictis mandavit verbo et licteris eidem vicario quod occasione debilitactionis ipsius membri prenominato Petro sexaginta libras alfonsinorum exsolvi faceret atque dari, et quia idem vicarius dictum mandatum distulit adimplere Gubernator jamdictus quosdam homines ville predicte qui ad Castrum Callari iverant ad solvendum Petro predicto quantitatem predictam compulit indebite ut asseritur et iniuste ac in prelibati comunis dispendium et iacturam; quapropter ad supplicactionem humilem antefacti ambaxiatoris inde nobis factam, vobis dicimus et mandamus quatenus si inveneritis dictas sexaginta libras iniuste contra conventiones pacis inter progenitores nostros ipsumque comune inite fuisse exactas ad hominibus antedictis ipsas de bonis que fuerunt dicti Gubernatoris eidem restitui faciatis, vel si repereritis eas ad fischum Regium pervenisse de redditibus regiis iam dicte ynsule ipsi comuni vel eius procuratori, exsolvi integre faciatis. Datum Barchinone quarto idus decembris anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo septimo. Nunc autem ante nostre magestatis presentiam constituti nobilis et dilectus consiliarius noster Iohannes de Hericiis decretorum doctor et Francischus Merolla, ambaxiatores honorabilis comunis Pisarum ad nos subscriptis causis et aliis destinati, humili supplicactione mostraverunt quod licet vobis vel aliquibus ex vobis preinserta mandata nostra fuerint presentata fueritisque cum instantia requisiti ut ea exequeremini cum effectu vos tamen vel aliqui vestrum hoc facere contemptibiliter

distulistis pariter et differtis, de quo si ita sit non modicum admirantes, vobis et vestrum singulis sub incursu ire et indignactionis nostre precipimus et mandamus quatenus omnia et singula in preinserta lictera nostra contenta iuxta sui originalis seriem pleniorem exequamini et effectualiter impleatis et contra ea venire in aliquo non temptetis vel per alios permictatis quomodolibet attemptari, habendo vos taliter super hiis, quod dictum comune vel districtuales ipsius ex hac causa de vobis iuste conquerendi materiam non assumant, alioquin pro culpa si quam commictetis in premissis vos in personis et bonis acriter puniremus. Datum Valentie kalendas decembris anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo nono. Sane cum nunc per nobiles et dilectos Iohannem de Hericiis consiliarium nostrum predictum et Iohannem Buzaccharini militem nuntios sive ambaxiatores per dictum comune pro hiis et aliis factis et negotiis ad nostram presentiam noviter destinatos coram nobis expositum fuerit conquerendo, quod vos mandata nostra super inserta improvide spernendo, quamquam fueritis pluries et instantissime requisiti ut ipsa exequeremini et ad effectum debitum duceretis, id in nostri contemptum facere minime curavistis, ex quibus admiractionis causam merito assumpsimus vehementem; quocirca ad ipsorum nuntiorum supplicactionem propterea nobis factam, vobis iterato dicimus, et districte precipiendo mandamus sub pena nostre gratie et mercedis quatenus si iram et indignactionem nostram cupitis evitare, mandata nostra preinserta per omnia compleatis et effectui perducatis omnibus dilactionibus et exceptionibus frivolis postpositis et semotis prout in dictis licteris est vobis traditum in mandatis, nec contra in eisdem expressata venire aut aliquid facere presumatis vel permictatis a quoqunque aliquid premissis contrarium attemptari, cum nobis plurimum displiceret, sic in hiis vos habere curando quod amodo pro parte dicti comunis, vel districtualium suorum non videamus aliquem ractione premissorum in nostri presentia contra iustitiam conquerentem, nec propterea vobis nos opporteat scribere iterato, alias vos scire volumus pro constanti quod contra vos et bona vestra quecumque sic fortiter et acriter tamquam mandatorum nostrorum transgressores procedemus, quod vobis cedet ad penam et ceteris ad exemplum vosque merito penitebit quia circa predicta exequenda cum ea qua decet diligentia non vacastis. Datum Valentie decima quarta die februarii anno a nactivitate Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo tertio; – Ex auctoritate Regia. –

NOTE

(1) Da questo luogo si deduce un’altra prova, la quale conferma, che nel secolo XIV era generale in Sardegna la consuetudine di sottoporre le cause criminali al giudizio dei cittadini, e di probi uomini, o, come oggi si dice, *dei giurati*. Abbiamo poi notato altrove in questo stesso Codice l’origine antica, e il significato della parola *Corona*.

LXXVII

Il re di Aragona Don Pietro IV, accogliendo la domanda fattagli da Giovanni de Hericiis, e da Giovanni Buzacarino ambasciatori del comune di Pisa, rinnova al Governatore, ed agli altri ufficiali regii in Sardegna l'ordine già dato negli anni 1347 *e* 1349*, affinché in via sommaria, e senza strepito di lite, facciano restituire agli abitanti di una villa infeudata a detto comune i beni, e gli effetti, che certo Guglielmo di Lauro nativo di Catalogna avea da essi estorto con la forza, pretendendo che la suddetta villa fosse di suo privato dominio*.

(1353, 14 febbraio).

Dall'I. R. Archivio delle Riformagioni di Firenze, classe XI, Atti pubblici, distinz. III. Tom. XXIII. Num. 31.

Petrus Dei gratia Rex Aragone, Valentie, Maioricarum, Sardinee, et Corsice, comesque Barchinone Rossilionis et Ceritanee. Dilectis et fidelibus Gubernatori regni Sardinee ceterisque officialibus nostris tam eiusdem ynsule quam aliorum regnorum nostrorum presentibus et futuris vel eorum loca tenentibus ad quos presentes pervenerint salutem et dilectionem. Meminimus vobis dudum scripsisse per binas nostras licteras in hunc modum; Petrus Dei gratia Rex Aragone etc. Dilectis et fidelibus regenti officium gubernactionis Sardinee ceterisque officialibus nostris tam eiusdem ynsule, quam aliorum regnorum nostrorum presentibus et futuris vel eorum loca tenentibus ad quos presentes pervenerint salutem et dilectionem. Nuper vobis scripsisse seu subscripta mandata direxisse recolimus in hiis verbis. Petrus Dei gratia Rex Aragone etc. dilectis et fidelibus regenti officium gubernationis Sardinee ceterisque officialibus nostris tam eiusdem ynsule, quam aliorum regnorum nostrorum presentibus et futuris vel eorum loca tenentibus ad quos presentes pervenerint salutem et dilectionem. Petictionem humilem per nobilem et dilectum Iacobum de Hericiis ambaxiatorem comunis Pisarum nobis oblatam suscepimus continentem, quod dudum Guillelmus de Lauro Cathalanus existens in ipsa ynsula asserendo quandam villam que est dicti comunis fore suam, pignoravit et secum duxit de quodam saltu ipsius ville certas bestias hominum dicti comunis inibi pasturantes, quas quidem bestias homines ipsi in se recuperaverunt quibus recuperatis dictus Guillelmus requisivit Iohannem de Turchio tunc vicarium sive rectorem villarum quas prefatum comune habet in supradicta ynsula, quod bestias ipsas sibi restitui faceret atque tradi, et quia dictus vicarius hoc noluit adimplere, cum ad id de iure et ractione minime ut dicitur teneretur, antefactus Guillelmus intravit cum comitiva aliqua dictam eamque depredavit bestiariis et aliis rebus et bonis magnam attingentibus quantitatem, qua ractione jam dictus vicarius ad gubernatorem tunc Sardinee habens recursum propterea nullum ius inde potuit obtinere. Quapropter nobis prelato ambaxiatore humili supplicante per nos in predictis de iustitie remedio provideri, vobis dicimus et mandamus firmiter iniungentes quatenus si ita est quilibet vestrum si ita est in districtu suo satisfaciatis et satisfieri faciatis dicto comuni, vel procuratori de bonis que fuerunt Guillelmi predicti in omni eo quod repereritis eidem in dictis villis indebite occupasse procedendo super hiis breviter et summarie et de plano et sine lite prout iustitia suadebit. Datum Barchinone quarto idus decembris anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo septimo. Nunc autem ante nostre magestatis presentiam constituti nobilis et dilectus consiliarius noster Iohannes de Hericiis decretorum doctor, et Francischus Merolla

ambaxiatores honorabilis comunis pisarum, ad nos ex subscriptis causis et aliis destinati, humili supplicactione mostraverunt, quod licet vobis vel aliquibus ex vobis preinserta mandata nostra fuerint presentata, fueritisque cum instantia requisiti ut ea exequeremini cum effectu vos tamen aut aliqui vestrum hoc facere contemptabiliter distulistis pariter et differtis, de quo si ita sit non modicum admirantes vobis et vestrum singulis sub incursu ire et indignactionis nostre precipimus et mandamus, quatenus omnia et singula in preinserta lictera nostra contenta iuxta sui originalis seriem pleniorem exequamini et effectualiter compleatis, et contra ea venire in aliquo non temptetis, vel per alios permictatis quomodolibet attemptari, habendo vos taliter super eis quod dictum comune aut districtuales ipsius ex hac causa de vobis iuste conquerendi materiam non assumant, alioquin pro culpa si quam commicteretis in premissis vos in personis et bonis acriter puniremus. Datum Valentie kalendas decembris anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo nono. Sane cum nunc per nobiles et dilectos Iohannem de Hericiis consiliarium nostrum predictum et Iohannem Buzaccharini militem nuncios sive ambaxiatores per dictum comune pro hiis et aliis factis et negotiis ad nostram presentiam noviter destinatos coram nobis expositum fuit conquerendo quod vos vel vestrum aliqui mandata nostra supra inserta improvide spernendo, quamquam fueritis pluries et instantissime requisiti ut ipsa exequeremini et ad effectum debitum duceretis, id in nostri dedecus et contemptum facere minime curavistis, ex quibus admiractionis causam si est ita assumpsimus vehementem. Quo circa ad ipsorum nuntiorum supplicactionem propterea nobis factam, vobis et vestrum cuilibet iterato dicimus et districte precipiendo mandamus, sub pena nostre gratie et mercedis, quatenus si iram et indignactionem nostram cupitis evitare, mandata nostra preinserta per omnia compleatis et effectui perducatis, omnibus dilactionibus et exceptionibus frivolis postpositis et semotis, prout in dictis licteris est vobis traditum in mandatis, nec contra in eisdem expressata venire aut aliquid facere presumatis, vel permictatis a quocumque aliquid premissis contrarium attemptari, cum nobis plurimum displiceret, sic in hiis vos habere curando quod amodo pro parte dicti comunis vel districtualium suorum non videamus aliquem ractione premissorum in nostri presentiam contra iustitiam conquerentem, nec propterea vobis nos opporteat scribere iterato, alias scire vos volumus pro constanti quod contra vos et bona vestra et cuiuslibet vestrum sic fortiter et acriter tamquam mandatorum nostrorum transgressores procedemus, quod vobis cedet ad penam ceteris ad exemplum, vosque merito penitebit quia circa predicta exequenda cum ea diligentia qua decet non vacastis. Datum Valentie decima quarta die februarii anno a nactivitate Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo terzio – Ex auctoritate Regia. –

LXXVIII

Il re di Aragona Don Pietro IV comanda al Governatore ed agli altri uffiziali regj in Sardegna, che in esecuzione degli ordini già dati nel 1347*, e ripetuti nel* 1349*, facciano restituire al Comune di* Gippi *inferiore infeudato ai pisani le somme, gli effetti, ed i beni statigli sequestrati da Maestro Arnaldo Marchal signore della villa di* Musti *(forse Musei) per pagamento di lire duecento di alfonsini, cui egli avea condannato alcuni uomini di detta villa o comune di* Gippi*, i quali però constava non avervi domicilio, ed essere vagabondi al tempo della condanna*.

(1353, 14 febbraio).

Dall'I. R. Archivio delle Riformagioni di Firenze, classe XI, Atti pubblici, Class. Distinz. Tom. e Num. citat.

Petrus Dei gratia rex Aragone, Valentie, Maioricarum, Sardinee et Corsice comesque Barchinone Rossilionis et Ceritanee dilecto nostro Gubernatori Sardinee presenti et qui pro tempore fuerit vel eius locum tenenti salutem et dilectionem. Meminimus vobis dudum scripsisse per binas nostras licteras in hunc modum. Petrus Dei gratia rex Aragone etc. Dilecto consiliario nostro Gubernatori Sardinee presenti et qui pro tempore fuerit vel eius locum tenenti salutem et dilectionem. Nuper vobis scripsisse seu subscripta mandata direxisse recolimus in hiis verbis. Petrus Dei gratia rex Aragone etc. Dilecto regenti officium gubernactionis Sardinee presenti et qui pro tempore fuerit vel eius locum tenenti salutem etc. Ad nostram recurrens presentiam nobilis et dilectus Iacobus de Hericiis ambaxiator Comunis pisarum querulosa insinuatione mostravit, quod olim Gubernator eiusdem ynsule mandavit Nerio nunc vicario villarum et locorum que dictum Comune habet in ipsa ynsula, ut compelleret quosdam homines ville de Gippi inferioris dicti Comunis, eo tempore vacabundos ad solvendum magistro Arnaldo Maschal eius in villa de Musti (1) quandam condempnationem per ipsum contra eos factam de ducentis libris Alfonsinorum pretextu quorundam boum qui occisi et depredati fuerant in confinibus dicte ville; et quia idem vicarius mandatum ipsum distulit adimplere, cum ad id minime ut asseritur teneretur, prefatus Gubernator sive dictus magister Arnaldus eius auctoritate fecit ut fertur capi et arrestari currus boves et vegetes vini hominum Comunis villarum predictarum Comunis et etiam fecit sequestari tempore Gerci Dagimani tunc rectoris ipsarum villarum redditus dicti Comunis pro quantitate pecunie antedicta, que contra formam iuris ac pationum et conventionum pacis inter progenitores nostros dictumque Comune inite dicuntur penitus redundare. Quapropter ad supplicactionem humilem ambaxiatoris predicti propterea nobis factam, vobis dicimus et mandamus disctricte, quatenus si repereritis antedictos homines fuisse vagabundos tempore supradicto, et inter villas dicti Comunis domicilia non foventes, faciatis reduci premissa ad statum debitum et primerum, taliter ne ipsum Comune ob nostri negligentiam ad nos pro predictis recurrere habeat iterato. Datum Barchinone quarto idus decembris anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo septimo. Nunc autem ante nostre magestatis presentiam constituti nobilis et dilectus consiliarius noster Iohannes de Hericiis decretorum doctor et Francischus Merolla ambaxiatores honorabilis Comunis pisarum ad nos ex subscriptis causis et aliis destinati humili supplicactione mostraverunt, quod licet vobis vel aliquibus ex vobis preinserta mandata nostra fuerint presentata,

fueritisque cum instantia requisiti, ut ea exequeremini cum effectu, vos tamen aut aliqui vestrum hoc facere contemptibiliter distulistis pariter et differtis, de quo si ita sit non modicum admirantes, vobis aut locum tenenti pro vobis, sub incursu ire et indignationis nostre precipimus et mandamus, quatenus omnia et singula in preinserta lictera nostra contenta, iuxta sui originalis seriem pleniorem exequamini, et effectualiter impleatis, et contra ea venire in aliquo non temptetis vel per alios permictatis quomodolibet attemptari habendo vos taliter super hiis quod dictum Comune aut districtuales ipsius ex hac causa de vobis iuste conquerendi materiam non assumant, alioquin pro culpa si quam commicteretis in premissis, vos proinde mediante iustitia puniremus. Datum Valentie kalendas decembris anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo nono. Sane cum nunc per nobiles et dilectos Iohannem de Hericiis consiliarium nostrum predictum et Iohannem Buzaccharini militem nuntios sive ambaxiatores per dictum Comune pro hiis et aliis factis et negotiis ad nostram presentiam destinatos noviter, coram nobis expositum fuerit conquerendo quod vos mandata nostra superinserta improvide spernendo quamquam fueritis pluries et instantissime requisiti ut ipsa exequeremini et ad effectum debitum duceretis et in nostri contemptum facere minime curavistis, ex quibus admiractionis causam merito assumpsimus vehementem. Quo circa ad ipsorum nuntiorum supplicactionem propterea nobis factam, vobis iterato dicimus et districte precipiendo mandamus, sub pena nostre gratie et mercedis, quatenus si iram et indignactionem nostram cupitis evitare mandata nostra preinserta per omnia compleatis et effectui perducatis, omnibus dilactionibus et exceptionibus frivolis postpositis et semotis, prout in dictis licteris est vobis traditum in mandatis, nec contra in eisdem expressata venire aut aliquid facere presumatis, vel permictatis a quocumque aliquid premissis contrarium attemptari, cum nobis plurimum displiceret, sic in hiis vos habere curando quod amodo pro parte dicti Comunis vel districtualium suorum non videamus aliquem ractione premissorum contra iustitiam conquerentem nec propterea vobis nos opporteat scribere iterato, alias scire vos volumus pro constanti quod contra vos et bona vestra quecumque sic fortiter et acriter tamquam mandatorum nostrorum transgressores procedemus, quod vobis cedet ad penam et ceteris ad exemplum vosque merito penitebit, quia circa predicta exequenda cum ea qua decet diligentia non vacastis. Datum Valentie decima quarta die februarii anno a nactivitate Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo tertio; – Ex auctoritate regia.

NOTE

(1) Musti. Forse l’odierno villaggio di Musei nella provincia di Iglesias.

Lxxix

Pietro IV re di Aragona rinnova gli ordini già dati fin dal 1349*, al Governatore generale, e agli ufficiali regi in Sardegna, affinché osservino esattamente i dritti e privilegi competenti al Comune di Pisa nelle ville, e nei luoghi di* Tregenda *(Trexenta), e di* Gippi *concedutigli in feudo col mero, e misto impero, senz'obbligo di censo e di servizio, in conseguenza della pace, che, dopo lunga guerra, era stata conchiusa tra detto Comune, e i Reali suoi progenitori*.

(1353, 14 febbraio).

Dall'I. R. Archivio delle Riformagioni di Firenze, classe XI, Atti pubblici, Classe XI. Distinz. III. Tom. XXIII. Num. 31.

Petrus Dei gratia rex Aragone, Valentie Maioricarum Sardinee, et Corsice comesque Barchinone Rossilionis et Ceritanee, dilecto et fidelibus Gubernatori regni Sardinee vicariis administratoribus et aliis universis et singulis officialibus nostris vel eorum loca tenentibus qui nunc sunt vel pro tempore fuerint ad quos presentes pervenerint salutem et dilectionem. Dudum vobis scripsisse meminimus per nostram licteram in hunc modum; Petrus Dei gratia Rex Aragone etc. Fidelibus Gubernatori nostri regni Sardinee Vicariis administratoribus ac aliis universis et singulis officialibus nostris eiusdem vel eorum loca tenentibus qui sunt vel fuerint pro tempore ad quos presentes pervenerint salutem, et dilectionem: In nostre regie magestatis presentia constituti dilecti nostri nobilis Iohannes de Hericiis decretorum doctor professor consiliarius noster dilectus et Francischus Merolla ambaxiatores Comunis pisarum, nobis humili supplicactione mostraverunt, quod quamquam super guerra, et discriminibus procreante antiquo hoste humani generis dudum exortis inter illustres reges Aragone felicis recordationis Avum et Patrem nostros ex una parte et dictum Comune pisarum ex altera st (*super*?) Sardinee regno jam dicto subsequenter divina gratia assistente pro dictis criminibus tollendis et sumovendis ut inter dictos illustres reges eorumque successores et subditos et ipsum Comune et districtuales eius iuxta dnūm (*dominicum*?) testamentum pax vigeret sublatis inde quibuscumque fomitibus odiorum illibata quatenus eos perpetuis temporibus servaretur fuissent et essent cetera pacta et federactiones transactiones et alie solemnes promictiones conventiones et obbligationes iuramentis et aliis solemnitatibus et cautelis vallate iusta et iuste ac facta et facte in quibus inter cetera et earum vigore progenitores nostri prefati concesserunt in feudum Comuni pisarum predicto omnes villas et terras de Curattariis Tragende (1) et Gippi ynsule Sardinee cum eorum hominibus et iuribus omnibus absque aliquo censu et servitio dando vel solvendo et cum mero et mixto imperio, et omni jurisdictione alta et baxa, quam ipsi domini progenitores nostri aut officiales sui inibi exercere non possent ullo unquam tempore aliqua ractione vel causa, immo officiales regii darent officialibus Comunis pisarum ad eorum requisitionem omnem favorem, per quem Comune ipsum et eius officiales iura dicti Comunis possent consequi et officia libere exercere, prout predicta et alia in publicis instrumentis inde factis, de quibus transunctum in nostro consilio dicti nuntii exibuerunt asseruntur lactius et diffusius enarrari, vos tamen Gubernator et alii officiales nostri, qui estis et fuerunt temporibus retrolapsis contra mentem et expressum tenorem pacis predicte non definitis exercere et exercuistis per tempora officium et iurisdictionem contra homines et personas

dictarum curattariarum et villarum ipsarum et contra officiales qui in dictis curattariis et villis sunt et fuerunt pro tempore pro dicto Comuni faciendo eis quecumque precepta, pignorando, sequestrando et capiendo eos et eorum personas res et bona diversimode adgravando per viam jurisdictionis et officii, contra dictam pacem et eius conventiones ut asseritur veniendo: quare iidem nuntii sive ambaxiatores nobis supplicaverunt ut super hiis dignaremur prout ad nostrum regale culmen pertinere noscitur cum iustitia providere. Igitur nos volentes quod ea omnia que per prefatos progenitores nostros pro bono pacis et iustitie, fidei donactione vel iuramenti prestactione firmata fuerunt et concessa per nos et officiales nostros inviolabiliter observentur precisive cum pax et iustitia sint soliorum regum et principum precipua fundamenta, vobis et singulis vestrum dicimus et expresse mandamus, quatenus in dictis iurisdictione et aliis contentis in predicta supplicatione, contra dictam pacem et tenorem ipsius in dicta privilegia dictum Comune seu eius procuratores vel officiales non aggravetis vel turbetis, immo a gravaminibus inferendis contra tenorem dicte pacis omnino desistatis servando eamdem pacem iuxta ipsius continentiam pleniorem, quod si secus fieret quod non credimus id nobis plurimum displiceret. Datum Valentie kalendis decembris anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo nono. Nunc autem ante nostre magestatis regie presentiam constituti nobiles et dilecti Iohannes de Hericiis decretorum doctor et consiliarius noster et Iohannes Buzaccharini miles nuntii ad nostram presentiam pro hiis et aliis noviter destinati, exposuerunt humiliter demonstrando, quod licet vobis predicta lictera fuerit presentata, et etiam cum instantia fueritis requisiti quod contenta in ea observaretis dictumque Comune et eius procuratores vel officiales contra tenores pacis predicte minime gravaretis, id tamen facere, aut dictum mandatum servare contemptibiliter noluistis, de quo si est ita non modicum admirantes, vobis et vestrum singulis dicimus et districte precipiendo mandamus, sub incursu ire et indignactionis nostre, quatenus contenta in lictera preinserta iuxta sui originalis seriem pleniorem servetis, et effectualiter compleatis, et contra ea venire in aliquo non temptetis, vel per aliquos permictatis modo aliquo attemptari, habendo vos taliter super hiis quod dictum Comune aut districtuales ipsius ex hac de causa de vobis contra iustitiam conquerendi materiam non assumant, alioquin pro culpa si quam commiseritis in premissis vos acriter puniremus. Datum Valentie decimaquarta die februarii anno a nactivitate Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo tertio; – Ex auctoritate regia.

NOTE

(1) Tragende. L’odierna Trexenta.

LXXX

Lettera del re di Aragona al Governatore generale, e agli altri ufficiali regi di Sardegna, affinché, in esecuzione degli ordini emanati dalla Real Corte nel 1347 *e* 1349*, facessero restituire al Vicario nei feudi, che il Comune di Pisa possedeva nell'isola, i beni, mobili, e denari, ch'erano stati violentemente estorti agli abitanti di una delle ville di detti feudi da Gioffredo Gilamberti, il quale anteriormente ai pisani avea avuto il possesso della villa medesima*.

(1353, 14 febbraio).

Dall'I. R. Archivio delle Riformagioni di Firenze, classe XI, Atti pubblici, Class. Distinz. e Tom. sudd. Num. XXXI.

Petrus Dei gratia rex Aragone, Valentie Maioricarum Sardinee, et Corsice comesque Barchinone Rossilionis et Ceritanee. Dilectis et fidelibus Gubernatori Sardinee ceterisque officialibus nostris, tam eiusdem ynsule quam aliorum regnorum et terrarum nostrarum presentibus et qui pro tempore fuerint vel eorum loca tenentibus ad quos presentes pervenerint salutem et dilectionem. Meminimus vobis dudum scripsisse per binas nostras licteras in hunc modum. Petrus Dei gratia rex Aragone etc. Dilectis et fidelibus regenti officium gubernationis Sardinee ceterisque officialibus nostris tam eiusdem ynsule quam aliorum regnorum et terrarum nostrarum presentibus et qui pro tempore fuerint vel eorum loca tenentibus ad quos presentes pervenerint salutem, et dilectionem. Nuper vobis scripsisse seu subscripta mandata direxisse recolimus in hiis verbis. Petrus Dei gratia rex Aragone etc. Dilectis officialibus regenti officium gubernationis Sardinee ceterisque officialibus nostris, tam eiusdem ynsule quam aliorum regnorum et terrarum nostrarum, presentibus et qui pro tempore fuerint vel eorum loca tenentibus ad quos presentes pervenerint salutem et dilectionem; In petictione nobis querelose oblata per nobilem et dilectum nostrum Iacobum de Hericiis ambaxiatorem Comunis pisarum vidimus contineri quod dudum nobilis Zuffredus Gilamberti de Crudelis Q° cuius fuerat antea quedam villa dicte ynsule que nunc est Comunis eiusdem requisivit Iohannem de Turchio tunc Vicarium seu Rectorem villarum quas ipsum Comune in eadem ynsula habet quod pro certis nequitiis sive maleficiis que in dicta villa tempore quo erat prefati Iauffredi Gilamberti commissa extiterant faceret condempnationes contra homines ipsius ville easque ab ipsis exigi et levari faceret sibique etiam consignari, requisivit insuper eumdem vicarium ut faceret eis solvi per quosdam homines cuiusdam alterius ville antedicti Comunis que antea fuerat ipsius Iauffridi Gilamberti, quasdam pecunie quantitates, quas ab eis petere et habere nitebatur, quia non plantaberant vineas prout sibi promiserant in territorio dicte ville. Et cum premissa antefactum Vicarius distulisset adimplere, prelibatus Iaufridus Giliberti non advertens ut asseritur quod dictus Vicarius de iure et ractione ad predicta minime tenebatur accedens cum magna comictiva ad supradictas villas easdem depredavit bestiariis raubis et aliis diversis rebus et bonis maximum valorem actingentibus, que secum perperam et iniuste ac in dicti Comunis evidens preiudicium ut dicitur asportavit; Et quamvis jam dictus Vicarius ad Gubernatorem tunc Sardinee pro predictis habuisset recursum, non tamen inde plenum jus potuit obtinere; quocirca supplicactione nobis memorato ambaxiatore per nos in premissis de salubri remedio provideri, vobis dicimus et mandamus firmiter et districte,

quatenus si est ita quilibet vestrum in districtu suo satisfaciatis et satisfieri faciatis dicto Comuni vel eius procuratori de bonis que fuerunt Iauffridi Gilimberti predicti, in omni eo quod repereritis eumdem in dictis villis indebite occupasse, procedendo super hiis breviter summarie et de plano, ac sine lite prout iustitia suadebit. Datum Barchinone quarto idus decembris anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo septimo. Nunc autem ante nostre magestatis presentiam constituti nobilis et dilectus consiliarius noster Iohannes de Hericiis decretorum doctor et Francischus Merolla ambaxiatores honorabilis Comunis pisarum ad nos ex subscriptis causis et aliis destinati humili supplicactione mostraverunt, quod licet vobis vel aliquibus ex vobis preinserta mandata nostra fuerint presentata fueritisque cum instantia requisiti ut ea exequeremini cum effectu vos tamen aut aliqui vestrum hoc facere contemptibiliter distulistis, pariter et differtis, de quo si ita sit non modicum admirantes, vobis et vestrum singulis sub incursu ire et indignactionis nostre precipimus et mandamus, quatenus si est ita quilibet vestrum in districtu sibi commisso, de bonis que remanserunt et remanent penes heredes dicti Iaufridi de predictis condignam satisfactionem fieri faciatis dicto Comuni vel aliis quibus facienda extiterit iuxta preinserte lictere seriem pleniorem, habendo vos taliter in premissis quod dictum Comune aut districtuales ipsius ex predicta causa de vobis juste conquerendi materiam non assumant. Datum Valentie kalendas decembris anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo nono. Sane cum nunc per nobiles et dilectos nostros Iohannem de Hericiis consiliarium nostrum predictum et Iohannem Buzaccharini militem nuntios sive ambaxiatores per dictum Comune pro hiis et aliis factis et negotiis ad nostram presentiam noviter destinatos, coram nobis propositum fuerit conquerendo, quod vos mandata nostra super inserta improvide spernendo, quamquam vos vel vestrum aliqui fueritis pluries requisiti, ut ipsa exequeremini et ad effectum justitie duceretis, id facere minime curavistis ex quibus admiractionis causam si ita est assumpsimus vehementem. Quocirca ad ipsorum nuntiorum supplicactionem humilem propterea nobis factam vobis iterato dicimus et districte precipiendo mandamus, sub pena nostre gratie et mercedis, quatenus mandata nostra preinserta exequamini et compleatis, omnibus exceptionibus et dilactionibus frivolis postpositis et semotis, prout in ipsis licteris est vobis traditum in mandatis, sic in hiis vos habendo quod amodo pro parte dicti Comunis non videamus aliquem ractione premissa contra iustitiam conquerentem, nec propterea nos opporteat vobis scribere iterato, alias scire vos volumus quod pro culpa si quam commiseritis in premissis vos graviter puniremus. Datum Valentie decima quarta die februarii anno a nactivitate Domini millesimo, trecentesimo quinquagesimo tertio; = Ex auctoritate regia.

LXXXI

Il re di Aragona rimprovera il Governatore generale, e gli altri ufficiali regi di Sardegna per le vessazioni alle quali sottoponevano i pisani dimoranti nelle Curatorie *di* Trexenta *e di* Gippi*, e nel giudicato di Gallura, obbligandoli a servizi personali, o a pagamenti di surrogazione, per la guardia del castello di Cagliari, e delle città di Sassari, e di Oristano, specialmente in occasioni di guerra co' Doria, e perché i pirati catalani spogliavano impunemente i mercatanti di Pisa che trafficavano nell'isola, violando così la pace già molto innanzi stabilita tra i suoi reali predecessori, e il Comune pisano; e ordina perciò ai medesimi di astenersi nell'avvenire da tali abusi e dagli altri, che sono nelle presenti lettere più ampiamente riferiti*.

(1353, 14 febbraio).

Dall'I. R. Archiv. delle Riformagioni di Firenze, Atti pubblici, classe XI, Distinz. III. Tom. XXIII. Num. XXXI.

Petrus Dei gratia rex Aragone, Valentie Maioricarum Sardinee, et Corsice comesque Barchinone Rossilionis et Ceritanee. Dilecto, et fidelibus Gubernatori regni Sardinee ac aliis universis et singulis officialibus nostris regni eiusdem presentes licteras inspecturis salutem et dilectionem; Dudum dudum mandatum infrascriptum fecisse recolimus cum lictera nostra continentie subsequentis. Petrus Dei gratia rex Aragone etc. dilecto et fidelibus Gubernatori regni Sardinee, ac aliis universis et singulis officialibus nostris regni eiusdem ad quos presentes pervenerint salutem et dilectionem. In nostra presentia constituti nobilis et dilectus consilarius noster Iohannes de Hericiis decretorum doctor et Francischus Merolla nuntii sive ambaxiatores ad nos destinati per venerabile Comune pisarum exposuerunt humiliter coram nobis, quod vos aut aliqui vestrum in curatoriis Tragende et Gippi, ac villis et terris Iudicatus Gallure, multa gravamina, et iniuria violentias et offensas reales et personales continue facitis et etiam subinfertis et hactenus fecistis et intulistis mercatoribus de Pisis, et eorum sociis. Et maxime quando viget guerra, vel per vos fuerint executiones contra illos de domo de Auria et Ianuenses, et etiam sine guerra, cogendo socios predictorum mercatorum pisanorum ire in comictivam nostri Gubernatoris et aliorum officialium nostrorum, vel mictere eorum discambios quandoquidem in castellum Castri Callari quandoque in Oristanum quandoque Sassari, et quod Catalani pirate cum eorum lignis, que armant muniunt in castello Castri Callari, pluries et pluries barchas dictorum mercatorum de Pisis disraubarunt et disraumbant et mercatantias et res ac bona eorum existentia in barchis predictis que deferunt in Galluram et inde reducuntur, et quamvis mercatores seu consocii predicti quorum bona predicta existunt vel eorum socii ad Gubernatorem et alios officiales regios recursum haberent pro habendo et consequendo de dictis piratis jus et justitiam, ut decet et restituctionem rerum ablatarum et mercatantiarum, de predictis jus et justitiam nunquam habere potueruut, quin imo multa alia et diversa gravamina fiunt et inferuntur continue contra eos, ut dicitur, in dicto Judicatu Gallure, que in fractione pacis inite et solidate inter predecessores nostros et dictum Comune et dampnum vehemens ac manifestum preiudicium dicti Comunis et singularium eiusdem, noscuntur evidentissime redundare; Quare a nobis remedio iustitie implorato cum nos omnino velimus, quod dicte pacis federa illibata serventur, Et si contra ipsam aliqua

attemptentur per nostros officiales ea moleste geramus; idcirco vobis et singulis vestrum, sub ire et indignactionis nostre incursu precipimus et districte precipiendo mandamus, quatenus dictos mercatores et alios pisanos res et bona eorum contra dictum pacis vinculum non molestetis, aut modo aliquo agravetis. Quinimo super rebus et bonis que asseruntur occupata vel ablata, tam vos dictus Gubernator generaliter, quam quilibet vestrum dictorum officialium in districtu vobis commisso, tribuatis et faciatis breve et expeditum justitie complementum, restitutionem predictorum que iniuste ablata inveneritis cum effectu fieri faciendo, prout justitia suadebit breviter et de plano semotis diffugiis quibuscumque dictam pacem tenaciter observando et illam minime infringendo. Datum Valentie kalendas decembris anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo nono. Nunc autem in nostre magestatis presentiam constituti nobiles et dilecti Iohannes de Hericiis consiliarius noster et decretorum doctor et Iohannes Buzaccharini miles nuntii per venerabile Comune pisarum pro hiis et aliis ad nostram magestatem regiam destinati exposuerunt graviter conquerendo, quod licet vobis vel vestrum aliquibus lictera preinserta fuerit presentata fueritisque cum magna instantia requisiti ut mandatum nostrum predictum observaretis et servari per alios faceretis, et alia contenta in ipsa lictera compleretis, prout per nos vobis in eadem est traditum in mandatis, vos tamen vel vestrum aliqui, in nostri contemptum, id facere distulistis, et etiam nunc differtis, ex quo si est ita non modicum cogimur admirari. Quare ad ipsorum ambaxiatorum supplicationem propterea nobis factam vobis et vestrum singulis sub pena nostre gratie et mercedis, et ire ac indignactionis nostre incursu dicimus et districte precipiendo mandamus quatenus contenta in lictera preinserta exequendo et effectualiter adimplendo iuxta sui seriem pleniorem dictos mercatores et alios Pisanos contra ipsius pacis federa non gravetis, nec per aliquem aggravari permictatis, quin potius taliter faciatis, quod de premissis breviter iustitiam debitam consequantur, et alias taliter super predictis vos habere curetis quod dictum Comune aut districtuales sui ex hac causa de vobis iustam non habeant materiam conquerendi, alioquin pro culpa si quam habueritis in premissis vos in personis et bonis taliter puniremus, quod vobis cedet ad penam et aliis mandata nostra contempnere presumentibus ad terrorem. Datum Valentie decima quarta die februarii anno a nactivitate Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo tertio. = Ex auctoritate regia.

LXXXII

Pietro IV. re di Aragona scrive a Mariano IV. regolo di Arborea, affinché in virtù dei poteri che gli avea conferito nel 1347 *e* 1349*, e che di nuovo gli conferiva, decidesse definitivamente la questione insorta tra Bertrando de Valle di Barcellona da una parte, e Neri Favullia, e Gueto di Damiano dall'altra, nella qualità questi ultimi di Vicari e Procuratori del Comune di Pisa nella* Curatoria *di* Gippi *in Sardegna, per alcune terre esistenti in detta* Curatoria*, delle quali si disputavano la proprietà, e per la quali il Governatore dell'isola avea sentenziato contro il detto Comune, che se n'era richiamato a lui per mezzo di appello* (1).

(1353, 14 febbraio).

Dall'Imp. Reg. Archiv. delle Riformagioni di Firenze, Atti pubblici, Class. Distinz. e Tom. sudd. Num. XXXI.

Petrus Dei gratia rex Aragone, Valentie Maioricarum Sardinee, et Corsice comesque Barchinone Rossilionis et Ceritanee egregio viro Mariano judici Arboree salutem et dilectionis effectum. Dudum vobis commissionem fecisse meminimus infrascriptum. Petrus Dei gratia rex Aragone etc. Egregio viro Mariano iudici Arboree salutem et intime dilectionis effectum. Insuper vobis subscriptam commissionem fecisse recolimus in hiis verbis. Petrus Dei gratia rex Aragone etc. Egregio viro Mariano iudici Arboree salutem etc. Causam appellactionis ad nos emisse per partem Comunis pisarum a quadam sententia contra ipsum lata per Gubernatorem olim Sardinee et Corsice regni in causa, que sub eius vertebatur examine, inter Bertrandum de Valle mercatorem civem Barchinone ex parte una, et Nerium de Favullia tunc vicarium sive rectorem villarum quas dictum Comune habet in dicta ynsula, et Guetum Damiani successorem eiusdem Nerii in suo officio, sive ipsius Comunis procuratorem ex altera, pretextu cuiusdam saltus terrarum villarum antefacti Comunis de Curatoria Guippi, que dictus Bertrandus asserebat spectare ad eum, ipso Nerio pro eodem Comuni contrarium asserente, vobis providimus noviter commictendam mandantes vobis quatenus vocatis quorum interest exibeatis predicto Comuni seu eius procuratori sine lite super appellactione huiusmodi et aliis premissis expeditum iustitie complementum malitiis et diffugiis postpositis quibuscumque lapsu fatalis temporis in aliquo non obstante. Nos enim super hiis commictimus vices nostras plenarie per presentes. Datum Barchinone quarto idus decembris anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo septimo. Nunc autem ante nostre magestatis presentiam constituti nobilis et dilectus consiliarius noster Iohannes de Hericiis decretorum doctor et Francischus Merolla ambaxiatores Comunis pisarum ad nos noviter destinati pro parte dicti Comunis humiliter supplicaverunt; quod cum pretextu dicte commissionis vos nondum terminaveritis dictam causam, eam audiendi et fine debito terminandi vobis novam commictionem facere deberemus; quare vobis dicimus et mandamus quatenus dictam causam audiatis et ipsam fine debito decidatis iuxta preinserte lictere seriem pleniorem, lapsu fatalium in aliquo non obstante, quoniam in predictis vobis cum presenti noviter commictimus vices nostras. Datum Valentie kalendas decembris anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo nono. Verum cum nunc per nobiles et dilectum Iohannem de Hericiis legum doctorem et consiliarium nostrum et Iohannem Buzaccharini militem nuntios ad nostram presentiam per

honorabile Comune pisarum noviter destinatos intelleximus quod vos vigore commissionis preinserte nondum tamen huiusmodi causam terminastis. Ideo ad ipsorum nuntiorum supplicactionem propterea nobis factam vobis iterato dicimus et commictimus, et mandamus quatenus dictam causam audiatis ipsamque fine debito decidatis juxta lictere supradicte seriem pleniorem non obstante quod tempus fatale lapsum fuerit ut prefertur. Nos enim vobis in premissis per presentes commictimus plenarie locum nostrum. Datum Valentie decimaquarta die februarii anno a nactivitate Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo tertio. = Ex auctoritate regia.

NOTE

(1) Commissione somigliante per altro affare litigioso del Comune di Pisa il re di Aragona avea dato pochi anni avanti a Pietro III. regolo di Arborea (Ved. sopr. Cart. Num. LII. Pag. 714).

LXXXIII

Il re di Aragona ordina al Governatore, ed agli altri ufficiali regi di Sardegna, che procedano con rigore, ed arrestino Pietro Bosco di Cagliari, il quale associatosi ad altri perversi uomini di mare avea predato a modo di pirata nel 1352 *nei mari dell'isola una nave di Giovanni di Giacomo, soprannomato* Fabbrichino*, di Livorno, carica di molte merci, e non trovandolo, né ricuperando le merci predate, gli tolgano tanto dei suoi beni, quanto basti a indennizzare largamente il derubato; e ciò con prontezza, e severità di giudizio, per dare un solenne esempio di punizione, ed incutere terrore ai malvagi*.

(1353, 14 febbraio).

Dall'I. R. Archiv. delle Riformagioni di Firenze, Atti pubblici, classe XI, Distinz. III. Tom. XXIII. Num. XXXI.

Petrus Dei gratia rex Aragone, Valentie Maioricarum Sardinee, et Corsice comesque Barchinone Rossilionis et Ceritanee, dilectis nostris Gubernatoribus regnorum Maioricarum, et Sardinee, qui nunc sunt vel pro tempore fuerint aliisque officialibus nostris vel eorum loca tenentibus ad quos presentes pervenerint salutem et dilectionem. In nostre magestatis presentiam constituti nobiles et dilecti Iohannes de Hericiis decretorum doctor consiliarius noster et Iohannes Buzaccharini miles nuntii sive ambaxiatores ad nos pro hiis et aliis negotiis per honorabile Comune pisarum noviter destinati exposuerunt graviter conquerendo, quod anno preterito Iohannes Rubei et Anthonius de Rosina de ynsula Evite, et Petrus de Boscho solanus de castello Castri ductores sive patroni cuiusdam lembi armati Iohannem Iacobi dictum Iohannem Fabrichini de Liburna, Monem Ducii, Loctum Henrici more predonum piraticam exercentes ceperunt et suis rebus ac mercibus ad non modicam quantitatem ut dicitur adscendentibus, quas secum ducebant in pari prope Trapenam ynsule Sardinee, perperam disraubarunt ac res et merces predictas secum per violentiam esportaverunt, propter quod fuit nobis per dictos nuntios sive ambaxiatores humiliter supplicatum ut de predictis contra pactionum et confederactionum inter nos et dictum Comune initarum tenores factis, ac perperam attemptatis, debitam iustitiam et satisfactionem integram breviter fieri facere manderemus. Quare ipsorum nuntiorum supplicatione admissa volentes ut sublatis quibuscumque vanitatibus et fomitibus odiorum inter nos et dictum Comune amoris et dilectionis indempnitas perseveret vobis et vestrum cuiulibet dicimus et districte precipiendo mandamus, quatenus constito vobis de predictis quilibet vestrum infra jurisdictionem sibi commissam, si dictum Petrum de Boscho reperire poteritis, capiatis et contra ipsum et eius bona sic fortiter ac rigide pereunte justitia procedatis, quod premissorum punitio ei cedat ad penam et ceteris ad terrorem, aliique eorum exemplo perterriti, talia, vel similia facere pertimescant. Et nichilominus de bonis ipsius in rebus mercibus et aliis dicto Comuni pisano seu districtuali dicti Comunis per predictum Petrum ablatis, seu disraubatis, vel eorum iusto pretio aut valore satisfactionem condignam et integram fieri faciatis, habendo vos taliter in predictis, quod dictum Comune de vobis non habeat hac de causa justam materiam conquerendi, nec propter defectum justitie in vobis inventum nos vobis opporteat pro predictis scribere iterato, cum nobis plurimum displiceret, vosque proinde graviter puniremus. Datum Valentie decimaquarta die

februarii anno a nactivitate Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo tertio, = Ex auctoritate regia.

LXXXIV

Lettera del re di Aragona al Governatore, ed agli altri ufficiali regj in Sardegna, affinché in esecuzione degli ordini loro dati nel 1347*, e* 1349*, accordino protezione al Comune di Pisa per la esazione dei fitti delle case, e delle possessioni, che l'opera di s. Maria di detta città e Comune possedeva nell'isola, e specialmente in Sassari, giacché i locatarj, sotto pretesto di riparazioni, e di miglioramenti, si ritenevano tali fitti; per lo che comanda, che da allora in poi li detti locatarj non si prendano arbitrio di far spese di sorta in detti beni, senza il consenso, e permesso dell'amministratore di detta pia Opera*.

(1353, 14 febbraio).

Dall'I. R. Archiv. delle Riformagioni di Firenze, Atti pubblici, class. Distinz. e Tom. sudd. Num. XXXI.

Petrus Dei gratia rex Aragone, Valentie Maioricarum Sardinie, et Corsice comesque Barchinone Rossilionis et Ceritanee, dilectis et fidelibus Gubernatori regni Sardinee nec non vicariis et aliis officialibus nostris ipsius ynsule tam in civitate Sassari quam alibi constitutis vel loca tenentibus eorumdem ad quos presentes pervenerint salutem et dilectionem. Meminimus vobis dudum scripsisse per binas nostras licteras in hunc modum. Petrus Dei gratia rex Aragone etc. dilectis et fidelibus Gubernatori Sardinee seu regenti officium gubernactionis ipsius nec non vicariis et aliis officialibus nostris presentibus et qui pro tempore fuerint tam eiusdem ynsule quam civitatis Saceris vel eorum loca tenentibus, ad quos presentes pervenerint salutem et dilectionem. Nuper vobis scripsisse seu subscripta mandata direxisse recolimus in hiis verbis; Petrus Dei gratia rex Aragone etc. dilectis et fidelibus Gubernatori Sardinee seu regenti ipsius gubernactionis officium nec non vicariis et aliis officialibus nostris presentibus et qui pro tempore fuerint tam eiusdem ynsule quam civitatis Saceri vel eorum loca tenentibus ad quos presentes pervenerint salutem et dilectionem: Referente nobis nobili et dilecto nostro Iacobo de Hericiis ambaxiatore civitatis pisarum didicimus quod Cathalani in ipsa ynsula et signanter in dicta civitate Saceris forenses, qui conducunt de domibus et possessionibus operis ecclesie maioris beate Marie de Pisis in ipsis civitate et ynsula existentibus, procedendo se expendere in reparandis et aptandis dictis domibus et possessionibus maiores quantitates quam sint logeria seu pensiones, quas ipsi opere tenentur solvere, penes se easdem pensiones retinent et per consequens dictas domos et possessiones per vim possident in lesionem iurium predicti operis, dictique Comunis preiudicium manifestum, cumque nobis congruat ob reverentiam et honorem beatissime Virginis gloriose iura prelibati operis, quod ad eius laudem constringit illesa penitus preservare, ideo vobis et cuilibet vestrum dicimus et mandamus expresse, quatenus iura eiusdem operis, contra quescumque personas protegatis et etiam defendatis, nec permictatis conductores domorum seu possessionum prefati operis, vel quosvis alios in reparatione domorum ipsarum quidquam expendere nisi cum voluntate operarii antedicti operis vel sui procuratoris legiptimi qui ad hec mandatum habeat specialiter. Datum Barchinone quarto idus decembris anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo septimo. Nunc autem ante nostre magestatis presentiam constituti nobilis et dilectus consiliarius noster Iohannes de Hericiis decretorum doctor et Francischus Merolla ambaxiatores honorabilis Comunis pisarum ad nos ex subscriptis causis et aliis destinati

humili supplicactione mostraverunt, quod licet vobis vel aliquibus ex vobis preinserta mandata nostra fuerint presentata fueritisque cum instantia requisisti ut ea exequeremini cum effectu, vos tamen aut aliqui vestrum hoc facere contemptibiliter distulistis pariter et differtis; de quo si ita sit non modicum admirantes vobis et vestrum singulis sub incursu ire et indignactionis nostre precipimus et mandamus, quatenus omnia et singula in preinserta lictera contenta iuxta sui originalis seriem pleniorem exequamini et effectualiter impleatis, et contra eam venire in aliquo non temptetis, vel per alios permictatis quomodolibet attemptari, habendo vos taliter super eis quod dictum Comune aut districtuales ipsius, ex hac causa de vobis juste conquerendi materiam non assumant, alioquin pro culpa si quam commicteretis in premissis vos in personis et bonis acriter puniremus. Datum Valentie kalendas decembris anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo nono. Sane cum nunc per nobiles et dilectos Iohannem de Hericiis consiliarium nostrum predictum et Iohannem Buzaccharini militem nuntios sive ambaxiatores per dictum Comune pro hiis et aliis factis et negotiis ad nostram presentiam noviter destinatos coram nobis expositum fuit conquerendo quod vos vel vestrum aliqui mandata nostra superinserta improvide spernendo, quamquam fueritis pluries et instantissime requisiti ut ipsa exequeremini, et ad effectum debitum duceretis, id in nostri dedecus et contemptum tamquam in reprobum sensum dati, facere minime curavistis, ex quibus admiractionis causam si est ita assumpsimus vehementem. Quocirca ad ipsorum nuntiorum supplicactionem propterea nobis factam, vobis et vestrum cuilibet iterato dicimus et districte precipiendo mandamus, sub pena nostre gratie et mercedis, quatenus si iram et indignactionem nostram cupitis evitare mandata nostra preinserta per omnia compleatis et effectui perducatis omnibus dilactionibus et exceptionibus frivolis postpositis et semotis, prout in dictis licteris est vobis traditum in mandatis, nec contra in eisdem expressata venire aut aliquid facere presumatis, vel permictatis a quocumque aliquid premissis contrarium attemptari, cum nobis plurimum displiceret, sic in hiis vos habere curando quod amodo pro parte dicti Comunis vel districtualium suorum non videamus aliquem ractione premissorum in nostri presentiam contra justitiam conquerentem, nec propterea vobis nos oporteat scribere iterato, alias scire vos volumus pro constanti, quod contra vos et bona vestra et cuiuslibet vestrum, sic fortiter et acriter tamquam mandatorum nostrorum transgressores procedemus, quod vobis cedet ad penam et ceteris ad exemplum, vosque merito penitebit quia circa predicta exequenda cum ea qua decet diligentia non vacastis. Datum Valentie decimaquarta die februarii anno a nactivitate Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo tertio; = Ex auctoritate regia.

LXXXV

Il re di Aragona ordina al Governatore, ed agli altri ufficiali regj di Sardegna, che procurino al più presto l'arresto personale di certo Pietro di Bosco, il quale con una nave armata avea predato nei mari dell'Asinara un legno capitanato da Giorgio Giusti cittadino pisano, rubandogli, ed appropriandosi con atto di vera pirateria le merci, di cui era carico, e che intanto dai beni del de Bosco rifacessero il danno patito dal Giusti.

(1353, 14 febbraio).

Dall'I. R. Archiv. delle Riformagioni di Firenze, Atti pubblici, Class. Distinz. e Tom. sudd. Num. XXXI.

Petrus Dei gratia rex Aragone, Valentie Maioricarum Sardinee, et Corsice comesque Barchinone Rossilionis et Ceritanee dilecto nostro Gubernatori regni Sardinee qui nunc est vel pro tempore fuerit vel eius locum tenenti ceterisque officialibus nostris vel eorum loca tenentibus ad quos presentes pervenerint salutem et dilectionem: In nostre magestatis presentia constituti nobiles et dilecti Iohannes de Hericiis decretorum doctor consiliarius noster et Iohannes Buzaccharini miles, nuntii sive ambaxiatores ad nos pro hiis et aliis factis negotiis per honorabile Comune pisarum noviter destinati, exposuerunt graviter conquerendo, quod anno proximo preterito Georgius Justi civis pisarum fuit suis rebus et mercibus non modicam pecunie quantitatem valentibus, per Petrum de Boscho subditum nostrum patronum sive ductorem unius lembi armati in mari prope ynsulam Azinariam regni Sardinee inique et perperam disraubatus contra pacis federa inter nos et dictum Comune inhite et antiquitus observate. Quare supplicantibus nobis dictis nuntiis super predictis per nos fieri debitum justitie complementum, vobis et vestrum cuilibet dicimus et districte precipiendo mandamus, quatenus constito vobis de predictis, quilibet vestrum infra jurisdictionem sibi commissam, si dictum Petrum de Boscho reperire poteritis capiatis et contra ipsum et eius bona sic fortiter et rigide pereunte justitia procedatis, quod premissorum punitio cedat ad penam et ceteris ad terrorem, aliique eius exemplo perterriti talia vel similia facere pertimescant. Et nichilominus de bonis ipsius in rebus et mercibus et aliis dicto pisano seu districtuali dicti Comunis per predictum Petrum ablatis seu disraubatis vel eorum justo pretio aut valore satisfactionem condignam et integram fieri faciatis, habendo vos taliter in predictis, quod dictum Comune de vobis non habeat hac de causa justam materiam conquerendi, nec propter defectum justitie in vobis inventum, nos vobis opporteat scribere iterato pro predictis, cum nobis plurimum displiceret, vosque proinde graviter puniremus. Datum Valentie decimaquarta die februarii anno a nactivitate Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo tertio; – Ex auctoritate regia.

LXXXVI

Lettere del re di Aragona Don Pietro IV. al Governatore, ed agli altri ufficiali regj di Sardegna, affinché facciano criminale inquisizione per scoprire gli autori del furto consumato a pregiudizio dei fratelli Gualando, e Riccucchio Riccucchi mercatanti pisani, una nave dei quali carica di merci era stata predata piraticamente presso Carbonara nei mari dell'isola da un'altra nave armata e capitanata, come dicevasi, da sudditi aragonesi, e rinvenutili li arrestino, e facciano risarcire co' loro beni il danno cagionato.

(1353, 14 febbraio).

Dall'I. R. Archiv. delle Riformagioni di Firenze, Atti pubblici, Classe, Distinz. e Tom. sudd. Num. XXXI.

Petrus Dei gratia rex Aragone, Valentie Maioricarum Sardinee et Corsice comesque Barchinone Rossilionis et Ceritanee, dilecto nostro Gubernatori Sardinee qui nunc est vel qui pro tempore fuerit aut eius locum tenenti salutem et dilectionem. In nostre magestatis presentia constituti nobiles et dilecti Iohannes de Hericiis decretorum doctor consiliarius noster et Iohannes Buzaccharini miles nuntii sive ambaxiatores ad nos pro hiis et aliis negotiis per honorabile Comune pisarum noviter destinati exposuerunt graviter conquerendo quod anno proxime preterito Galandus Ricuccii Ricchxius Ricucucchi fratres cives mercatores pisarum fuerunt certis telis pannj linj et novem carratellis vini de gareta, que onoraverant seu posuerant in quodam ligno lance gaustaferrj de gareta per quendam lembum gentibus sive subditis nostris ut fertur armati prope Carbonayram perperam et inique disraubati contra pacis federa inter nos et dictum Comune inite et antiquitus observate. Quare supplicantibus nobis dictis nuntiis super predictis per nos fieri debitum justitie complementum vobis dicimus et districte percipiendo mandamus, quatenus vobis constito de predictis, si dictos malefactores infra jurisdictionem vobis commissam reperire poteritis, capiatis et contra ipsos et bona eorum sic fortiter ac rigide pereunte justitia procedatis quod illorum punictio eis cedat ad penam et ceteris ad terrorem aliique eorum exemplo perterriti talia vel similia facere perorreschant; et nichilominus de bonis ipsorum in predictis dictis pisanis per iamdictos armatores ablatis, vel eorum justo pretio ac valore satisfactionem condignam et integram fieri faciatis habendo vos taliter in predictis quod dictum Comune de vobis non habeat hac de causa justam materiam conquerendi nec propter defectum scribere iterato, cum nobis plurimum displiceret vosque proinde graviter puniremus. Datum Valentie decimaquarta die februarii annno a nactivitate Domini millesimo, trecentesimo quadragesimo tertio; = Ex auctoritate regia.

(1) Ego Lupus filius quondam Guidonis Manni de Sancto Michaeli discalciatorum civis pisanus imperiali auctoritate iudex ordinarius atque notarius et nunc scriba publicus curie cancellerie pisani Comunis pro Comuni pisano suprascriptas licteras et privilegia exemplatas et exemplata de originalibus autenticis licteris et privilegiis sigillatis et bollatis sigillo illustris principis et domini domini Petri Dei gratia regis Aragone Valentie Maioricarum Sardinee et Corsice comitisque Barchinone Rossilionis et Ceritanee non cancellatis correctis abraxiis nec in aliquo earum vel alicuius eaurum parte vitiatis, sed prorsus omni suspectione carentes scripsi et fideliter exemplavi suprascriptas licteras et

privilegia exemplatas et exemplata cum dictis originalibus et auctenticis licteris et privilegiis una cum provido et discreto viro domino Gerardo de Renentis de Papia legum doctore vice gerente judice et collaterali nobilis et potentis viri domini Betti Gorgerie de Monte Melone pisanorum potestatis et ser Gerardo Saxo notario quondam Iohannis cancellario ad licteras in cancellaria pisarum Comunis ad licteras substituto loco ser Spigliati quondam Bonanni notarii et ser Uguiccione notario et scriba publico cancellarie pisarum pro Comuni pisano quondam ser Iohannis notarii de Pontehere qui se subscribunt vidi legi et fideliter abscultavi. Et quia suprascriptus dominus Gerardus una mecum et ser Gerardo et Uguiccione notariis infrascriptis invenit et nos notarii invenimus suprascriptas licteras et privilegia exemplatas et exemplata cum dictis originalibus et auctenticis licteris et privilegiis in omnibus et per omnia concordare nichilo addito vel diminuto, quod mutet sensum vel variet intellectum et suprascripta autentica et originalia esse sine aliquo vitio vel defectu, ad hoc ut dictis licteris et privilegiis tamquam originalibus et auctenticis in omnibus et pro omnia detur de cetero plena fides decreto auctoritate et mandato suprascripti domini vicegerentis pro tribunali sedentis ad banchum junis cancellarie pisani Comunis in hiis omnibus interpositis suprascriptas licteras et privilegia exemplatas et exemplata publicavi et auctenticavi. Et ipse dominus Gerardus vicegerens supradicti domini Betti pisanorum potestatis publicavit et auctenticavit et in hiis omnibus et singulis suam auctoritatem posuit et decretum presente et petente discreto viro ser Iacobo quondam Nicolai de Peccioli cancellario maiore pisani Comunis sindico et procuratore pisani Comunis ad hec specialiter facienda constituto per cartam inde rogatam per Pierum quondam Bandi de Lavaiano notarium et scribam publicum cancellarie pisani Comunis pro Comuni pisarum; Dominice incarnactionis anno millesimo trecentesimo quinquagesimo quarto indictione septima… dicto nomine et vice et nomine pisani Comunis. Et quia ego Lupus notarius suprascriptus predictis lecture abscultationi publicactioni auctenticactioni decreto et auctentici interposictioni et omnibus et singulis interfui una cum ser Gerardo et Uguiccione notariis infrascriptis, ideo ut dictis exemplo seu licteris et privilegiis exemplatis tamquam auctenticis et originalibus licteris et privilegiis detur de cetero in omnibus et per omnia plena fides me subscripsi et meum nomen et signum apposui consueta. Facta est hec insinuatio abscultatio et decreti et auctoritatis interposictio et petictio et lectura et alia supradicta in palatio residentie supradicti domini Gerardi vicegerentis supradicti domini pisarum potestatis et ipsius domini pisanorum potestatis quod palatium est pisani Comunis et est positum Pisis in cap. Sancti Ambrosii, presente et petente supradicto ser Iacobo dicto nomine et presente ser Colo Sanguinei ser Piero Bandi de Lavaiano, et Iohanne quondam ser Gerardi Morelli notariis pisanis civibus testibus ad hec vocatis et rogatis; Dominice incarnactionis anno millesimo trecentesimo quinquagesimo quarto indictione septima decimo kalendas januarii.

Ego Uguiccione filius quondam ser Iohannis notarii de Pontehere pisanus civis imperiali auctoritate notarius et iudex ordinarius et nunc notarius et scriba publicus curie cancellarie pisani Comunis predictis visioni abscultationi publicationi decreto et auctoritatis interpositioni autenticationi et aliis ut supra gestis et factis interfui una cum suprascripto ser Lupo et infrascripto ser Gerardo notariis et scribis publicis supradicte curie cancellarie. Et quia suprascriptus dominus Gerardus vicegerens una mecum et dictis ser Lupo et ser Gerardo invenit et ego et dicti notarii una cum dicto domino Gerardo viceregente domini pisarum potestatis invenimus suprascriptas licteras et privilegia exemplatas et exemplata concordare in omnibus et per omnia cum supradictis originalibus et autenticis licteris et

privilegiis esse sine vitio et defectu; ideo me subscripssi et meum signum et nomen apposui consueta in testimonium omnium predictorum auctoritate et decreto suprascripti domini Gerardi vicegerentis domini Betti potestatis supradicti. Actum Pisis in supradicto loco presentibus suprascriptis testibus ad hec rogatis, suprascriptis anno indictione et die.

Ego Gerardus filius quondam ser Iohannis Sassi notarii de Vico civis pisanus imperiali auctoritate notarius et nunc cancellarius publicus ad licteras cancellarie pisani Comunis pro Comune pisano, predictis visioni abscultationi, publicationi, autenticationi decreto et autoritas interpositioni, autenticationi et aliis ut supra gestis et factis interfui una cum suprascriptis Uguccione et Lupo notariis et scribis publicis supradicte curie cancellarie; Et quia suprascriptus dominus Gerardus vicegerens supradicti domini Betti Pisani potestatis una mecum et dictis Uguiccione et Lupo invenit et ego et dicti notarii una cum dicto domino Gerardo vicegerente ut supra invenimus suprascriptas licteras instrumenta et privilegia exemplatas et exemplata concordare in omnibus et per omnia cum supradictis originalibus et autenticis licteris, instrumentis, et privilegiis et esse sine vitio et defectu ideo me subscripsi, et in testimonium omnium predictorum meum signum et nomen apposui consueta autoritate et decreto supradicti domini Gerardi vicegerentis predicti, Actum Pisis in supradicto loco presentibus supradictis testibus ad hec rogatis et vocatis supradictis anno indictione et die.

NOTE

(1) La presente autenticazione del notaio Lupo, e le due seguenti dei notaj Uguccione, e Gerardo si riferiscono ai ventotto documenti che precedono, dal Num. LIX. al Num. LXXXVI.

LXXXVII

Araone D'Oria giurisperito *a nome proprio, e di suo fratello Anfreone, e come procuratore di Nicolò, Antonio, Giuliano, Tebaldo, e Odoardo del fu Cassano D'Oria, e di Luca D'Oria di Mariano; Enrichetto del suddetto Cassano D'Oria; Galeazzo di altro Galeazzo di Araone D'Oria; Damiano di altro Damiano di Saladino D'Oria; e Matteo* medico *per Pietro D'Oria, e per gli uomini del Comune di Alghero (*Allegerii*), in virtù dei poteri loro conferiti con atti dell'*1 *e del* 2 *gennaio* 1353*, cedono e trasferiscono a mani del Comune di Genova il governo, e il pieno dominio di detto Comune di Alghero, con tutti i suoi dritti, ragioni, possessioni, e giurisdizioni, e lo mettono sotto la di lui protezione, col patto di lega offensiva e difensiva contro il re di Aragona, e i Catalani; ad eccezione dei possedimenti particolari, e di certi introiti, e dritti di gabella, che i suddetti D'Oria si riservano nella qualità di antichi signori dello stesso Comune di Alghero.*

(1353, 15 febbraio).

Dai Regi Archivi di Corte di Torino, Genova, Docum. Antichi, Serie 1.ª, Mazz. 8. Num. 8.

In nomine Domini amen. Ad honorem et gloriam ompotentis Dei beatorum sanctorum Iohannis Baptiste et Evangeliste beatorum apostolorum Petri et Pauli Simonis et Thadey Beati Laurentij prothomartiris et patroni ecclesie januensis et gloriosissimi Georgy vexiliferi Comunis Ianue et totius curie celestis.

Ad honorem et augmentum magnifici domini domini Iohannis de Valentie Dei gratia ducis Ianuensium et populi defensoris et sui consilii et quorumcumque aliorum qui pro tempore fuerint et omnium et singulorum civium et districtualium civitatis et comunis Ianue ubique existentium et ad exterminium destructionem et stragem regis Aragonum et Catalanorum subdictorum et vassalorum ipsius et omnium inimicorum comunis Ianue.

Nobiles viri dominus Araonus (1) de Aurea quondam domini Araoni jurisperitus suo proprio nomine et tamquam procurator et procuratorio nomine Nicolai de Aurea filij quondam domini Casani de Aurea militis ac etiam nomine et vice Anthonii Juliani Thebaldi et Oddoardi filiorum quondam dicti domini Casani pro quibus ad cautelam dictus dominus Nicolaus de rato promisit.

Ac etiam tamquam procurator et procuratorio nomine luce de Aurea filii et heredis quondam domini Mariani de Aurea. Ac etiam procurator et procuratorio nomine Anfreoni de Aurea fratris dicti domini Araoni. Ut de procuratione seu mandato et promissione predictorum constat publico instrumento scripto manu *Ferandoti* (*Fadoti*) Sfollie notarii januensis anno Domini millesimo tercentesimo die secunda januarij.

Ac etiam Enricetus filius quondam dicti domini Casani militis suo proprio nomine et Galazius de Aurea quondam Galeazii filii quondam domini Araoni.

Ac etiam predicti dominus Araonus jurisperitus suo et dictis nominibus et dictus Galeazius suo proprio nomine et unusquisque eorum in solidum nomine et vice Damiani quondam Damiani filii quondam domini Saladi et pro quo Damiano predicti dictis nominibus et

unusquisque eorum promiserunt de rato michi Conrado de Credencia notario et cancellario comunis Ianue sub ypotheca et obligatione omnium bonorum suorum et sub pena dupli eius de quanto fuerit contrafactum.

Et Anthonius medicus quondam Philipi de Burgo Alegery insule Sardinee syndicus actor et procurator et Syndicario nomine universitatis et hominum Burgi et terre Alegery ad infrascripta constitutus ut patet de dicto Syndicatu instrumento publico scripto manu dicti *Ferandoti* (*Fadoti*) Sfollie notarii supradicti dicto millesimo tercentesimo quinquagesimo tertio die prima januarii.

Omnes simul coniuncti cum dicto domino Araono jurisperito Enriceto et Galeazio dictis nominibus.

Et ipsi dominus Araonus Enricetus et Galeazius dictis nominibus cum predicto Anthonio medico Syndico dicto nomine sibi ad invicem et vicissim voluntatem assensum et consensum prebentes ad omnia et singula infrascripta. Constituti in presencia dicti domini ducis et sui consilii et quorum consiliariorium nomina qui interfuerunt sunt hec.

Andalo de Savignonis Lanfrancus de Cancello

Georgius de Marchislo Baritanus de Marinis

Christoforus Palavicinus Ansaldus Marabottus

Anthonius de Podio Raphael de Nigro.

Animadvertentes et plenario tractatu adhibito clare et lucide considerantes obsequia subsidia atque presidia colata et prestita per ipsos Dominum ducem consilium et comune Ianue universitati comunitati et hominibus dicte terre et loci Alegery nec non dictis dominis de Aurea et singularibus personis hominum dicte terre comuniter divisim presertim pro defensione et ad defensionem contra ipsum regem Aragonie et Catalanos inimicos suos notorios et hostes comunis Ianuensis.

Advertentes etiam prout experientia docet quam sit suave felice et graciosum regimen et dominium dicti comunis Ianue et quod sine regimine et dominio comunis Ianue non possint, quin pervenerint ad manus dictorum suorum hostium, conservari. Dederunt concesserunt et transtulerunt ipsi domino duci et consilio et in ipsis presentibus recipientibus solemniter acceptantibus presentes recipientes et solemniter acceptantes nomine et vice comunis Ianue in perpetuum et sine temporis prefinitione usque in secula seculorum omne dominium omnem plenam et omnimodam proprietatem merum et mixtum imperium cum omnimoda et plena jurisdicione et glady potestate dicti loci seu terre Allegery et districtus et universitatem comunitatem et omnes et singulos mares et feminas dicte terre seu loci et districtus qui nunc sunt seu quantumcumque in perpetuum fuerint.

Transferentes omnimode nichil in eis comuniter vel divisim retento territorii dicti loci seu terre Allegery et districtus cum omnibus regalibus regiminibus dominationibus iurisdictionibus penis mulctis spectantibus et pertinentibus seu que spectare et pertinere consueverunt seu in futurum spectabunt seu pertinebunt quandocumque in perpetuum dictis

dominis de Aurea seu dicte universitati seu singulis de dicta universitate comuniter vel divisim.

Ita quidem quod ipse dominus dux et consilium et per ipsos dictum comune Ianue semper et quandocumque possint in dicto loco terra et territorio Allegerii et districtus mittere habere et tenere ad expensas salaria de quibus domino duci et consilio et comuni Ianue videbitur transferenctum seu constituencium predictorum et omnium habitatorum possidentium seu bona seu possessiones habentium vel qui in futurum haberent in dicto loco Allegerij et districtus ipsorum domini ducis consilij et comunis Ianue rectores seu potestates judices scribas seu officiales unum vel plures cum servientibus familiis et comitiva de quibus eidem domino duci consilio seu comuni Ianue videbitur et placuerit. Et positos removere ad ipsorum beneplacitum et alios eligere et subrogare tociens et quando voluerint.

Qui vicarius potestas seu officiales possint in dicta terra et territorio seu loco et in homines utriusque sexus exercere omnem jurisdictionem et merum et mixtum imperium et gladii potestatem secundum capitula ordinamenta in futurum et in perpetuum ordinanda et committenda per comune Ianue in dicto loco vel deputandos ab eo comuni ad ipsa ordinanda facienda et corrigenda in omnibus et per omnia prout et sicut ipsi dominus dux consilium seu comune Ianue decreverint ordinaverint fieri et exerceri.

Hoc tamen dicto quod predicti vicarius rectores judices et scribe predictum eorum salarium quantumcumque fuerit constitutum primo debeant percipere ex condennationibus sive machiciis in dicto loco fiendis et in subsidium quando non sufficerent ad complementum dicti salary possint dicti domini de Aurea in subsidium conveniri et quicumque infrascripti redditus sui tam jurium quam possessionum capi ad complementum dicti salarij dum tamen predicti domini de Aurea qui erant domini Alegery nec predicti eorum redditus non teneantur nec capi possint etiam in subsidium supradictum ad solucionem predicti salarii nisi usque in quantitatem librarum septingentarum januensium et non ultra. Hoc est quod si deficiat dictum salarium quantumcumque ut supra ad complementum eius non possit capi de predictis juribus et redditibus nisi usque in quantitatem predictam librarum septingentarum januensium. Et hoc quod hic dicitur de dictis libris septingentis januensibus tantum ut supra locum habeat durante presente guerra inter comune Ianue ex una parte et regem Aragonie ex altera. Facta vero pace vel treugua inter eos possint capi per dictos dominum ducem consilium et comune Ianue usque in libris mille januensibus modo predicto seu ut supra hoc est ut in eo casu pacis vel treugue quod dictum est in libris septingentibus habeant locum et intelligatur de libris mille januensibus.

Possint etiam dicti dominus dux et consilium seu comune Ianue et non alii vel alius deveta facere in dicto loco et districtu. Et ibidem imponere cabellas toltas et collectas angarias et perangarias avarias reales et personales et mixtas ordinarias et extraordinarias exercitum et cavalcatam in mari et in terra in insula Sardinee vel alio eundi prout potest in aliis terris que sunt et pleno jure spectant ipsi comuni Ianue seu ad ipsum.

Possint eciam ipsi dominus dux et consilium seu dictum comune Ianue edificare seu construere castrum seu castra seu fortelicia muros foveas in dicto loco et ipsa edificata tenere et munire et alia omnia facere que potest in aliis suis propriis locis.

Item teneantur ipsi domini de Aurea et alii ex hiis dominis et omnes successores descendentes et heredes eorum non stare vel habitare in insula Sardinee vel aliqua parte eius usque per totum tempus presentis guerre seu quo durabit presens guerra que viget inter comune Ianue ex una parte et regem Aragonium ex altera sine expressa licentia consensu et mandato dicti domini ducis et consilii seu comunis Ianue.

Et generaliter possint in dicto loco territorio et districtu Alegery dicti dominus dux consilium seu comune Ianue qui nunc sunt et pro tempore fuerint in perpetuum omnia et singula demum facere exercere prohibere imperare mandare et punire que ipsi domini de Aurea et dicta universitas conjunctim vel separatim poterant seu quemadmodum ipsum comune plenius potest in civitate Ianue seu in suo vero et proprio districtu et territorio. Etiamsi de eis vel aliquo earum opporteret specialem et expressam fieri mentionem quam pro expressa et specialiter inserta haberi ex nunc totaliter voluerunt et consenserunt.

Insuper etiam in ipsos dominum ducem consilium et comune Ianue possessionem seu quasi et corporalem tenutam dicti territorii et dicte terre seu loci et districtus cum omnibus et singulis superius de verbo ad verbum expressatis et eciam sub generali clausula comprehensis et in signum vere traditionis omnium predictorum dederunt et concesserunt et traddiderunt ipsi domino duci et consilio nomine comunis Ianue ut supra bachulum in manibus ipsius domini ducis recipientis nomine dicti comunis Ianue.

Constituentes se se dictis nominibus omnia et singula supradicta in dictos dominum ducem consilium et comune Ianue translata precario nomine possidere donec possessionem seu quasi et tenutam per officiales suos acceperint corporalem.

Insuper etiam in signum vere et per effectum translationis facte corporaliter prestiterunt dictis nominibus in animam ipsorum constituentium fidelitatis plenum et debitum juramentum in manibus dicti domini ducis recipientis nomine et vice dicti comunis Ianue. Dicentes = nos procuratores et syndici supradicti nominibus quibus supra juramus ad Sancta Dei evangelia in animam predictorum constituencium quod ab hodie in antea usque ad ultimum diem vite nostre dictis nominibus erimus in omnibus et per omnia fideles vobis domino duci et consilio et comuni Ianue dominis nostris contra omnem hominem. =

Item promiserunt et convenerunt predicti domini de Aurea qui fuerunt domini de Allegerio non capere aliquem finem vel concordium occasione illarum villarum vel aliorum locorum que fuerunt occupata per dictum regem Aragonum vel gentem ipsius vel occasione alicuius alterius questionis vel etiam occasione aliarum villarum castrorum et locorum que et quas ipsi dicti domini de Aurea nunc possident. Vel aliquod concordium vel conventionem facere cum aliquo vel aliquibus qui sit vel fuerit in futurum inimicus comunis Ianue nisi de expressa licentia consensu et voluntate comunis Ianue.

Item solenniter promiserunt dicti domini de Aurea dicto domino duci et consilio stipulantibus nomine quo supra quod quandocumque Deo dante contingat quod per comune Ianue vel vicarium dicti comunis in dicta insula constitutum seu constituendum proponat accedi ad aliquem locum in insula Sardinee constitutum pro comuni Ianue recuperandum seu habendum vel acquirendum vel aliquam deffensionem vel offensionem per comune Ianue faciendam quovis modo quod predicti domini de Aurea et sui heredes in infinitum cum hominibus eorum qui eis restant in aliis villis et castris in insula Sardinee ibunt et

stabunt cum exercitu dicti comunis ad recuperationem et acquisitionem dicti loci et hostem et cavalchatam congruam facient in predictis pro tanta parte pro qua congruum videbitur ipsos ad recuperationem et acquisitionem predictam posse procedere.

Versa vice ad securitatem predictorum dominorum de Aurea predictus dominus dux et consilium nomine quo supra promiserunt dictis dominis de Allegerio et michi Conrado de Credencia notario et cancellario comunis Ianue officio publico stipulanti et recipienti nomine et vice predictorum quod ex eo quia alique ville et loca occupata et violenter acceptata fuerunt per gentem dicti regis Aragonum a predictis dominis de Aurea. Et ex eo etiam quia dicti domini de Aurea in alijs suis castris villis et locis per gentem prefati regis Aragonum continue et aspere leduntur et molestantur.

Quod ipsi domini dux et consilium seu comune Ianue non faciet pacem cum dicto domino rege Aragonum quin dicti domini de Aurea intelligantur et sint inclusi in dicta pace ac etiam quod eum facient tali modo et non aliter ex quo respectu dictarum villarum et locorum nunc occupatorum per dictam gentem dicti regis Aragonum ab eis ut supra ipsi domini de Aurea merito debebunt et poterint contentari.

Et volentes ipsi dominus dux et consilium benigne agere cum hominibus Allegerii supradictis qui semper fuerunt fideles et boni operis erga comune Ianue et maxime presentibus temporibus in presenti guerra et specialiter in presenti negotio. Ac etiam attendentes non esse juridicum ut alius pro alio indebite molestetur. Promiserunt et convenerunt predicti domini dux et consilium syndico supradicto stipulanti et recipienti nomine et vice hominum dicti loci Allegery et michi Conrado de Credencia notario infrascripto tamquam publice persone officio publico stipulanti et recipienti nomine et vice dictorum hominum et burgensium Allegery. Quod predicti homines Allegery et districtus nec aliquis eorum ullo jure modo vel capitulo speciali vel generali non possint molestari conveniri inquietari impediri vel gravari realiter vel personaliter civiliter vel criminaliter ob aliquod debitum seu occasione ipsius quomodocumque contractum usque in presentem diem per dictos dominos suos vel aliquem vel aliquos eorum versus aliquam aliam personam a dictis hominibus Allegery. Ex contractu vel quasi ex maleficio vel quasi.

Nec etiam ex laudibus vel occasione laudum vel represaliarum concessarum contra ipsos homines propter factum seu delictum ipsorum dominorum vel alicuius ipsorum ymo ab hiis vigore presentis contractus vel composicionis decreverunt ipsi dominus dux et consilium ipsos homines et quemlibet eorum esse plenissime liberatos obligationibus et contractibus in quibus ipsi homines sunt obligati ex facto suo legitime remanentibus in sua roboris firmitate in tali quali sunt ac etiam obligationibus ipsorum dominorum quantum contra eos dominos et pro eis dominis firmis penitus remanentibus per presentem contractum vel conventionem non in aliquo diminutis quantum contra ipsos dominos vel pro eis. Excepto quod istud beneficium huius capituli non trahatur ullo modo ad jura Nicolai et Kastrevary (2) de Aurea nec per hoc illis juribus intelligatur aliqualiter derogatum que habent contra ipsos dominos et homines Allegery occasione grani delati in ipsum locum.

Promittentes dicti domini Aurea et homines supradicti dictis nominibus eiam nominibus supradictis bona fide et sine fraude dare et prebere semper et quandocumque veram et operam efficacem ad deffensionem et conservacionem omnium et singulorum predictorum ipsis domino duci et consilio et officialibus eorum seu comunis Ianue. Et ipsa jura translata

predicta non impedire vel subtrahere vel impedienti seu subtrahenti consentire directe vel per obliquum sed potius omnia iura translata ut supra, quantum est pro facto ipsorum et cuiuslibet ipsorum defendere et auctorizare a quacumque persona domino rege vel principe ecclesiastico vel seculari corpore collegio vel universitate. Ita quod pro alieno facto non teneantur salvo contra dominum regem Aragonum pro juribus que habent in dicto loco defendere non teneantur.

Que omnia et singula supradicta promiserunt et iuraverunt corporaliter ad sancta Dei evangelia tactis scripturis in animam ipsorum et constituentium predictorum ipsis domino duci consilio et comuni Ianue attendere complere et observare et in nullo contrafacere vel venire de jure vel de facto directe vel per obliquum.

Sub pena florenorum auri quinquaginta millium auri stipulacione solenni promissa; et que pena possit exigi cum effectu quotiens fuerit contrafactum.

Ratis manentibus nichilominus omnibus et singulis supradictis. Acto expresse et solemniter quod pro dicta pena predicti de Aurea et dicta universitas Allegery et singuli dicte universitatis possint realiter et personaliter et quelibet dictarum partium in solidum conveniri in civitate Ianue et coram quocumque magistratu Ianue et districtus et coram quocumque alio et magistratu ecclesiastico vel seculari perinde ac si presens contractus in dictis locis esset confectus.

Renunciantes privilegio fori non sui iudicis et omni legum auxiliis.

Et pro inde omnia et singula supradicta ad sic observandum ut predicitur obligaverunt omnia bona ipsorum et constituencium predictorum dictis nominibus et cuiuslibet eorum habita et habenda exceptis hiis bonis dominorum predictorum de Aurea que sunt in terra firma extra districtum Ianue et riperias a Corvo usque Monachum et a jugo mare inclusive.

Acto in presenti contractu principio medio et fine quod omnes possessiones proprietates et dominia ipsarum spectantia et pertinentia ad dictos dominos vel homines ipsorum et cuiuslibet eorum vel aliquem ipsorum dominorum et omnes obventiones et redditus ex ipsis possessionibus quas habent vel ad eos pertinent in ipso loco Allegery vel districtus pleno jure remaneant ad ipsos quemadmodum pertinent civibus et habitatoribus cuiuslibet alterius terre et loci.

Ac etiam omnes infrascripti introytus sive cabelle que ab antiquo fuerunt semper ipsorum dominorum de Aurea eisdem dominis remaneant et pertineant pleno jure ab eis nullatenus revocati et colligendi secundum formam capitulorum et clausularum ad presens in dicto loco existentium circha dictos introytus.

Introitus autem et cabelle sunt hec

Primo cabella salis.

Item de omni re vel mercantia que aportatur vel extrahitur per forenses de dicta terra denarios quatuor pro libra.

Item de omni grano ordeo vel cuiuslibet specie blaudi vel leguminis denarios sex pro raxerio.

Item de mensuratione cuiuslibet raxerii grani vel ordei vel aliorum supradictorum denarium unum pro raxerio.

Item pro quolibet centenario casei peciam unam casei pro cannatura.

Item pro ponderatura casei denarios duos pro quolibet centenario.

Item pro qualibet pecia panni cuiuscumque condicionis existat pro canatura denarios duos.

Item pro quolibet centenario canarum telle pro canatura denarios decem.

Item de omni alia merce que ponderetur denarios duos pro canatura videlicet unum ab emptore et aliud a venditore.

Item de qualibet libra olei que mensurabitur medaliam unam.

Item de qualibet vegete vini greci soldos decem et denarios quatuor.

Item pro qualibet vegete vini alterius que aportetur a terra extranea soldos quinque et denarios quatuor.

Item omnes res que straquantur sunt de racione Portus Allegery.

Item pro quolibet bove qui interficiatur in terra Allegery soldum unum.

Item pro qualibet vacha denarios sex.

Item pro quolibet porco denarios quatuor.

Item pro quolibet castrato denarios duos.

Item pro quolibet centanario agnonorum verrilium soldos duos.

Item pro quolibet corio bovino vel vache unum denarium pro marcho.

Item pro qualibet sorte choralli que vendatur rametam unam.

Quos quidem introytus et proventus atque possessiones dicti dominus dux et consilium dictis nominibus promiserunt dictis dominis de Aurea nominibus quibus supra quod ipsum comune per viam debite justicie manutenebit et defendet ab hominibus et habitatoribus dicti loci Allegery ne illis vel aliquo eorum ab eis ulla iniuria vel violentia quomodolibet inferatur et favorem auxilium et consilium plene *justias* dabit in partibus illis pro percipiendis nunciis et officialibus ipsorum dominorum et cuiuslibet eorum.

Et supradictus Galeazius confitetur et iurat ad sancta Dei evangelia corporaliter tactis scripturis se esse maiorem annorum sexdecim. Et omnia et singula supradicta rata grata et firma habere et in nullo contrafacere vel venire racione minoris etatis vel alia racione.

Et predicta omnia et singula facta sunt per ipsum Galeazium de consilio et consensu domini Araoni de Auria quondam domini Araoni et Enriceti filii domini Casani militis et Enrici de Aurea quondam Castellani qui sunt de proximioribus propinquis dicti Galeazii. Qui omnes juraverunt se credere quod predicta omnia et singula facta sunt et fuerunt ad utilitatem dicti Galeazii et non ad aliquam lesionem eiusdem.

Quibus omnibus et singulis sapiens vir dominus Ubertinus de Vulpexinis de Regio jurisperitus et vicarius domini… Mantegacii civis Mediolani potestatis civitatis Ianue (3).

Actum Ianue in palacio domini ducis in Pontili novo facto anno Domini nostri millesimo tercentesimo quinquagesimo tertio indictione quinta secundum cursum Ianue die quintadecima februarii hora complectorii.

Testes dominus Maffeus de Florencia jurisperitus et vicarius domini ducis dominus Celesterius de Nigro jurisperitus Raymondinus de Aurea Enricus de Aurea quondam Castellani et Fadoctus Sfolia notarius cives Ianue.

Senza sigillo.

NOTE

(1) Nel seguente documento Num. LXXXVIII è scritto *Alaone* invece di *Araone*; dal che si deduce, che il nome è lo stesso, ma pronunziavasi in un modo, e nell'altro.

(2) Forse *Kristofari*.

(3) Nell'originale minuta v'esiste una lacuna in bianco che contiene lo spazio di venti linee circa.

LXXXVIII

Nicolò di Cassano D'Oria, per sé, e per suo fratello Enrichetto, e come procuratore di Alaone D'Oria giurisperito *del fu Alaone, e di Galeazzo del fu Galeazzo D'Oria; Luca D'Oria di Mariano; e Nicolino di Pignono per la* università *di Alghero, approvano, ratificano, e confermano la cessione del governo, dritti, ragioni e giurisdizioni spettanti a detta* università*, e al suo distretto, pattuita a favore del Comune di Genova con atto del* 15 *febbraio* 1353*, e ne fanno la reale consegna a Fadoto Sfoglia sindaco, o procuratore di detto Comune, il quale, dopo avutane la simbolica tradizione, fa inalberare sulle porte della terra il vessillo genovese. E per maggiore sicurezza della seguita cessione, e dei patti convenuti, gli abitanti, e gli uomini di Alghero prestano individualmente il giuramento di fedeltà al Comune di Genova*.

(1353, 7 marzo).

Dai Regi Archivi di Corte di Torino, Genova, Docum. Antichi, Serie 1.ª, Mazz. 8. Num. 8.

In nomine Domini amen. Nobilis vir Nicolaus de Auria filius et heres pro sexta parte quondam domini Casani de Auria millitis procurator et procuratorio nomine domini Alaoni de Auria iurisperiti quondam Alaoni et Henriceti quondam predicti domini Casani millitis et Galleacij quondam domini Galleacij ut de procura ipsorum constat publico instrumento scripto manu Conradi de Credentia notarii millesimo tercentesimo quinquagesimo tertio die decima sexta februarii et Anffreonus fillius et heres quondam domini Alaoni de Auria predicti et Luchas fillius et heres quondam domini Mariani de Auria et Nicolinus de Pignono de Allegerio sindicus et sindicario nomine ad infrascripta hominum et universitatis Allegerij et districtus ut de sindicatu constat publico instrumento scripto manu mei Stephani Carpeneti notarii infrascripti infrascriptis millesimo et die habentes predicti dictis nominibus plenam nocticiam de translacione dicti loci Allegerij et districtus et omnium jurisdicionum suarum plene factis per dominos de Auria et sindicum universsitatis Allegery ut de ipsa translacione plene constat publico instrumento scripto manu dicti Conradi de Credencia notarii millesimo tricentesimo quinquagesimo tercio die decima quinta februarii. Cognoscentes omnia et singula supradicta que in dicto instrumento plenius continentur esse facta et translata in ipsum dominum ducem et conscilium seu comune Ianue de ipsorum omnium predictorum mandato et voluntate et volentes facere ea ad que tenentur de jure et ex omni equitate verssus me notarium infrascriptum stipulantem et recipientem nomine et vice magniffici domini domini Iohannis de Valente Dei gracia januensis ducis et populi deffensoris et sui consillij et comunis Ianue in presencia testium infrascriptorum ac etiam verssus te sindicum comunis Ianue infrascriptum stipulantem et recipientem nomine dicti comunis ratifficaverunt appobaverunt et emollogaverunt dictum instrumentum compositum manu Conradi de Credencia notarii et cancellarii comunis Ianue millesimo tricentesimo quinquagesimo tertio die decimaquinta february et omnia et singula in ipso contenta generaliter et specialiter de quibus omnibus de verbo ad verbum plenarie asserunt nocticiam habuerunt et volentes exequi ut debent suis et omnibus nominibus supradictis in presens auctoritate domini Petri de Auria vicarij et rectoris dicte terre Allegery et districtus in omnibus suprascriptis et infrascriptis auctoritatem suam et decretum interponentis dederunt et transtulerunt in Fadotum Sfoliam notarium sindicum comunis Ianue et sindicario nomine

recipientem manualiter corporaliter possessionem et tenutam dicte terre et loci jurisdictionis et omnium jurium atque regallium Allegery et districtus tradendo claves portarum dicti loci et dando in manu dicti Fadoti sindici et in ipsum plenarie transferentes ac eciam ponendo in manu dicti sindici dicto nomine portus et ferrogiaria ipsarum portarum dicti loci et ipsum sindicum ducentes per ipsum locum atque districtum transferentes ut supra ac etiam baculum in manu dicti sindici dicto nomine dantes transferentes in signum et effectum omnium predictorum ac etiam supra portus ipsius loci dicto sindico imponente vexilum et banderiam comunis Ianue in presencia consensu et voluntate omnium predictorum ad dictum effectum, corporalis possessionis ut supra traddende ac eciam ad predictum effectum corporalis traddicionis et debite fidelitatis homines infrascripti Allegery in manibus dicti sindici dicto sindicario nomine recipientis prestitorum fidelitatis debitum sacramentum dicentes ego… Iuro in manibus dicti Fadoti sindici comunis Ianue recipientis pro ipso comuni quod ego pro me et heredibus meis ab isto die in antea imperpetuum ero fidelis et obediens domino Iohanni de Valente ad presens Dei gratia ianuensis duci et populi deffensori et suo conssilio et quibuscumque allijs qui pro tempore fuerint imperpetuum ipsi comuni et rectoribus et officialibus ipsius comunis et fidelitatem debitam servabo ipsi comuni et servare promito contra omnem hominem sub ypotheca et obligatione omnium bonorum meorum quam inmissionem et omnia et singula supradicta omnes suis et dictis nominibus promixerunt dicto sindico et ad cautelam michi notario infrascripto stipulanti et recipienti officio publico nomine et vice comunis Ianue rata firma et grata habere et tenere in perpetuum et non contrafacere vel venire de jure vel de facto renunciantes exceptioni rei sic ut supra non geste et non inmisisse non jurate atque non promisse ut supra dolli mali metus in factum condicioni sine causa ob cauxam et omni iuri sub pena dupli eius de quanto contrafieret solempniter stipulata. Que tociens commitatur quociens fuerit contrafactum ractis manentibus omnibus et singulis supradictis. Pro quibus omnibus et singulis atendendis et observandis predicti suis et dictis nominibus obligaverunt omnia bona sua habita et habenda verssus dictum sindicum et notarium supradictum dicto nomine recipientem ut supra. Homines autem qui iuraverunt sunt hii Nicola Spidenus Anthonius Medichus Iohannes de Rechenata Iohannes Manus Nicolaus Mastinus Speciarius Tadeus de Campo Iohannes de Saviliano Benedictus Capra Martinus Grillus Deodatus de Socida Borzolus Manchossus Nicola de Arestano Domitrius Canis Gavinus de Sey Anthonius Laneri Aramucius Pina Petrus Pischela Anthonius Vadaledus Petrus Curra Fredericus Palas Bocharius Forma Miali de Placia Iohannes eius frater Petrus de Nulla Macellus Spaerius Iohannes Gasparinus Ugolinus Crossus Benedictus Iolla Christoforus Pinto Saradinus de Bargono Georgius de Cherchi Iohannes Roxellus Petrus Lucius et Serra Manitus Motuffa Nicola Octus Guantinus de Morangio notarius Petrus de Vias Nicola de Morangio Iohannes Iolla Simoninus Crossus Iullianus de Arrvo Iohannes Boninsegna Stephanus de Rutha Constantinus Caeiuppa Iullianus Corda Barixonus Manus Iacobinus Piacia Guantinus Villatus Leonardus Aiacinchus Petrus Pischela Iacobus de Circhulo Cossius Pina Gullielmus de Mella Borciolus de Vare Nicolaus Melle Iohanninus Gareta Iacobus Lanerius Margaionus de Serra Martinus Cathalanus Iohannes Ferrarius Bernardus Clavonerius Petrus de Valle Anthonius de Massa Sancturinus Lodus Claranus Clavonerius Franciscus de Martis Iullianus Pissanus Barixonus Michalelus Lazarinus de Lachu Iohannes de Serra Anthonius de Marrogio Rolandinus Selarius Comita de Lachu Petrus Ochecius Iohannes Clavonerius Albizelus Cathonus Iohanninus Fornarius Cucionus Piper Iohannes Porchargius Guantinus de Ligio Iohannes Pallus Petrus de Assia Manuel Pina Gollinus Pellipparius Anthonius de Sogio Petrinus de Vangiargia Andreas Murgia Melianus de Cherchi Petrus Canis Spera in

Deo Romanus Franciscus de Varro Lodixius Speciarius Guiliotus Clavonerius Iohannes Monjardino Petrus Pischela Leonardus Seche Petrus de Vare Jullianus Uda Michael Maxella Andriucius de Cantela Bernardus Octus Pensabeni Clavonerius Iohannes de Nauiza Ugolinus Cima Guantinus Ligieri Comita de Frailis Guillielmus de Loray Guillielmus de Pertuxo Sancturinus de Campo Anthonius Pira Petrus de Varro Petrus de Bruneto Benvenutus Lactus Guantinus Piga Lodixius Lodus Nicola de Ruta Iullianus Pulege Iullianus de Ceno Michine de Carvia Sistus Talia Marchus de Varro Iohannes de Saba Guantinus Pina Guantinus Pira Simon Capsarius Petrus Palla Birrus de Massa Borzolus Murchus Andreas de Auria filius Barixoni Iohannes de Marongio Bernardus Spina Nicolaus Farre Iohannes Seche Guantinus de Serra Bencivene Corssus Iohannes Pissanus Iohannes Sardus Obertinus de Michalelo Anthonius de Cherchi Comiita Carbone Petrus Pira Benenatus Sorriolus Barixonus de Carvia Anthonius Pogione Bocharius Maxena Paulus Farre Comita Mutaschus Boniffacius Maxera Speratus Pira Maceus de Villa Petrus Capra Franciscus de Bonauros Mellianus Carta Iohannes Madaus Anthonius de Vales Barixonus Palone Fabianus de Auria Barixonus de Auria Andreas de Fosso Biancolelus Corssus Borzolus de Lelee Melianus Manega Iohannes de Canas Georgius de Mella Petrus Ciburchus Petrus de Figos Jullianus Sirago Simonus Seche Melianus Farra Dominicus Pissanus Iohannes Corssusfrao Iohannes Maneschalcus Franciscus Brundus Nicolinus de Soya Christoforus de Rio Iohannes Acimator Borzolus Pischera Merianus Iola Franciscus Murator Nicolaus de Mela Nicola de Logo Guantinus Duras Iohannes Porchelo Iohannes Canis Nicolaus Pingueti Iohannes Luppinus Iohannes Bolaxus Iohannes de Diano Guirardus Piper Borzolus de Serra Dorsdor de Serra Anthonius Fraus Obertus Schachabugna Fraxus de Varro Leonardus de Cherchi Melianetus Stroza Petrus de Montes Iohannes de Marongio Franciscus Musso Guantinus de Viada Manuel Fura Iohannucius Fornarius Aramus de Lonaveni Iohannes de Serra Iohannes Pissanus Manuel Solina Comita Pizale Iohannes Maxela Melianus Zancha Obertinus Pasquale Borzolus Conciator Guantinus Tiras Iohannes Corssus de Sancto Anthonio Nicolaus Seche Nicola de Monte Petrus de Cerchulo Pantaleo Pischela Petrus Pira Andriolus Capra Anthonius Falche Barixonus Ganbela Beraldus de Cherchi Cichus Ionchinino Anthonius Brachus Iohannes Poione Acuzonus Piper Anthonius Tamburelus Anthonius de Marongio Laurencius de Serra Iohannes de Ajacio Jullianus Melle Stephaninus Sartor Augustinus de Nulla Anthonius Chazaguerra Iohannes Iolla Petrus Pira Iohannes de Losta Duzus Dischane Petrus Massessazo Guantinus Tenerus Laurencius de Campo Petrus de Martis Petrus Verde Iohannes Cultelerius Anthonius Pira Sadurinus Alferius Nicola Seche Dorgodori Maxela Petrus Macheche Ogolaudus Acimator Comita Vidao Guantinus Pischera Borzolus Yspanus Mellianus Cochirone Petrus de Nulla Andriucius Acimator Auffrencius Corssus Urssus Draperius Mateus Poione Iohannes de Villa Isdraelus Maxela Acharius de Bagnos Petrus Pischela Stephanus Cogonexinus Iohannes Alferius Sysini Pina Andreas Manus Amatus Pina Opecinus de Dulcenicha Bertolomeus Sartor Rocharus Picarelus Franciscus Yspanus Iohannes Bachonus Gullielmus de Castello Gullielmus Ionchitanus Comberssus Callegarius Petrus Morio de Cherchi Iohannes Pelle Nicola Pira Anthonius Capreta Comita de Campo Leonardus de Nurra Petrus Corssus Benedictus de Bruno Andreas de Serra Nicolinus de Serra Gonari Spada Barixonus de Marongio. Actum in Allegerio in ecclesia Sancte Marie Virginis dicti loci anno Dominice nativitatis millesimo trecentesimo quinquagesimo tercio indicione quinta secundum curssum Ianue die septima marcii circha terciam, Testes Iohannes Marihonus de Ianua Obertus de Guercio de Clavaro Iohannes de Raynerio Nicolaus de Saona de Boniffacio et Andriolus Blanchus de Bonifacio et Bertolomeus Blanchus de Boniffacio ad hec vocati et

rogati. Ego Stephanus Carpenetus Sacri Imperii notarius hiis omnibus interfui et rogatus scripsi.

Hii sunt homines Allegerii qui in manibus supradicti Sindici recipientis nomine et vice comunis Ianue fidelitatem juraverunt.

Iohannes Cupellus Zocharius de Carvia Nicola Sana Petrus de Minerba Iacobus de Lochidro Anthonius de Lappo Franciscus Pinatontus Nichola Porchus Iohannes Verde Obertucelus Tabernarius Nicola Dussa Maceus Pallia Augustinus Oriolanus Jullianus Pirella Iohannes Mazuchus Petrus de Logatto Petrus Manus Barixonus de Nocho Mialy de Marongio Jullianus Pallia Sanctorus Sana Guilliermus Melioratus Iohanucius de Verlineto Iohannes Mazola Zocharus de Scorza Miali de Serra Nicola Corssus Macellarius Iohannes Mudaschus Iohannes Seche Barisonus Pedes Petrus Virvissa Facinus Yspanus Comita de Serra Mellianus Pina Rocharus Piana Barixonus Pissanus Borzolus de Serra Georgius de Palmas Guillielmus de Vanlargia Comita de Lenzas Gasparinus Dorecorda Iohannes de Baona Peyroni Gorgia Christoforus de Cherchis Iohannes de Lastia Iohannes de Zori Petrus Lungus Boniffacius de lo Biancho Petrinus Manchossus Petrus Solina Menoni de Bies Barixonus Clavonerius Salvagius Falche Iohannes Maras Iacobus Caffana Gavinus Seche Petrus de Marongio Beraldus de Vades Nicola de Bagnos Iohanninus Talle Stephanus Pissanus Callegarius Petrus de Varre Ortolanus Sanctorinus de Struppa Nicola de la Clavula Ellias Ortolanus Iohannes Marro Nicola de Naviza Comita Murgia Vivaldus Conciator Machagnolo de Allegerio Barixonus de Gonale Comita Atolis Obertinus Picolinus Iohannes Ussa Petrus Caffana Jullianus de Sey Franciscus de Campo Comita Mussone Pantaleo de Serra Dorgodor Murgia Roffinus de Vias Leonardus Jolla Nicola Candella Thomainus de Serra Petrus de Nurchi Jullianus Mancha Petrus Lini Corssus Petrus de Iudice Margaritas Fara Rocharus Pillus Pillay Maras Saltarus Pina Magister Andreas Medichus Seguranus de Ventura Gucius Speciarius Iohannes Marche Petrinus Murgia Comita Tamburi Gonari de Marongio Miallucius Callegarius Iohannes Millone Guantinus Manucius Anthogius de Licarri Dominichus Barberius de Bolonia Nicolaus Poione Leonardus de Serra Gullielmus Spaerius Brancha de Pantaleo Borzolus Falche Petrus Pira Guantinus Mancha Iohanninus de Nunza Ugolinus de Rio Petrus de Marongio Nicola de Cherchi Petrus Pinto Miale de Marongio Iohannes Pamnum Barixonus Carbonus Maceus Octus Ansardinus Corssus Raymundinus de Laverdera Iohannes de Serra Leonarducius Calegarius Melianus de Marongio Chilicus Murchus Iohannes Octus Rostorucius Corssus Comita Barrilarius Guantinus de Zori de Ussine Barixonus de Campo Borzolus de Serra unctor Franchucius Manchossus Leonardus Pancia Petrus Ordeus Nicolaus Rubeus Orlandinus Ortolanus Barixonus de Naviza Gavinus de Lucha Barixonus de Marongio Obertinus Clavonerius Comitazo Corssus Melioratus Corssus Nicolaus Zaonorus Cantinus de Thori Franciscus Millone Iohannes Videra Leonardus Sarberius Nicola de Marogno Sanctorinus Capra Comita Caffana Chilicus Corssus Comita Martinus Chilicus Seche Comita Seche Leonardelus Lanorius Nicola de Zori Cichus Malicha Bertolomeus Florentinus Iacobus Faber Cipari Manchossus Dalffinus de Varu Mellianus Pira Orlandus de Fracinto Nicolaus Melioratus Julianus Siregus Petrus Mancha Petrus Picherotus Guantinus Vachia Furadus Carbone Iohannes Sana Gullielmus de Naviza Anthonius Ramadascha Mialy Vidau Marchucius de Canthera Julianus Manus Iohannes de Cumitatu Anthonius de Serra Ciragus Lara Barbucius de Barbo Comita de Serra Petrus Massala de Brae Iohannes Manchossus Iohannes Sardinea Marinus de Varagine Bertranus Furnerius Gavinus Dardus Miale de

Montagnano Nicola Garonus Iohanninus Sogia Guantinus de Cherchi Boniffacius Maxela Martinus de Nelu Gavinus de Zori Paulus Taras Barixonus de Cherchi Guantinus Manus Petrus Jolla Nicola de Campo Georgius de Lenzas Comita de Lenzas Franciscus Pina Barixonus Seche Nicola de Naviza Petrus Galfone Barixonus de Sogio Petrus Pina Vacargius Iacobus de Gullielmo de Serra Clarinus Velloy Anthonius Massalla Petrus Schiradus Nicola de Marogno Jullianus Corrigiarius Seraffinus Lunbardus Iacobus de Bossa Busorgius de Figos Petrus de Serra Barixonus de Figos Petrus Luppinus Leonardinus Cagnavexinus Nicola Carbone Nicola Maxela Roffinus Turdus Iohannes de Martis Brancha Manchossus Poncius Faber Venetucius Corssus Gavinus Peschella Gavinus de Lenzas Gavinus Pinto Guantinus de Marongio Borzolus de Cherchis Geraldinus Geritacinus Corssus Iontarucius Darbore Clemens de Cherchis Saltarus de Varro Menator Fabianus Lodus Enricus Pischeri Franciscus Stornellus Martinus Coirazarius Guantinus Fancellus Borzolus de Figos.

Senza sigillo.

LXXXIX

Il re di Aragona Don Pietro IV scrive a Rambaldo di Corbera governatore di Sardegna, affinché faccia eseguire ed osservare fedelmente nell'isola l'ordine Reale già emanato riguardo ai pirati, che fossero sudditi della sua corona, i quali, prima di armare e di partire dal luogo in cui avessero armato, doveano giurare e prestare idonea cauzione di non offendere, né nelle persone, né negli averi i navigatori e le navi del comune di Pisa, in osservanza della pace conchiusa tra detto comune e i sovrani Aragonesi, la quale a tal riguardo dolevansi i Pisani che fosse stata spesso violata a loro danno.

(1353, 20 aprile).

Dall'I. R. Archiv. delle Riformagioni di Firenze, Atti pubblici, classe XI, distinz. III. tom. XXIII. num. XXXI

Petrus Dei gratia Rex Aragone, Valentie Majoricarum, Sardinee, et Corsice, comesque Barchinonis Rossilionis et Ceritanee, Dilecto nostro Rambaldo de Corbaria militi Gubernatori Sardinee et Corsice Regni salutem et dilectionem. – Cum nos ad instantiam dilectorum Iohannis Buzaccharini militis, et Iohannis de Hericiis decretorum doctoris, nuntiorum ad nos pro hiis, et aliis per honorabile comune Pisarum noviter transmissorum asserentium nonnullos pisanos seu districtuales dicti comunis per aliquos piratas terre nostre dampnificatos sive disraubatos fuisse contra pacis federa inter predecessores nostros illustres, et nos ac dictum comune inite et antiquitus observate ordinaverimus et velimus pro pace predicta in posterum observanda quod omnes et singuli armatores sive pirate per et dominationis nostre citra et ultra mare, qui de cetero armare voluerint, teneantur antequam recedant de portu sive plagia in quibus armaverint assicurare ydonee cum sacramento et homagio in posse Baiulj vel alterius officialis illius loci in quo illos armare contingerit prestandis, et cum ydoneis et sufficientibus fideiussoribus per dictos officiales ab ipsis recipiendis quod non offendent aliquem vel aliquos pisanum vel pisanos, aut districtuales comunis predicti in persona vel bonis aut alio quovis modo, immo illos permictent libere navigare; idcirco vobis dicimus et expresse mandamus quatenus de dictis piratis sive armatoribus qui in civitatibus sive locis iurisdictionis per nos vobis commisse subiectis armare voluerint securitatem iam dictam, antequam de dictis locis portu vel plagia recesserint, recipiatis vel per dictos officiales recipi faciatis, taliter quod si dictis pisanis aut districtualibus ipsius comunis dampna in personis vel bonis intullerint ad ipsos et fideiussores predictos, et bona eorundem recursus haberi valeat, et perinde puniri possint iustitia mediante, et nihilominus ut omnibus patefiat de predictis preconizactionem publicam fieri faciatis. Datum Valentie vigesima die aprilis anno a nactivitate Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo tertio. Ex auctoritate Regia.

XC

Progetto di capitoli di accordo tra la repubblica di Genova, e il re di Aragona riguardo alle possessioni dei Doria nell'isola di Sardegna; e istruzioni date dalla prima ai suoi ambasciatori per trattare la pace col secondo.

(… (1)).

Dai Regii Archivi di Corte di Torino, Genova, Docum. Antichi, senza data, Num. 3.

In Christi nomine amen.

Super primo articulo, que requiritur de negociis Sardinee, videlicet dicit quod vult terras, et castra dominorum de Auria, dando eis ipse dominus… Rex in peccunia tantum quantum esset conveniens.

Respondemus: Quod dominus… Dux aut Commune non habent dominium de predictis, nec de jure possent ipsos dominos… de Auria ad vendendum, vel dimittendum dictas eorum terras astringere. Tamen contentus est dominus… Dux et Commune sic vult, quod dicti domini de Auria tanquam subditi et vassalli dicti domini Regis observent, et faciant ipsi domino Regi absque contradictione aliqua vel defectu omnia ea, que facere de jure tenentur:

Et si dicti domini… de Auria ab inde in antea contrafacient predicto domino… regi contentus est dictus dominus… Dux et Commune, quod per ipsum dominum… regem procedatur contra ipsos ad ipsius liberam voluntatem.

Promittendo ipse dominus… Dux et Commune, quod nullum eisdem de Auria dabit auxilium, vel favorem, ymo ipsos coget ad omnia supradicta facienda, prout melius de jure poterit toto posse.

Et est eo casu conveniens, quod omnia fere facta contumacia processus et banna, et cetera quelibet malefacta per ipsos dominos… de Auria contra majestatem dicti domini Regis, ejus officiales, vel alios quoslibet Cathalanos in partibus Sardinee pro tempore elapso remitantur, et quietari debeant, et restitui per ipsum dominum Regem.

Etiam et oportet quod idem dominus… rex in casu predicto dictos dominos de… Auria recipiat in gratiam suam.

Super secundo articulo, quo requirit de insula Corsice, quod vult quod dominus… dux et Commune de ea se compromittat in dominum… Summum pontificem, et quod de ea secundum judicium suum stetur et fiat.

Respondemus: quod quia jam est diu et tantum quod contrarium ejus non existit in memoriam, ac etiam exinde omnis prescriptio est translata, quod de ipsa insula Commune Ianue per multa privilegia a multis Summis Pontificibus racionabiliter est dotatum.

Non videtur ipsi domino… Duci aut Communi conveniens, seu decens, quod ipse dominus… Rex de dicta insula facere debeat questionem.

Et tamen propterea non intendunt dictus dominus… Dux et Commune tenere ipsam insulam nisi ad honorem ipsius domini… Regis, et alia verba circa hec que sibi ad dicendum congrua videbuntur.

Super tercio articulo, quo dicit, quod de dampnis datis per unam partem alteri, stetur judicio domini Summi pontificis.

Respondemus: Quod dictus dominus… Dux et Commune ipsi domino regi in hoc cupiens complacere contenti sunt, et placet eis, quod observetur integre totum id, quod super predictis fuerit per ipsum dominum… Summum Pontificem judicatum, et ipsius judicio stare per omnia de predictis, ut premittetur, contentantur.

Super quarto articulo, quo dicunt, quod de servitio Tane stare debeamus judicio prelibati domini Summi Pontificis; etiam et de servicio Venetorum occasione dicte questionis.

Respondemus: Quod ut scitur, et publicum et notorium est pro maleficiis Venetorum Ianuenses, et omnes Christicole, qui in illo loco Tane tunc temporis se invenerunt, fuerunt mortui et spoliati, cujus occasione Imperator Iambech civitati Caffe maximam guerram fecit, in qua guerra magna multitudo Ianuensium obiit, et magna proinde pecuniarum quantitas fuit expensa, licet Commune Ianue habuerit exinde Dei misericordia victoriam, et honorem; quod est vere omnium christianorum in illis partibus existentium magna securitas atque favor; nec non et honor maximus Ecclesie Sancte Dei; qua de causa nobis conveniens non videtur quod dicti Veneti ire velint, vel debeant ad dictum locum Tane, quod esset tantum dampnum, atque periculum omnium christianorum.

Et circa hec alia pulcra verba, que ad recusandum predicta ut supra congrua videantur.

Semper nichilominus, quando de aliis capitulis concordium haberetis cum pulcris, et dexentibus verbis, de isto capitulo, videlicet de ponendo in Summum Pontificem negocium Tane ostendatis ut verum est, quod ire ad Tanam nos et Venetos est omnino contra bonum christianorum specialiter existentium in partibus illis in et maximum periculum: Et quod sine speciali lite et discensione seu briga inter nos et Venetos hoc fieri non posset.

Et quando tantum super hoc firmius remaneret, tunc poteritis respondere, quod Veneti ibi non sunt, nec qui pro ipsis possit promittere etiam nec vos super hoc habetis bailiam specialiter; tamen quod super hoc scribetis domino… Duci et Communi et in hoc operabimini omnia que poteritis toto corde, tanquam persona disposita ad pacem, et finem bonum, et quod ipse operetur, et faciat parte sua id quod expedit, et ut est debitum et conveniens.

Et si ut dictum est in concordio eritis de aliis capitulis supradictis, tunc scribere poteritis de presenti dicto domino… Duci per nuncium bonum, et vobis respondebitur id quod erit pro meliori, ostendendo nichilominus semper quod dictum negocium Tane non pertinet ad ipsum dominum regem, sed ad Venetos; et tamen hoc non obstante faciatis ut dictum est.

NOTE

(1) Manca la data: ma sembra che la presente Carta appartenga alla seconda metà del secolo XIV.

XCI

Proposte fatte dal comune di Pisa al comune di Genova per la rifazione di varii danni arrecati, e di prese fatte dagli armatori genovesi a pregiudizio di alcuni mercatanti, e cittadini pisani, anche nei mari di Sardegna; e risposte date dal detto comune di Genova per mezzo dei suoi ambasciatori Giovanni D'Oria giurisperito*, e Nicolò di Gujano*.

(1353, 15 luglio).

Dai Regii Archivi di Corte di Torino, Genova, Docum. antichi, Serie 3.ª, Mazz. 8, Num. 18.

In Christi nomine amen.

Tractatus quem portare debent domini Iohannes de Auria legum doctor, et Nicolaus de Gujano Ambaxiatores ituri ad comune Pisanorum.

In primis namque cum fuerint coram dominis Antianis comunis Pisarum dicant et exponant qualiter dominus Dux et comune Ianue ipsos transmiserunt ambaxiatores ad ipsorum presentiam quibus commiseruut quod prefactos dominos antianos et comune amicabiliter, et fraterne debeant salutare tamquam illos quos sibi reputant fratres karissimos et amicos.

Subsequenter dicant et exponant qualiter ad presentiam prefacti domini Ducis et comunis Ianue pro parte comunis Pisarum accesserunt… primo.

Ambaxiatores ipsius comunis, et eum querelosa lamentatione dixerunt et proposuerunt quod Ianuenses armatores malo modo tractaverunt et tractant cives et districtuales comunis Pisarum capiendo et dirrobando eosdem tamquam ostes et inimicos et quod deterius est sive nephandum in personas eorum injurias corporaliter inferendo propter que requirebant ab ipso domino Duce quod deberet debitum remedium adhibere puniendo taliter delinquentes et dampna passis bona dirrobata restitui faciendo quod hii armatores ab hujusmodi et similibus abstinerent.

Quibus per dominum Ducem et consilium responsum fuit quod intentiones ipsius domini Ducis et comunis Ianue fuit erat et etiam nunc est quod cives Pisarum tractentur amicabiliter et fraterne per districtuales comunis Ianue et quoslibet armatores ipsius tamquam cives proprij Ianuenses et sic civibus et armatoribus gallearum que exiverunt de Ianua datum fuerat in mandatis. Et si contrarium fecerant quam plurimum condolebat. Et de ipsis paratus erat complementum justitie fieri facere prout facti qualitas suadebat et quemadmodum si in proprios Ianuenses forent ista commissa ex qua quidem responsione idem primi ambaxiatores contenti placide remanserunt.

Ex inde vero iterum missi fuerunt a comune Pisarum alii duo ambaxiatores videlicet domini…

Qui exposuerunt ipsis domino Duci et Consilio quemadmodum primis ambaxiatoribus comunis Pisarum missis circha negocia dampnorum que inferri dicuntur per armatores civitatis Ianue per ipsum dominum ducem et consilium data fuerat multum sufficiens

responsio et in ipsis verbis pulcra et que justa et rationabilis et placida visa fuit comuni antianis et civibus civitatis pisarum sed verum erat quod per ipsos armatores ianuenses de facto penitus fiebat contrarium in dampnis injuriis et offensis exinde illatis per ipsos armatores ianuenses contra ipsos cives et districtuales comunis Pisarum res et navigia ipsorum conquerentes inter alia de infrascriptis.

In primis namque conquesti fuerunt quod quidam civis pisarum qui vocatur Lapus Manfredutius civis et mercator pisarum oneravit in una galeotha Bernardi Montanini de Marsilia certas merces et inter ceteras unam capsiam emsium (*ensium*?) que capssia per potestatem Portus Veneris fuerit arrestata cujus restitutionem fieri requirebant.

Secundo dicebant quod in Portu Bonifacii fuerit arestata quedam Barcha Landi de Pinum qua erant certe merces Baciamei de Ihacsso civis pisarum valentes florenos aureos quadraginta sex et solidos XX et quarum mercium restitutionem fieri requirebant.

Tertio dixerunt quod Bartholomeus Margatus factor et nuncius Petri de Lagnello de mense ottobris proxime preteriti oneravit in quodam panphilo Raymondi Seragerii de Nerbona cujus erat patronus Relengerius Bacius de Nerbona sachos viginti novem lane qui erant in pondere cantarorum centum duo, et librarum quinquaginta quinque comuni extimatione valentes florenos septingentos aureos quod panphilum cum dictis mercibus per duos armatores ianuenses videlicet Anthonium de Struppa, et Albertum de Vintimilio estitit dirrobatum et cuius dampni restitutionem sibi fieri requirebant.

Quarto dixerunt et proposuerunt quod Iohannes de Septimo civis et mercator pisarum fecit onerari in Turpiam in quodam ligno Bartholomei civis pisarum cuius erat patronus Collus Bughia civis pisarum vegetes ducentum tres vini et carratellos triginta quinque, et sachos viginti duos lini, et tabulas centum quinquaginta unam Abethi cujus oneris medietas erat Simonis et Andrioti de Septimo civium pisarum. Et alia medietas Garlandi de Rechucho civis pisarum, et metu tormentorum Nicolaus de Fico et Antonius Mignardus armatores unius galee compulerunt illos dicti ligni ad confitendum quod dicte merces erant Guillielmi Bramondi de Majoricis propter quod acceperunt a predictis pro redemptione florenos centumquinquaginta auri quorum restitutionem sibi fieri requirebant.

Quinto dixerunt et proposuerunt quod dictum lignum in insula Sardinee captum et disrobatum fuerat per Oddoardum et Iohannem de Auria in qua captura mercatores pisarum dampnum passi fuerunt de florenis CCCC. auri quorum restitutionem sibi fieri requirebant.

Sexto dixerunt et proposuerunt quod cum Bartholomeus de Farchone civis pisarum patronus unius coche Nicolaj de Voghia civis pisarum onerate sale esset in partibus provincie Petrus de Grimaldis vi tormentorum compulit scribam dicte coche ad confitendum quod medietas dicti oneris erat inimicorum comunis Ianue propter quod extorsit cauptionem ab ipso patrono in Marsilia quod ipse deberet probare infra quatuor menses qualiter medietas dicti oneris non erat inimicorum comunis Ianue. Et propterea petebant quod dictum instrumentum tamquam per vim et metum extortum cassari et annullari deberet dicentes etiam quod dictus Patres de dicta cocha abstulerat plures armaturas que valebant florenos auri sexaginta et quorum omnium restitutionem sibi fieri requirebant.

Septimo dixerunt et proposuerunt quod quoddam lignum sive cocha Laurencii Bindachi civis pisarum per quandam galeam Pasqualini Marioni et Frederici de Nogarii extitit disrobatum et quod ipsi extraxerunt inter cetera quantitatem sete que per dominum ducem extitit interdicta et sequestrata cuius restitutionem sibi fieri requirebant.

Octavo et ultimo dixerunt et requisiverunt quod cum in mari Corsice essent septem barche Pisanorum Iohannis corsus districtualis Ianue et unum lignum Bonifacii disrobavit easdem in dicto loco Bonifacii portum fecerunt quarum restitutionem sibi fieri requirebant.

Quibus requisitionibus et propositis per dictos dominos ambaxiatores bene sapienter atque discrete per ipsum dominum ducem et consilium responsio data fuit similis ei que supradicta est et ultra singulariter ad premissa responsum fuit ut infra.

Primo ad primam requisitionem quod verum erat quod Potestatibus et Rectoribus districtus Ianue dederat in mandatis quod omne genus armaturarum et eciam omnem quantitatem ferri que perveniret in virtutem eorum sive per viam transitus vel alio modo arestare deberent. Et hoc ideo quia per facti experientiam ipse dominus. Dux cognovit quod multe et multe armature fuerunt delate de Pisis in provinciam que in virtute Cathalanorum inimicorum comunis Ianue postea pervenerunt. Et ista occasione Potestas Portus Veneris arestari fecit, nichilominus volens in quantum potest annuere requisitionibus ipsorum ipsas armaturas restitui fecit illis quorum erant.

Secunde requisitioni respondit prefactus dominus… Dux quod de dicto dampno nullam informationem habebant licet ipse dominus… Dux quamplurimum admiretur quod Potestas Bonifacii permittat talia facere, nichilominus ipse dominus… Dux misit Bonifacium pro se informando de predicta robaria. Et ipsa habita et recepta juxta veritatem negocii sic procedet.

Tertie vero requisitioni respondit quod habita informatione dampni predicti invenit quod dampnificati dampni predicti de jure recursum habuerunt ad dominum potestatem Ianue ad quem causarum civilium et criminalium spectat cognitio coram quo lis pendet. Et propterea respondit eisdem quod cum lis debeat finem accipere ubi jam pendet justum et rationabile videtur eidem et visum fuit quod coram prefato Potestate prosequi debeant causam suam. Et ipse ex sui parte paratus est facere eisdem fieri summarium et expeditum justitie complementum si potestas predictus esset negligens vel remissus.

Quarte requisitioni respondit dominus… Dux prefactus quod ad sui presenciam convocari fecit dictum Anthonium Mignardum et Lanfrancum Pillavicinum qui erant patroni dicte galee non requisito dicto Nicolao tertio patrono quia mortuus est et erat ut ab ipsis posset investigare veritatem, qui ambo ad Sancta dei evangelia iuraverunt se minime predictam pecuniam habuisse. Et propterea non potuit dicte pecunie restitutionem fieri facere sed veritate cognita facta fide de predictis mandabit restitutionis jus fieri facere prout debetur a disrobatoribus predictis.

Quinte requisitioni respondit quod prefactus Oddoardus et Iohannes non erant in Ianua propter quod claram responsionem facere non valebat sed postea venit Iohannes unus ex dictis patronis a quo informationem recepit qui respondit quod verum est quod dictam cocham invenit in gulfo Calari et quod dictus patronus sua spontanea voluntate sine aliquo

metu vel terrore fuit confessus quod dictum onus erat Cathalanorum inimicorum comunis Ianue. Et propterea dictum onus acceperunt Et dicto patrono de naulo integre satisfecerunt dicens quod de predictis habebat publica instrumenta litteras et scripturas nichilominus dominus Dux mandat eidem comunitati Pisarum quod semper et quandocumque Ianuam veniant conquerentes eisdem faciet et fieri faciet ita summariam et expeditam iustitiam sicut in Pisis haberent et de qua poterunt et debebunt merito contentari. Et ita verum esse in omnibus et per omnia ut supra nuper sub eius juramento respondit Oddoardus de Auria alius ex dictis patronis.

Sexte requisitioni respondit dominus Dux prefactus quod Petrus de Grimaldis non erat in Ianua, et quam cito veniret informationem acciperet de dicto negocio qui Petrus post recessum dictorum ambaxiatorum venit Ianuam a quo idem dominus Dux voluit habere informationem veritatis qui in sui defensionem ostendit quoddam publicum instrumentum per quod apparet quod medietas oneris supradicti erat Belengarii Guilaligoni de Majoricis quod instrumentum *secum portent* et quod medietas dicti oneris sit dicti Belengarii fuit compositum publicum instrumentum in Pisis manu Ligonis de Pisis notarii. Et propterea dicant et exponant quod eisdem dominis Pisanis placeat inquiri facere veritatem. Ita quod sub colore et titulo Pisanorum bona inimicorum per istum modum non offuscentur seu lambudentur. Alias vero armaturas quas dictus Petrus habuit de cocha predicta dictus dominus Dux restitui fecit a dicto Petro et ipsas restitui faciet semper ad requisitionem comunis Pisarum cui dicet ipsum commune Pisarum fore restituenda. Et demum post verba et inquisitionem predictam si ex parte pisanorum negetur contenta in ipso instrumento vera esse et ex illis non esse inventum aliquid veritatis mictantur Ianuam aliqui pro illis obligatis quibus dominus Dux et consilium fieri facient summarium jus…

Septime requisitioni respondit dominus Dux prefactus quod ipse fecit convocari dictos armatores coram eo et officialibus guerre qui ostenderunt publica instrumenta per que apparebat qualiter dictus Laurentius Bindach fuerat confessus quod dicta seta pertinebat ad inimicos comunis Ianue et etiam scriba dicte coche Et quam confessionem fecerant in Bonifatio existentes in sui potestate et virtute. Et licet ambaxiatores Pisarum dicerent quod dicta confessio fuerat per metum extorta, illi tamen contrarium asserebant. Et propterea dominus Dux videns quod de vero non poterat esse clarus dixit eisdem quod recursum haberent dampnificati predicti ad dominum Potestatem Ianue ad quem spectabat causarum civilium cognitio cui offerebat se mandaturum quod omnibus dillationibus et subterfugiis postpositis ac etiam omnibus rejectis receptis ex ipsis eisdem dampnificatis faceret summarium et expeditum justitie complementum, quam responsionem non acceptaverunt ambaxiatores predicti dicentes quod potestas habetur respectum ad instromenta et non ad conscientiam Propter quod iidem ambaxiatores requisiverunt consilium bonorum hominum civitatis Ianue coram quibus exponere possent ambaxiatam suam circha predicta. Et dominus Dux prefactus in quantum poterat et potest volens complacere comuni Pisarum tamquam illis quos reputat fratres carissimos et conjunctos licet ad hec non tenentur nisi de benevolentie gratia speciali ad contentacionem predictorum congregari fecit consilium plurium et plurium bonorum hominum civitatis Ianue quod per ipsos ambaxiatores fuerat requisitum et coram ipsis proposuerunt ambaxiatam suam iidem ambaxiatores quod consilium deliberavit et respondit eisdem dictam causam et questionem cognoscendam committerent quatuor laycis civibus et melioribus et dignioribus civitatis qui ex eorum conscientiis deciderent dictam causam in quantum eisdem ambaxiatoribus placuisset. Si

autem dicti ambaxiatores noluissent illos dicere qui viderentur eisdem, tunc ipsi ambaxiatores haberent recursum ad curiam Potestatis in qua stat potestas jurisdictionis civitatis Ianue, quam responsionem non aceptaverunt neque repudiaverunt ambaxiatores predicti. Sed dicebant quod non habebant ad hoc potestatem. Ob quam causam dicant principaliter et exponant prefati nostri ambaxiatores quod ipsi transmissi fuerunt ad dictum comune Pisarum occasione predictorum ut ipsi clare cognoscere valeant et videre quod intentionis domini Ducis et Comunis Ianue non est quod Pisani seu subditi comunis Pisarum aliter tractentur per subditos et armatores comunis Ianue quam proprios Ianuenses Et non debeant admirari si dominus Dux non assumpsit cognitionem dicte cause quia hujusmodi causarum cognitio seu discussio est eidem domino Duci per ordinamenta et regulas comunis Ianue penitus interdicta quam aliquo modo postponere non valeret Et quod eisdem vult et intendit fieri debere magis summarium jus quam fiat Ianuensi in causis similibus. Cum Ianuenses conquerentes de aliquo dampno quod audiantur debeant deponere solidos duos pro qualibet libra sortis que petitur et denarium unum et eisdem Pisanis fuit indultum et adhuc hodie est quod dictum depositum facere non teneantur sed Ianuenses contra quos. Et super hoc dicant et proponant verbis prudentibus et discretis jus comunis Ianue ostendendo quod dominus Dux et Comune responsionem faciunt juridicam et etiam congruentem que inter amicos fratres et conjunctos debet suficere dicentes etiam quod in futuris dabunt tale mandatum armatoribus quod idem comune Pisarum et sui cives poterunt contentari dummodo in eis Rauba inimicorum nullatenus imitatur.

Et exposita dicta ambaxiata audiant responsionem antianorum et ipsam notificent domino Duci et ipsius responsionem expectent – in qua si assentiant supradictis bene quidem et placet ipsi domino Duci et Consilio et mittant quando volunt et quos volunt et fiet prout superius dictum est. Si vero non assentiant in responsione premissa eis que supradicta sunt tunc ipsi ambaxiatores considerent si videtur eis pro meliori ipsam suam responsionem remittere ad ipsum dominum ducem et consilium ipsis remanentibus Pisis vel non set reddire cum ipsa responsione, et in quantum eis faciendum videbitur exequetur.

Octave requisitioni respondeant quod incontinenti dominus Dux scripsit Potestati Bonifacii quod dicta bona restitui faceret dampnum passis qui Potestas pro defensione sui scripsit litteras domino Duci quas litteras secum portabunt et ipsarum tenorem legi facere poterunt in presencia antianorum predictorum. Et cum instantia rogent eos tamquam karissimos fratres et amicos quod eis placeat abstinere a trafficando per mare bona seu mercancias inimicorum comunis Ianue quia hoc esset nimium prejudicium comunitati predicte cum armatores qui armant ad ofensionem inimicorum comunis et qui substinent guerram nostram et mare tenent securum Ianuensibus et amicis aliter armare non possent nec guerram facere. Et per consequens Ianuenses navigare non possent quod esset ultimum dampnum et prejudicium eorundem.

Quibus expositis et audita responsione ipsorum Pisanorum si ipsis ambaxiatoribus videbitur et non aliter Exponant infrascripta.

Videlicet quia pro parte domini Ducis et Consilii exponatis Comuni et antianis Pisarum quod cum verum sit quod dominus Nicolaus de Spinulis milex recipere debet certam pecunie quantitatem T. prout in eorum juribus videre poteritis Et de qua pecunia ipse inter et Oddoardus filius eius moverunt questionem in curia Potestatis Pisarum sed ante finem ejusdem contra Deum et justitiam et contra omnem honorem ipsius Comunis Pisarum

quidam nomine… agressus fuit cum armis offendibilibus et defendibilibus proditorio modo animo occidendi dictum Oddoardum et demum percusserunt eum quem ex improviso agressi fuerunt pluribus vulneribus prout satis est publicum curie vestre de quibus malefactoribus fuit facta justicia pecuniaria modica et aliter quam per formam juris comunis in talibus casibus inveniatur esse provisum ex qua quidem injuria idem Oddoardus dimisit prosequi dictam causam et ex hoc requiritur pro parte dicti domini Ducis et Consilii quatenus visa et pensata dicta injuria fiat restitutio summaria dicte pecunie Oddoardo predicto.

Item similiter requiratis pro parte dicti domini Ducis et Consilii quod cum verum sit quod de certa pecunie quantitate quam debet habere Manuel de Cucurno a quibusdam Pisanis et a comunitate Plombini in qua per infinita litigia tractus fuit ut apparet per quamplures scripturas, et numquam habere potuit aliquale justitie complementum a dictis antianis quaterne velint dicto Manueli satisfieri summarie et restitutionem fieri de pecunia suprascripta prout melius ipsi ambaxiatores videre poterunt per scripturas ipsius Manuelis circha hec exponendo prudencia verba prout ipsis videbuntur expedire.

Item viso per ipsos ambaxiatores quodam capitulo quod hodie viget in antiqua treugha facta inter comune Ianue ex una parte et comune Pisarum ex altera si quando veniant ad aliqua verba ad que infrascripta videant convenire, dicant quemadmodum ipsum comune Pisarum expresse contrafacit nobis contra predictum pactum dicte treughe in eo quod retinent Cathalanos vel Venetos et receptaculum dant et refrescamentum navigiis eorum quod expressum est contra dictum pactum, cum clarum sit quod ipsi Cathalani et Veneti offendere vellent Ianuenses quando possunt et in hiis in quibus possunt.

XCII

Istruzioni date dal Doge di Genova all'ammiraglio Antonio Grimaldo, cui ordina di assediare la città di Cagliari.

(1353, 10 agosto).

Dai Regii Archivi di Corte di Torino, Genova, Docum. antichi, Serie 3.ª, Mazz. 8, Num. 19.

In nomine Domini amen MCCCLIII. Die X.ª augusti (1).

Dux Ianuensis etc.

Tractatus datus, et commissio data vobis nobili Anthonio de Grimaldis Amirato presentis felicis, deo propicio, stoli super gubernacione et processibus ejus, ut infra:

Primo quidem in Dei nomine recedetis de Portu Veneris, et ibitis usque Portum Pisanum, ubi diligenter facietis inquisitionem galearum ut oportet; facta vero inquisicione ut supra in nomine Domini recedetis exinde et recte ibitis ad Bonifacium.

In quo loco Bonifacii studebitis diligentes scire… (2) quemlibet de inimicis quos scire poteritis ibi (3).

Et dum illic eritis mittetis exinde galeam aliquam vel galeas cum aliqua discreta persona, et ad hujusmodi bene apta usque Allegerium, ubi studeatis, et plene studeat scire nova de inimicis ut supra. Et etiam diligenter studeat in dicto loco Allegerii persona illa que mitteretur ut supra scire de intentione et voluntate Iudicis Alboree (4), et secundum nova inimicorum, et intentionem dicti Iudicis vadat cum baylia dicta talis persona ad loca Iudicis ad sentiendum et sciendum, si cum eo super factis Sardinee fieri posset composicio aliqua utilis, et honorabilis nobis. Et tunc si vellet dictus Iudex ad aliquam compositionem intendere contenti essemus, ut si se vellet unire nobiscum, et inimicari nostris inimicis, fieret sibi de factis Sardinee omnis honor quem vellet, et quod prius haberet dominium Sardinee, quam aliquis alius.

Et predicta de mittendo galeam vel galeas ut supra dicimus et volumus quando habeatis nova quod inimici non sint in Sardinea; in casu vero, quo haberetis nova quod ipsi inimici essent in ipsa insula, tunc nullomodo nollumus, quod galeam aliquam dimictatis, vel removeatis a vobis; sed tunc volumus, quod capiatis aliquod lignum de Bonifacio, et ipsum cum dicta persona, vel personis, ut videretur vobis mictatis, ad sciendum voluntatem Iudicis, et conveniendum cum eo ut supra, faciendo in Bonifacio miniorem moram quam potestis, causa non amitendi tempus.

Galea vero, vel lignum quod ibit ad judicem, ut est dictum, solicite se studeat expedire, et cum hiis quos fecerit sequi stolum secundum ordinem, qui sibi plene a nobis detur; et semper si hujusmodi galea vel lignum antequam pervenisset ad Iudicem, vel quomodocumque sentiret nova de inimicis, statim absque mora revertatur ad exercitum ad significandum dicta nova.

Ellevata aqua in Bonifacio, quam citius fieri potest teneatis viam Calari, non habendo nova de inimicis, si vero nova haberetis de inimicis, tunc vigorose tendatis ad eos.

Et… discretione, probitate, et commodo quibus potestis cum eis in nomine Domini veniatis ad pugnam, et viriliter ut… de ipsis capere studeatis victoriam gloriosam.

Ed idcirco… de Calari dicimus quia credimus, quod si inimici ipsi erunt prius quam vos ad insulam, esse debent in ipso loco.

In casu vero, quodum eritis in Calari, inimici nondum venissent ad insulam, tunc vollumus quod ibi vos monstretis per dimidiam unius diei, vel per illud spacium, de quo vobis videbitur, et postmodum recedatis exinde, et circumeundo insulam eatis usque ad insulam Sancti Petri, vel ad alium locum, de quo videbitur vobis: Et ibi ubi melius vobis videbitur, studeatis quatenus potestis scire nova de inimicis, habendo semper ibi, et ubicumque fueritis bonam custodiam ut oportet.

Cum autem fueritis in dicta insula Sancti Petri, vel in alio loco, ad quem ibitis ut supra, si ibi haberetis nova de inimicis, tunc secundum nova illa eatis versus eos, et faciatis ut supra quod de eis, ut speramus in domino, victoriam capiatis.

Si vero in loco predicto, ad quem ibitis ut supra, nova non habebitis de inimicis ipsis, tunc celeriter recedatis exinde et tendatis ad Menorcham, et ibi diligenter studeatis de eis scire nova, et secundum nova que de ipsis habebitis prosequamini ipsos, et viriliter ut premittitur expugnetis.

Nam nostre intentionis, voluntatis, ac studii est, quod ipsos toto posse inveniatis omnino, eos semper prosequendo ubicunque sint, vel vadant.

In casu quo predicti inimici essent in Calari, antequam vos tunc vigorose eatis ad ipsos, et eos ibi invitetis ad bellum, per quacunque viam, et modum melius, et honorabilius poteritis, et videbitur vobis, et viriliter ad capiandam victoriam intendatis ut supra.

Et in casu quo ad pretium venire non vellent, tunc quia satis nobis esse reputamus commodum et favorem eos tenere inclusos, et prohibere ne aliqualiter nos offendant, contenti sumus quod ibi stetis quantum plus potestis ad salvamentum galearum, et gentis nostre secundum victualia vestra; habendo semper bonam custodiam undecunque; et reservando vobis tantum tempus quo postquam recesseritis inde facere possitis infrascriptam viam.

Videlicet, quod postquam ad obsidionem predictorum inimicorum steteritis ut supra quantum commode fieri poterit vigorose et favorabiliter recedatis exercitum, et celeriter tendatis in Siciliam, faciendo viam deversus Trapenum, et demum versus Mussenam, ubi vos favorabiliter ostendatis; et postea recte veniatis per Calabriam versus domum, procurando habere a rege Neapolitano, et ubicunque poteritis de grano, et victualibus que scitis necessaria valde nobis: Ordinabimus autem habere ibi monetam, et mittere ambassiatam ad habendum ibi tractam de victualibus que apportetis dum venietis ut supra.

Semper autem non obstantibus aliquibus dictis supra, contenti sumus, et omnino vollumus quod solicite studeatis si Veneti nundum (*sic*) cum Cathalanis juncti essent, eos mediare, et viriliter capere de ipsis omnem utilitatem, victoriam, quam potestis.

Insuper propter victualia, quibus ut scitis nimium indigemus volumus, et vobis expresse committimus, quatenus in eundo et redeundo ubicunque inveniatis ligna, vel navigia aliqua quarumcunque sint ea omnino compellatis ad Ianuam veniendum.

Et ubicunque fueritis unde nobis de novis et conditionibus vestris notificare possitis, illud per omnem viam, et modum quibus melius poteritis solicite faciatis.

Semper autem, licet ut supra committamus vobis, et consulamus que nunc cognoscimus expedire, tamen quia secundum nova, et condiciones expedit fieri facta, sperantes et pro certo tenentes quod semper consulere debetis et facere honorem et bonum comunis.

Non obstantibus aliquibus supradictis, contenti sumus, et volumus, quod ut supra secundum conditiones et nova in predictis et aliis omnibus prudenter, et salubriter faciatis quecumque vibebitis utilia, et honorabilia nobis.

NOTE

(1) Leggesi nell'atto la seguente nota marginale: *Ordinatus est presens tractatus ut infra per magnificum dominum… ducem, et*

Lancum

Paganum

Auria et } *super pontili novo*.

Ottolinum

Pichinotum

(2) Corroso – *circha*?

(3) *Prohibendo penitus quod nullus ibi descendat in terram tum propter tradacionem exercitus tum propter fugam hominum; et ibi et ubique ubi eritis etiam vobis caute cavebitis ab aquis ne videlicet sint amorbate*. Anche questa è una nota marginale aggiunta alle *Istruzioni*.

(4) Mariano IV, la di cui potenza, e l'odio contro gli Aragonesi erano già sì grandi, che la repubblica di Genova, per ottenere la di lui amicizia, si profferiva di aiutarlo acciò conseguisse il dominio di tutta la Sardegna, come si legge più sotto. Però i disegni dei Genovesi andarono questa volta falliti, perché la flotta capitanata da Antonio Grimaldi fu completamente battuta dalle flotte unite di Aragona e di Venezia comandate da Bernardo di Cabrera nei mari di Alghero (Allegerii) in faccia a *Portoconte* (Ved. Tola, *Dizion. Biogr. dei Sardi ill*. Vol. II. pag. 230),

XCIII

Mariano di Arborea (1) ordina la erezione, e costruzione di un nuovo borgo presso il castello di Goceano, destina venticinque famiglie da lui dipendenti per cominciare ad abitarlo, e accorda vari privilegi ed esenzioni a coloro che anderanno a stabilirvisi, promettendo ai medesimi spazio sufficiente per costruirvi le loro abitazioni, e terre per l'esercizio dell'agricoltura.

(1356, 16 agosto (2)).

Dai Regii Archivi in Cagliari, Vol. L. 1.° Num. 10 – Collaz.

In nomine Domini amen. Deus principi de pagui pro sa potentia dessu quali sunt sas chidades guardadas et multiplicadas et pro issu spligu et isplendore suo assos principes et potentes segnores neuna maiore gloria at declaradu qui ode faguiri novas chidades et logos over et issos chi sunt fundados amplificare et crescere. Et impero nos Marianus de Arborea segnore de Gociani et de Marmela pro inmaginatione habita longu tempus et etiam pro industrias et pregueras ad nos porrectas plus boltas per multos nostros subditos et fideles pregando nos qui a probe dessu burgu dessu dictu castellu nostru de Gociani de novu unu burgu faguiri et faguiri faguere deberemus faguendo a totos sos homines et personas chi bennerent asso ditu burgu et qui inny admorarint libertadi et franquicia in perpetuo duraturas acio qui in su ditu burgu sos dictos fidelis nostros edificios facant acio qui sos ateros homines et persones dessos ateros segniores dessa insula a su ditu burgu et logu pozant benne cum sos benes issoro consignando logu ad icussos quilloe ant benne pro faguiri domos et terras pro arari et saltos pro retenne et mantenne su bestiamini issoro. Et bolendu in su ditu burgu novu faguiri et ad icussos quillos hant benne in totas sas terras benignamente gubernari acio quissos aplus fidelitadi et devocione siant obligados et acio qui ssos ateros homines et personas cant desiderari venire assa segnoria nostra non timant ma plus seguramente suta sa protectione nostra si somictant ad honore dessu onnipotente Deus et dessa beada Virgini Madri Madonna Sancta Maria et de totus sos sanctos suos et ad nostru et dessa domo nostra gloria et honore appida primamente sa nostra et desso sabios nostros matura delliberatione de faguiri su ditu burgu non bolemus et ordinamus quissu dictu burgu nou si facat in su predictu logu faguendollis plena gracia a totos sus homines et personas dessas ateras villas dessos ateros segnores dessa isula cant benne assu dictu burgu non durativas in perpetuum dae ognia serviciu et factione et gravicias realis et personales et mixtas. Et deputamus illis su saltu nostru de Gociani over ateru officiale nostru per nos hat confinari cum totos sos paschimentos abas et cursus dabas et cum totu sas ragiones et pertinentias confinis intramentos et eximentos ad nos pro qualunca modu spectantes excepto sa quarta parte de cussu saltu sa quale per ateros subditos nostros et servitores reservamus. Et deputamus illis saltus pro retenne su ditu bestiamini issoro et terras pro vingias et ortos faguiri et plantari su quale saltu si depiat partire pro issu ditu castellanu over officiale nostru ad icussas terras deputadas inter issos homines dessu ditu burgu secundu sa qualidadi et bisognus dessas personas sas quales terras deputadas ad totos sos dictos hominis venientis dessas ateras villas non nostras assu ditu burgu ad issos et ad ciascunu dessos pro vigore dessa presente scriptura donamus ad avere tenere et possidere et gaudere et issutili issoro faguiri sos quales lis siat licitu qui poçant vendere et alienare assos homines

habitantes in su dictu burgu over quilloe benneret ad habitari comente ad issos hat plaguiri transferentes in issos et in ciascumu dessos et heredes issoro totas sa ragiones camus in sas ditas terras camus assos dictos homines deputadas per issas quales in probiu nomen issoro poçant sas dictas terras defendere et averi prebia actione utili et directa. Et chi ad ciascunu cat benne a su dictu burgu novu li siat licitu de edificare et issos edificios et fraigos ad issos et heredes issoro in inperpetuum remanni per icussu modu et forma qui dae supra si contenet dessas terras aratorgias e dessas terras de ponne a vingia et ad ortos et cum cussas franquicia et libertadi segundu chi de supra est naradu exceptu et reservadu quissos dictos homines siant tentos ad… cavalcadas et assos dirittos, o gabellas sas quales sillis imponerent per nos o per heredes nostros cio est chi dae nogue ad annos deghe proximos chi nos benit dae poi quissu ditu logu at essiri habitadu et ciascun cat benne assu dittu burgu non siat tentu ne constrictu de pagare gabellas over dirictu de neuna condicione infra spaciu de annos baturu et dae su die qui su dictu burgu at incumenciari ad habitari ma dae cussos pagare siant inde per totu su dictu tempus exemtos et passados sos dictos annos deghe ciascunu siat tentu ad pagari sus dirictus over gabellas incontinenti irritando sos dictos annos baturu. Et qui ciascunu at servare *sa carta nostra de logu de Gociani* (3) cum sos capidulos ad icussa adiunctos over qui sillos adjunguirint per nos ho per heredes nostros sos quales non esserent contra sa libertadi et franquicia facta assos dictos homines et concessa si veramente qui non siant tentos de dari de jurados pro neunu tempus assos ateros homines et personas dessas ateras villas nostras over dateros segnores dessa isula pro neuna cagione over causa ne icussos homines dessas dictas villas siant tentos ne depiant dari de jurados assos predictos homines dessu dictu burgu pro neunu tempus ne causa over cagione ma siat illis licitu addimandare dae sos ateros homines dessas ditas villas et issos dictos homines dae cussos dessu burgu sos furtos et damnos publicamente commissos et convinctos pro testimongios over pro sacramento et pro cussu tale furtu ad nos pagari sas maquicias secundu qui si contenet in sa dita *carta de logu*. Item si algunu desos homines dessas villas dessos segnores frades nostros advennerent qui benirent assu dictu burgu et logu ad habitari cussu tali siat tentu ad icussa villa unde esseret partidu de pagari cussu dadu e tribudu su quali fudi lentu e qui soliat in su tempus quilloe faguiat residencia et in su ditu burgu possedat sa libertadi et franquicia supradicta secundu qui issos homines dessu dictu burgu. Et bolemus qui pro bonu principiu dessu dictu burgu homines vinti quimbi de su dictu districtu nostru electos per nos et pro ateros in logu nostru cum famigias et benes issoro assu dictu burgu bengant possidendo sas dictas franquitias et libertades segundu qui de supra sunt scriptos. Et si peraventura dessos ateros homines dessu dictu districtu nostru sos quales issu presente habitant et dimorant in sas villas et terras dessos ateros signores dessa ysula et sunt partidos dae su dictu districtu nostru daenanti dessu tempus dessu *mese de santu Gayni* (4) de millesimo treguentos trinta septem pro qualunca ragione over causa pocant et depiant assu dictu burgu torrare cum sos benes et cosas suas totus et possedant sas dictas gracias et franquicias excepto cussos hominis qui sunt dae su dictu districtu in bandu pro morte de homine et pro traimentu sos quales non loe pocant habitare sença nostra licentia et comandamentu sas quales cosas totas pro issa presente scriptura nostra publica valitura in perpetuum damus faguemus et firmamus promittendo per nos et heredes nostros in perpetuum a ty nodariu infrascriptu si comente a persona publica presenti pro supradictos homines totas sas predictas cosas haviri firmas et ratas et nos et heredes nostros pro neunu tempus benne contra suta obligacione de totos sos benes (*sic*) et heredis nostros et ad ognia ragione ecclesiastica over civile renuntiamus et mandamus qui de cio tue nodayu infrascriptu depias faguiri publica carta † Ego Marchus de Vita auctoritate regia notarius

publicus totius regni Sardinie et Corsice predictam cartam ad requisitionem et instantiam dictorum juratorum de licentia et mandato prefacti domini judicis Arboree scripsi in presentem formam publicam atque clausi ut superius exprimitur et notatur die quinta decima augusti anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo tertio presentibus donno Benedicto Catho castellano castri Goceani Guiduccio Pinna et Nicholao Spano testibus ad hec vocatis specialiter et rogatis (5). Nos Marianus Dei gratia judex Arboree comes Gociani et Vicecomes de Basso consyderantes nos tempore preterito concessisse burgensibus burgi dicti castri Gociani pro habitatione et constructione dicti burgi quasdam libertates et gracias iuxta continentiam et tenorem dicte carte. Ideo ad supplicationem dictorum burgensium noviter nobis factam predictas libertates et gracias de benignitate solita confirmamus prout et sicut in dicta carta exprimitur et notatur. In cuius rei testimonium presentem scripturam fieri mandavimus per notarium supra et infra scriptum sexto decimo die dicti mensis augusti anno et loco premissis. Et ideo ego Marchus de Vita notarius qui supra hec de mandato dicti domini propria manu scripsi et clausi (6).

Sig†num mei Francisci de Ricovero filii quondam Terraganelli de Ricovero habitatoris civitatis Arestanni auctoritate Illustrissimi Domini Regis Aragonum per totum caput calaritanum et magnifici et potentissimi domini judicis Arboree per totam terram et dominationem eiusdem notarii publici qui huic translato a suo originali instrumento bene et fideliter sumpto et cum eodem legiptime comprobato et ascultato testis sum.

† Ego Iacobus fili Iohannis Devieri de Virse civiscohabitator Arestanni imperiali regali… urbis romane auctoritate notarius publicus huic translato a suo originali instrumento bene et fideliter sumpto et cum eodem legiptime comprobato et ascultato testis sum.

In nomine Domini amen anno Dominice Incarnationis millesimo trecentesimo sexagesimo quinto die vicesima prima septembris hoc exemplum per me Donatum Manus notarium bene et fideliter extractum et sumptum a dicto suo originali instrumento scripto et subsignato per dictum ser Marchum de Vita notarium dicto Magnifico domino judici insinuatum fuit et per me donatum predictum et alios supradictos notarios diligenter cum dicto suo originali non vitiato nec abolito nec in aliqua sui parte suspecto ascultavi et comprobavi. Et cum dominus ipse cognoverit et viderit cum dictis notariis illud cum suo originali per ordinem concordare ut habeatur eidem exemplo de cetero plena fides in judicio et extra suam auctoritatem interposuit pariter et decretum. Quod est actum Arestani in camera dicti Domini presentibus testibus ad hec vocatis specialiter et requisitis Nicoloso Farseptario et Laurentio de Martis camerario dicti domini (7).

Ego Donatus Manus quondam Comite de Callaro et nunc habitator civitatis Arestani auctoritate Serenissimi domini domini regis Aragonum per totum Sardinie et Corsice regnum notarius publicus ac prefati magnifici domini judicis scriba hoc exemplum a suo originali instrumento non viciato nec etiam in aliqua sui parte suspecto ut premittitur fideliter sumsi exemplavi et scripsi et cum dictis meis connotariis ascultavi et quia utrumque concordare inveni de ipsius domini judicis mandato ad requisitionem hominum et universitatis dicti burgi ad eiusdem translati et exempli plenam fidem et testimonium me subscripsi. Et idem dominus Iudex suam auctoritatem et decretum eidem interposuit.

Probatum cum suo originali per me Petrum Sabater notarium et scribam prefatum qui in eodem originali rasum inveni album supra dimissum adictione ad usque ad verbum

cavalcades et album a verbo regalis usque ad verbum urbis dimisi quia contenta in illa legi non potui.

NOTE

(1) Lo stesso Mariano (quarto di tal nome), che regnò in Arborea. Era figlio di Ugone III, e succedette nel 1346 a suo fratello primogenito Pietro III (Ved. Tola, *Dizion. biogr. dei Sardi ill*., Vol. II, pag. 228 e seg.)

(2) Questa è la data della conferma dei privilegi, esenzioni, e concessioni contenute nel presente documento, fatta da Mariano dappoichè regnava già da sette anni in Arborea; ed è pure la data della copia levata dal notaio Marco de Vitha sull'originale del notaio Michele Iugaro, come si ricava dalle attestazioni, che si leggono in fine dell'atto. Ma la data vera della concessione fatta da Mariano, e dei provvedimenti da lui dati per la erezione del nuovo borgo, di cui si parla nella presente Carta, è anteriore al 1346, poiché il de Vitha, parlando della Carta originale scritta dal Iugaro, dice nell'attestazione che precede all'atto, che la concessione fu fatta da Mariano, mentre non era ancora pervenuto al regno di Arborea, ed era soltanto signore di Goceano, e di Marmilla; *qui tunc temporis intitulabatur solummodo Dominus Gociani et Marmille*.

(3) Esisteva adunque nel castello e borgo di Goceano una Carta locale (*Carta de logu de Gociani*), ossia un corpo di leggi, che regolava il reggimento interno di quei luoghi dipendenti da Mariano. E questa *Carta de logu* fu per conseguenza anteriore di molti anni all'altra cotanto celebrata della famosa Eleonora *di Arborea*, ed allo stesso *Codice rurale*, che il medesimo Mariano ordinò nei suoi stati Arborensi, appena ne diventò *giudice*, o sovrano.

(4) *Mese de Santu Gayni*; ossia mese di ottobre, chiamato anche al presente nell'isola il mese *di S. Gavino*, poiché nel giorno 25 del medesimo ricorre la memoria del martirio di S. Gavino, principale protettore del *Logudoro*, e di tutto il *capo* settentrionale di Sardegna.

(5) Il notaio Marco de Vitha riprodusse la carta originale, che alcuni anni prima del 1353 era stata redatta dal notaio Michele Iugaro per ordine di Mariano, il quale allora era signore di Goceano e di Marmilla soltanto, né ancora giudice di Arborea, come si rileva dall'attestazione dello stesso de Vitha, che precede al presente atto, e che abbiamo stimato inutile riprodurre per esteso.

(6) Mariano, divenuto giudice di Arborea, confermò la precedente carta di franchigie e privilegi da lui conceduti per la costruzione del nuovo borgo di Goceano, mentr'era soltanto signore di questo contado, e dell'altro di Marmilla (*Marmella*).

(7) Il notaio Donato Manus fa fede di aver levato la copia di questa carta di concessione dall'altra più antica del notaio Marco de Vitha, che impropriamente è da lui qualificata per l'originale, giacché questo fu redatto dal notaio Michele Iugaro, come si è osservato nella precedente nota (2), pag. 762. La stessa attestazione è pure fatta dal Manus nella introduzione preposta alla Carta medesima; la quale attestazione, come la presente, è del 21 settembre 1365. – Le sopradette copie poi del *de Vitha*, e del *Manus*, fatte sull'originale del notaio Michele Iugaro, furono di nuovo riprodotte ed autenticate nel 26 marzo 1546 assieme

ad un dispaccio, o lettere reali del 13 febbraio 1501 riflettenti il *Borgo di Goceano* da Pietro Sabater notaio e segretario della *Procurazione Reale* di Sardegna, a istanza degli abitanti del detto *Borgo*, e di parecchie ville dello stesso contado di Goceano. L'esemplare del Sabater esiste originalmente negli Archivi Regii di Cagliari, e dal medesimo fu levata la copia, che pubblichiamo nel presente Codice Diplomatico.

XCIV

Pietro IV Re di Aragona fa atto di vassallaggio, e presta omaggio ligio *e giuramento di fedeltà pel regno di Sardegna al Pontefice Innocenzo VI.*

(1353, 5 ottobre).

Dal Lunig, *Cod. Ital. Diplom*. Tom. IV. col. 1395-1396.

Sanctissimo ac beatissimo in Christo Patri et Domino, Domino Innocentio divina providentia Sacrosanctae Romanae et universalis Ecclesiae summo Pontifici, Petrus Dei gratia rex Aragonum, Valentiae, Majoricarum, Sardiniae et Corsicae, comesque Barchinonae, Rossilionis et Ceritaniae, ejus humilis filius et devotus, pedum oscula beatorum.

Sanctitati vestrae literarum nostrarum serie patefiat quod nos solicite cogitantes, qualiter felicis recordationis Dominus Bonifacius Papa VIII praedecessor vester concessit et dedit illlustrissimo Domino Iacobo clarae memoriae Regi Aragonum avo nostro, suisque haeredibus in feudum perpetuum regnum Sardiniae et Corsicae cum juribus et pertinentiis sub certo servitio, certisque conditionibus conscriptis plenius in Papali rescripto super hujusmodi concessione et donatione confecto tenorem qui sequitur continentem: – Bonifacius Episcopus etc. (1) et attendentes quod nos, qui ut universalis et legitimus haeres Serenissimi Domini Regis Alphonsi filii et successoris dicti Regis Iacobi felicis recordationis inclyti avi nostri, in dicto Sardiniae et Corsicae regno eidem Domino genitori nostro successimus juxta formam et conditiones in rescripto dictae donationis contentas Sanctissimo in Christo Patri ac Domino, Domino Benedicto divina providentia eiusdem Sanctae Romanae Ecclesiae summo Pontifici praedecessori vestro homagium ligium, vassallagium plenum, et fidelitatis juramentum ut tenebamur personaliter praestitimus, et alia fecimus et complevimus, quae juxta tenorem rescripti praeinserti facere et complere tenebamur; prospicientes insuper, quod juxta formam praeinserti rescripti Papalis ex quo semel personaliter praedicta homagium ligium, vassallagium plenum et fidelitatis juramentum praestitimus, alia ex tunc propter novam successionem vestram et alterius summi Pontificis in vita nostra concurrentia possumus per procuratorem seu procuratores nostros ad praedicta legitime constitutos sanctitati vestrae facere et praestare, ob quod juxta formam praeinserti rescripti sanctissimo in Christo Patri ac Domino, Domino Clementi, divina providentia sacrosanctae Romanae, ac universalis Ecclesiae summo Pontifici, praedecessori vestro immediato, homagium ligium, et vassallagium plenum, ac fidelitatis juramentum per nostros speciales procuratores in nova sua creatione nos recolimus praestitisse: idcirco in nova creatione vestra volentes implere conditiones jam dictas, viso, lecto, et plenarie intellecto dicto Papali rescripto donationis dicti regni Sardiniae et Corsicae supra inserto, Lupum de Gurrea, et Bernardum de Thous milites et consiliarios nostros, dilectos nuntios, et procuratores nostros ad praestandum vice et nomine nostro vobis dicto Domino summo Pontifici et Romanae Ecclesiae homagium ligium, plenum vassallagium, et fidelitatis juramentum pro dicto regno Sardiniae et Corsicae legitime constitutos, ad pedes Sanctitatis vestrae providimus destinandos.

XCV

Il Pontefice Innocenzo VI scrive a Pietro IV re di Aragona, significandogli che i di lui procuratori ed ambasciatori aveano prestato alla Sedia Apostolica l'omaggio ligio*, e il giuramento di fedeltà pel regno di Sardegna e di Corsica*.

(1354, 22 gennaio).

Dal Lunig, *Cod. Ital. Diplom*. Tom. IV. col. 1395-1396.

Innocentius etc. Petro, Regi Aragonum illustri.

Significamus tibi, quod dilecti filii nobiles viri Lupus de Gurrea, et Bernardus de Thous milites Oscensis et Vicensis dioecesum, procuratore et nuntii tui, habentes a te ad infrascripta omnia plenum, sufficiens et speciale mandatum per patentes literas tuas sigillo tuo regio in pendenti sigillatas, et publica manu scriptas, ut prima facie apparebat, in nostra et fratrum nostrorum praesentia personaliter constituti obtulerunt se paratos nomine tuo nobis pro regno Sardiniae et Corsicae, quod a nobis et Ecclesia Romana tenes in feudum, et pro quo noster et ipsius Ecclesiae ligius vassallus existit facere ligium homagium, et praestare fidelitatis debitae juramentum, juxta formam conventionum habitarum inter eandem Ecclesiam, et clarae memoriae Iacobum regem Aragonum avum tuum in concessione de ipso regno memorato Iacobo Regi per eandem Ecclesiam dudum facta; et quod nos hujusmodi oblatione ipsorum procuratorum tuorum audita benigne, ac subsequenter de mandato nostro lectis conventionibus ipsis coram dictis procuratoribus seriose, ipsisque illas quo supra nomine se offerentibus servaturos; nos ab eis hujusmodi homagium et juramentum juxta hujusmodi formam conventionum recepimus praedictarum, in testimonium receptionis hujusmodi magnitudini tuae praesentes literas concedentes. Datum Avinione II. kalendas februarii, anno II.

Propterea, Sanctissime Pater, has fieri literas patentes bulla nostra aurea bullatas, clementiae vestrae per jam dictos procuratores nostros tradendas decrevimus prout praeinserti rescripti Apostolici tenor inducit: per quas quidem nunc ut ex tunc modos, conventiones, conditiones, tenorem et formam in dicto Papali rescripto conscriptos acceptamus expresse: dictum regnum Sardiniae et Corsicae a dicto Domino Papa Bonifacio et Romana Ecclesia praefatum Dominum Regem Iacobum pro se et successoribus suis haeredibus recepisse in feudum sub conditionibus, conventionibus, modo et forma, atque tenore, quae in dicto eiusdem Domini Papae Bonifacii praedecessoris vestri rescripto continentur. Quos tenorem, modum, conventiones, conditiones, et formam promittimus nos inviolabiliter servaturos. Pro quorum observantia nos et dictum regnum Sardiniae et Corsicae jura et bona nobis in eo competentia et competitura obligamus. Datum Valentiae quinta die octobris, anno a nativitate Domini MCCCLIII.

NOTE

(1) Siegue per intiero la bolla di concessione della Sardegna fatta da Papa Bonifacio VIII a Don Giacomo II re di Aragona, che abbiamo riportato più sopra tra le Carte e Diplomi del Secolo XIII. Num. CXXXVIII. pag. 456.

XCVI

Il Re Don Pietro IV di Aragona concede allo scudiero Pietro Esimino di Lumberiis *di Sassari il privilegio esclusivo di levare dai loro nidi i falconi nell'isola dell'Asinara, e nel Capo di Logodoro in Sardegna, di nutrirli, custodirli, e allevarli per uso delle caccie Reali, e di trasmetterli poi alla sua corte*.

(1355, 29 gennaio).

Dai Regii Archivi di Cagliari, Vol. B. 6. fol. 197 retro, Num. I.

Nos Petrus Considerantes quod in insula vocata de la Linayra (1) et in pennis (sic) (2) ac aliis multis et diversis locis ipsius Insule et alibi in Capite Lugodorii sunt multi et diversi falcones qui inibi nutriuntur quorum filii ad nos pertinent et per deputatos a nobis a suis nidis sive agris extrahuntur, velimusque quod per aliquam idoneam personam dicti falcones tempore congruo a nidis sive agris extrahantur et per ipsam nutriantur sive custodiantur. Idcirco confidentes de legalitate vestri fidelis nostri Petri Eximinii de Lumberiis scutiferi habitatoris civitatis Sassari vobis committimus et commendamus quod per vos et non alium quolibet anno dicti falcones tempore congruo a suis nidis sive agris extrahantur, nutriantur, ac etiam custodiantur bene ut convenit, quosque, cum ipsos ad servitium nostrum habere velimus, vos ad sumptus nostros transmittere debeatis. Mandantes cum presenti Administatori jurium et reddituum nostrorum Capitis Lugudorii quatenus vobis dicto Petro Eximini vel cui volueritis quidquid circa extractionem dictorum falconum ac eorum custodiam et nutritionem ac in mittendo ipsos ad nos expendetis vobis de juribus nostris exsolvat et a vobis recuperet apocham in qua de presenti fiat mentio specialis. Iniungimus etiam Magistro Rationali curie nostre quod quidquid dictus Administrator dicta ratione exsolverit in nostro computo admittere non postponat, nec super eo ullam faciat questionem. Datum in Castro Callari XXIX. die ianuarii, anno a nativitate Domini MCCCLV. Subscripsi β.

NOTE

(1) Linayra; cioè Asinara, isola aggiacente all'isola madre di Sardegna.

(2) Forse *pinnis*, o *penninis*, per sommità, luoghi elevati, ecc.

XCVII

Il re Don Pietro IV. promette con giuramento di tenere sempre unita alla corona e regno di Aragona, Valenza e Majorca la città di Alghero, e di non staccarnela mai, per vendita, per infeudazione, permuta, o in altro modo qualunque.

(1355, 15 febbraio).

Dagli Archivi antichi della città di Alghero.

In nomine Sanctissimae et Individuae Trinitatis Sanctissimae Deiparae Virginis Mariae, ac Beatorum Michaelis Arcangeli, et Ioannis ante Portam Latinam sub quorum Patrocinio, atque tutela civitas haec Algueritana potissimum viget.

Noverint universi, quod Nos Petrus Dei gratia Rex Aragonum, Valenciae, Maioricarum, Sardiniae, et Corsicae, Comesque Barchinonae, Rossilionis, et Ceritaniae. Dum ad regiae considerationis examen provida meditatione deducimus regnantium solia tunc celtiori proeeminentia et solidiori virtute subsistere cum locorum insignium robore circumfulta illorum potentia remanet indivisa, tanto libentius ad conservandum in unum nostrum regale sceptrum, in hiis presertim intendimus, quanto prudentius nostrum exinde roboramus dominium et divisionum excidiis futuris temporibus precavemus. Digne igitur attendentes, locum seu villam nostram de Alguerio, sic ex sui conditione fore notabilem, et insignem, quod nobis, et successoribus nostris ac toti etiam reipublicae plurimum expedit, ut locus ipse qui a predecessoribus nostris, et nobis meruit ab antiquo Vicariae officio in capite perfici, semper regiae diademati nostrae unitus remaneat, et adiunctis propterea non tantum in hiis nostrorum commoda subditorum, quam exaltationem solidam nostrae regiae dignitatis sollicite procurantes, Cum praesenti privilegio nostro perpetuo valituro per nos et omnes haeredes, et successores nostros concedimus, statuimus atque promittimus vobis probis hominibus, ac toti universitati dictae villae de Alguerio praesentibus, et futuris, Quod nunquam de caetero praedictum locum seu villam de Alguerio, vel loca alia quaecumque, quae nunc sunt, vel erunt pro tempore infra ipsis villae terminos constituta, seu homines ipsius villae, atque locorum, dabimus, vendemus, infeudabimus, comutabimus, aut alias quomodolibet alienabimus aut modo aliquo separabimus a corona regnorum nostrorum Aragonum, Valenciae, Majoricarum et Comitatus Barchinonae; ita quod ipsa villa vel alia loca infra ipsius villae terminos sita vel in posterum statuenda, vel homines eorundem aut iurisdictio nostra, quam habemus in eis mediate vel imediate, transferantur in alium in perpetuum ad violarium, vel ad tempus, nec dicta loca vel alia, infra terminos dictae villae sistentia, vel in posterum constituenda, removebimus, aut separabimus a comunibus contributoribus, vel vicinatico nostro: Imo promittimus villam eamdem et loca praedicta cum terminis eorum, et cum tota iurisdictione criminali, atque civili, et alia quacumque, quam habemus et habere debemus in eis, praefactae coronae nostrae regali; et nostro vicinatico, ut nunc sunt perpetuo annexa et continue ac immediate conjuncta, tenere, et individua pariter, et unita. Et ut praesens privilegium nostrum majori gaudeat firmitate, iuramus per Dominum Deum, et eius sancta quattuor evangelia, manibus nostris corporaliter tacta, praemissa omnia et singula firmiter attendere, et complere, et in nullo contravenire. Mandamus itaque, quod praesens privilegium nostrum, inclito ac magnifico

Infanti Ioanni duci Gerundae, et comiti Cervariae, carissimo primogenito nostro ac aliis quibuscumque, qui haeredes nostri fuerint, et etiam successores, quod concessionem, statutum, et provisionem nostram huiusmodi vobis dictis probis hominibus ac universitati villae Alguerii, et aliorum locorum praedictorum, praesentibus et futuris perpetuo, et inviolabiliter teneant, et observent, et non contraveniant, nec aliquem contravenire permittant aliqua ratione. In cujus rei testimonium praesens privilegium nostrum, vobis dictis probis hominibus, et universitati, praesentibus, et futuris, inde fieri, et tipario bullae nostrae plumbeae iussimus communiri.

Datum in Castro Callari quintadecima die februarii, anno a nativitate Domini millesimo, trecentesimo, quinquagesimo quinto. Subscripto ∞ 7.

Signum † Petri Dei gratia regis Aragonae, Valenciae, Maioricarum, Sardiniae, et Corsicae, comitisquae Barchinonae, Rossilionis et Ceritaniae.

Testes sunt Bernardus de Caprara. Petrus Maça.

Petrus Dominus de Exica, Gilabertus de Cintillis

Olfus de Proxida.

Signum † mei Ioannis Egidii de Castello, dicti domini regis scriptoris, qui de mandato ipsius haec scribi feci cum raso in X. linea, ubi legitur, carissimo primogenito et in penultima linea, ubi dicitur, et tipario, et in linea testium ubi demonstratur sunt, et clausi.

Ioannes Egidij ex capitlis pui.

per Dominum Regem in consilium.

Vidit eam don TR.

Math tho.

Rstra.

XCVIII

Il re di Aragona Don Pietro IV. accorda ai cittadini, ed abitanti della città di Alghero la esenzione dal pagamento dei dritti di dogana, e di gabella per le loro merci, ed altri beni, di cui fossero possessori.

(1355, 15 febbraio).

Dagli Archivi antichi della Città di Alghero.

Nos Petrus Dei gratia rex Aragonum, Valenciae Majoricarum Sardiniae et Corsicae, comesque Barchinonae, Rossilionis, et Ceritaniae. Volentes erga universitatem villae nostrae de Alguerio, et habitatores inibi degentes ac illos qui ad eamdem in futurum sunt populaturi facere gratiam specialem: Idcirco cum presenti carta nostra, perpetuis temporibus valitura gratis, et ex certa scientia, et mera liberalitate dictam universitatem dictae villae de Alguerio, et habitatores inibi commorantes praesentes, et futuros, et successores eorum efranquimus, et francos, liberos, et imunes facimus ab omni solutione iuris duanae, sive portulagji quomodolibet, pro rebus, et mercibus, vel aliis bonis vestris nobis in dicta villa pertinentis, et pertinere debentis; sic quod ex nunc dicti habitatores dictae villae praesentes, et futuri, et successores eorum cum omnibus bonis et rebus eorum praedictis quae nunc habent et habebunt in futurum a dicto jure duanae, et portulagij dictae villae nostrae de Alguerio sint exempti, franchi, liberi, perpetuo quitii, et immunes sicut melius dici, et intellegi potest ad eorum, et suorum salvamentum, ac bonum, sanum, et sincerum intellectum.

Mandantes cum presenti gubernatori, et administratori judicatus Lugudorii, nec non duanerio, et portulanerio dictae villae, caeterisque officialibus nostris praesentibus et futuris vel locatenentibus eorum quod franquitatem, libertatem, et immunitatem nostram hujusmodi firmam habeant, teneant, et perpetuo observent, ac teneri, et observari inviolabiliter faciant per quoscumque et non contraveniant, nec aliquem contravenire permittant quavis causa. In cuius rei testimonium, praesentem fieri jussimus nostrae Majestatis sigillo munitum.

Datum in Castro Calleri quintadecima die februarij anno a nativitate Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo quinto. Subscripto 6:) :

Signum † Petri Dei gratia regis Aragonum, Valenciae, Majoricarum, Sardiniae, et Corsicae, comitisque Barchinonae Rossilionis, et Ceritaniae.

Tester sunt Bernardus de Capraria. Olfus de Proxida. Petrus Dominus de Exica. Gilabertus de Cintillis. Petrus Maça.

Signum † mei Iohannis Egidij de Castello dicti domini regis scriptoris, qui ad mandatum ipsius domini haec scribi feci cum litteris rasis, in quarta linea ubi legitur eorum, eorum, et in sexta ubi legitur judicatus, et in penultima, ubi reperitur majestatis et clausi.

?e

Iohannes Egidij, ex capi. P.

Dominum BC. pui. in consil.

Vidi team Don R

Math ptho.

R. in Sardinea, IIJ.°

Rsta.

XCIX

Privilegio del Re D. Pietro di Aragona, acciò non si possa vendere e comprare a minuto in Alghero, fuorché dai Catalani ed Aragonesi; ed altre proibizioni somiglianti.

(1355, 15 febbraio).

Dagli Archivi antichi della Città di Alghero.

Nos Petrus Dei gracia rex Aragonum, Valenciae, Maioricarum, Sardiniae, et Corsicae, comesque Barchinonae, Rossilionis, et Ceritaniae. Circa reparationem et populationem villae nostrae de Alguerio, quam nunc nostro potenti brachio adquisivimus, et nostro subiugavimus dominio,ut convenit intendentes; volentesque ut dicta villa et incolae inibi degentes, et alii ad populandum ad eandem venientes, de bono in melius prosperentur. Idcirco huius nostrae cartae tenore, provisiones, edicta, et ordinationes facimus sequentes. Primo statuimus et ordinamus, quod nemo cuiuscumque sit status, conditionis, aut nationis audeat seu praesumat aliquam negociationem seu mercaderiam inter dictam villam de Alguerio facere, neque possit inibi tenere botigiam, pro vendendo inibi res, aut merces aliquas minutim, nec possi temere in platea, vel alibi aliquam mercaturam paulatim, nisi tantum Cathalanus, vel Aragonensis. Tamen volumus quod sit licitum omnibus hominibus straneae nationis, in grosso emere, et vendere in dicta villa mercaturas suas, et eas ab inde extrahere. Item sancimus et ordinamus, quod nullus extraneae nationis possit uti, et exercere aliquo officio publico in dicta villa, nisi sit Catalanus, vel Aragonensis. Item edicimus, et statuimus, quod illi soldati, qui in dicta villa habitant, vel in posterum habitabunt, et stipendium a nobis recipiunt, vel recipient, teneantur nunc et in futurum facere gardiam, et custodiam turrium omnium dictae villae. Item ordinamus, et stabilimus, quod fratres aliqui de ordine minorum, nec alterius cuiuscumque ordinis, nisi sint Cathalani, vel Aragonenses, non audeant, seu praesumant in dicta villa habitationem, nec incolatum quocunque modo facere, nec per habitatores, ac vicinos dictae villae, inibi eos palam vel occulte admittere, seu recipere. Mandantes cum praesenti gubernatori, et administratori capitis Lugudorij, nec non vicario, consiliariis, et aliis subditis, et habitatoribus dicti loci, caeterisque officialibus nostris praesentibus et futuris, quod sanctiones, edicta, et ordinationes nostras huiusmodi firmas habeant, teneant, et observent, et observari inconcusse faciant, et non contraveniant, seu aliquem contravenire permittant quavis causa. In cuius rei testimonium, praesentem fieri iussimus, nostro pendenti sigillo munitam. Datum in Castro Calleri, quintadecima die februarij, anno a nativitate Domini, millesimo, trecentesimo, quinquagesimo quinto (1).

Subscripsi §: 7.

Ioanne Egidij, ex capi: p.

Dominum R. pui in consit.

Vict. eam Don R.

Math. ptho.

1. in Sardinia IIJ.[a]

Rsta.

NOTE

(1) Il presente privilegio fu accordato subito dopo la pace del 1355, in virtù della quale Mariano IV. di Arborea, e Matteo D'Oria cedettero al re D. Pietro di Aragona la città di Alghero. (Ved. Tola, *Dizion. biogr. dei Sardi Ill*. Vol. II. pag. 231). Quindi si comprende il motivo, per cui il re D. Pietro, diffidando dei Sardi, e dei Genovesi, volea che Alghero fosse popolata da soli Catalani, ed Aragonesi, o che essi soltanto ne fossero considerati come legittimi cittadini.

C

Privilegio del Re D. Pietro di Aragona per la franchigia delle possessioni di Alghero da ogni peso, e pagamento, eccettuata la decima, per lo spazio di cinque anni.

(1355, 15 febbraio).

Dagli Archivi antichi della Città di Alghero.

Nos Petrus Dei gratia rex Aragonum, Valenciae, Maioricarum, Sardiniae, et Corsicae, comesque Barchinonae, Rossilionis, et Ceritaniae. Pensantes quod si nos erga populatores et habitatores villae nostrae de Alguerio aciem mentis nostrae erigimus, et ipsos gratijs et favoribus prosequamur, sic ipsi magis placide, et meliori affectu vires suas emittent, et voluntates suae ad omne bonum, et ad excolendum, laborandum, et reparandum, ac meliorandum possessiones, haereditates, domos, et alia bona et res quae inibi habent, vel habebunt in futurum, multo melius inducentur; idcirco cum praesenti carta nostra in perpetuum valitura, vobis omnibus et singulis habitatoribus et populatoribus dictae nostrae villae de Alguerio praesentibus et futuris concedimus, quod omnes illae domus, campi, vinae, et haereditates ac bona alia quaecunque quas nos vobis dedimus et concessimus in dicta villa, et eius terminis, sint franche et libere ab omni tributo, censu, laudimio, et fatica, ac alio onere et servitute regali, excepto jure decimae quam nobis et nostris retinemus, ac etiam reservamus. Et ex nunc ipsas franchas, liberas, et exemptas ab hijs omnibus, excepto dicto jure decimae, facimus ac etiam constituimus, et pro franchis, liberis, et exemptis, per nos, et nostros, ac alios quoscunque in perpetuum haberi volumus et iubemus. Praeterea volentes vos dictos habitatores, et populatores dictae villae ampliori gratia prosequi, et favore, concedimus vobis, ac etiam plenariam facultatem, et licentiam elargimur, quod cum sit finitum tempus quinque annorum per nos ordinatum, ne vos domos, campos, vineas, et alias haereditates quascunque per nos vobis concessas, et donatas, possitis vendere, cambiare, donare, alienare, vel in alias personas quocunque modo alio transferre, vos et quilibet vestrum dicto tempore finito, ut praefertur, dictas domos, campos, vineas, et alias haereditates quascumque possitis libere, et sine aliqua servitute et onere praedictorum omnium, excepto jure dictae decimae, vendere, cambiare, donare, alienare, et in alias personas quae sunt nostrae nationis, videlicet Cathalanas, vel Aragonenses, et quae intus dictam villam mansionem, residentiam, et incolatum faciant personalem, intusque domum suam ignem qualibet die, et nocte incendant, inibique continue cohabitent quomodolibet valeatis transferre; personis tamen clericis, et religiosis, et aliis omnibus extraneae nationis ab hijs penitus exclusis. Insuper vobis dictis populatoribus, et habitatoribus dictae villae de Alguerio a nobis infrascripta postulantibus, plenam potestatem, et licentiam conferimus, quod si vos, aut aliquem ex vobis forte aegrotari contingeret, vel tali aegritudine detineri, quod ad huius mundi vita minime evadere crederetur, testamenta ac codicillos fieri facere valeatis, et de dictis bonis per nos vobis donatis, tam intra tempus dictorum quinque annorum, quam extra, in personas Cathalanas, et Aragonenses, dumtaxat, ut superius enarratum est, et sub eisdem modis, et formis, exceptis clericis, et religiosis praedictis, et non in alias personas, ad libitum vestrum disponere, ac etiam ordinare possitis. Mandantes cum praesenti gubernatori, et administratori iudicatus Lugudorij, vicario, ac alijs officialibus dictae villae, caeterisque officialibus nostris dicti iudicatus praesentibus et

futuris, vel locatenentibus earundem, quatenus concessionem et gratiam, ac licentias nostras praedictas firmas habeant, teneant; et observent, et observari inviolabiliter faciant per quoscunque, et non contraveniant, vel aliquem contravenire permittant quavis causa. In cuius rei testimonium, praesentem fieri iussimus nostrae maiestatis sigillo munitam. Datum in Castro Calleri, quintadecima die februarij, anno a nativitate Domini, millesimo, trecentesimo, quinquagesimo quinto. Subscripsi §: 7.

Signum † Petri Dei gratia regis Aragonum, Valenciae, Maioricarum, Sardiniae, et Corsicae, comitisque Barchinonae, Rossilionis, et Ceritaniae.

Testes sunt Bernardus de Capraria. Olfus de Proxida. Petrus Dominus de Exica. Gilabertus de Cintillis. Petrus Maça.

Signum † mei Ioannis Egidij de Castello, dicti domini regis scriptoris, qui ad mandatum ipsius domini haec scribi feci, cum raso, et emendato in VIIJ.ª linea, ubi legitur, nobis, et in IX.ª ubi legitur, minime, et in X.ª ubi legitur praedictis judicatus, officialibus judicatus, et in penultima ubi legitur maiestatis, et clausi.

Ioannes Egidij ex capi. P. Dominum.

R. Provi. in consil.

Vidit. Don R.

Math. Proto.

R. in Sardinia. IIJ.°

Resta.

CI

Mariano IV Giudice *di Arborea, Conte di Goceano, e Visconte di Basso, emancipa dalla sua patria podestà Ugone suo figlio primogenito*.

(1355, 14 marzo).

Dai Regii Archivi di Barcellona, Armar. VIII. Sardiniae, Num. XCVII.

Marianus Dei gratia Iudex Arboreae, Comes Gociani, et Vicecomes de Basso. Illi digne merentur eximi a patria potestate, quibus tam morum gravitas, quam aetatis discretio suffragantur. Sane attendentes haec in persona vestri nobilis, et dilecti primogeniti nostri Hugonis de Arborea (1) laudabiliter ab experto vigere, operante clementia Salvatoris; quin etiam advertentes vos nobis cum debita reverentia multipliciter supplicasse, ut vos eximere dignaremur a vinculo nostrae patriae potestatis; ideo Nos benigniter annuentes vestris supplicationibus in hac parte, ubi probabiliter experimur vestram personalem industriam, et virtutes, quae vos reddunt in hujusmodi exemptionis obtentu satis dignum, satisque habilem, et capacem, vos in Dei nomine, et benedictione paterna, ex certa nostra scientia, observatis modis, et solemnitatibus consuetis, emancipamus, eximimus, et penitus relaxamus a jugo nostrae patriae potestatis, omni scilicet modo, jure, ratione, causa, et forma, quibus melius et efficacius possumus, et debemus. Constituentes thenore praesentis cartae, ut sitis, et esse debeatis amodo juris vestri, et quod omnia, et singula, comuniter, et divisim libere agere, administrare, facere, gerere, exequi, et exercere possitis in judiciis, sive extra, sine contradictione nostra, et alterius cujuscumque, quae quilibet homo juris sui, et unusquisque paterfamilias in quibuscumque actibus publicis, legitimis, et privatis facere potest, et debet. In cuius rei testimonium, et vestri cautelam fieri mandavimus presens publicum instrumentum per notarium infrascriptum. Quod fuit actum Arestani, quarto decimo die mensis martii, anno Dominicae Incarnationis millesimo tercentesimo quinquagesimo quinto, praesentibus nobili viro Ro… ab… o de Berardo de Marsilia, Magistro Iacobo Physico, Geraldo de Flassano, Petro de Açene, Barsolo Cathone, et Petrucio de Moguro, testibus ad haec vocatis specialiter, et rogatis.

Guyllermus Marchus de Vita, auctoritate Regia totius regni Sardiniae et Corsicae notarius, praemissis omnibus, dum sic agerentur, interfui, eaque recepi, scripsi, et rogatus clausi.

NOTE

(1) Succedette poi a suo padre Mariano nel regno di Arborea sotto nome di Ugone IV. (Ved. Tola, *Dizion. biogr. dei Sardi ill*., Vol. II, pag. 228 e Vol. III. pag. 277 e seg.).

CII

Pietro IV Re di Aragona scrive a Mariano IV Giudice *di Arborea per indurlo alla restituzione delle castella di* Pedres*,* Bonvei*,* Terranova*,* Ardara*, e* Cepola *coi territori, e co' dritti alle medesime appartenenti, minacciando, in caso contrario, di voler agire con vigore pel ricuperamento di quelle fortezze*.

(1355, 8 giugno).

Dal Fara, *De Reb. Sard*. Lib. III. pag. 294. Ediz. Tor.

Petrus rex etc. dilecto nostro iudici Arboreae, comiti Gociani, vicecomiti de Basso, salutem et dilectionem.

Opportunum existimatur, ac etiam consonum rationi, ut cuicumque restituatur, quod ab aliis indebite retinetur, ad quod Augustinus et canon ajunt: *non dimittitur peccatun, nisi restituatur ablatum*. Hinc est quod cum vos iamdiu est tenueritis et tenetis capta et occupata nostra sequentia castra, videlicet castrum vocatum Castellum Pedres, et castrum nominatum Bonvehi, castrum de Terranova, castrum de Ardara, et castrum *de la* Cepola cum eorum cujuscumque eorum terminis, territoriis, iuribus et suis pertinentiis universis: quae quidem castra cum dictis eorum terminis nostra fuerunt, et esse debent, pertinuerunt, et pertinere debent, nobisque restituere hactenus recusastis indebite et injuste, in damnum et detrimentum maximum vestrae animae et conscientiae, et nostri vilipendium et contemptum, percipiendo inde fructus, redditus, exitus et proventus, et alia jura ex eis proventa; et inde faciendo omnimodas vestras voluntates. Cum autem de iure, aequitate, et optima ratione, nec non auctoritatibus antedictis, vos deceat, et teneamini dicta castra et eorum quodlibet cum fructibus inde perceptis et qui percipi potuerunt ab occupationis et usurpationis tempore, citius restituere et reddere nobis, aut cui voluerimus loco nostri, nec ulterius retinere, quatenus peccata ingratitudinis, et crimen lesae majestatis cupiatis evitare. Idcirco vos dictum judicem cum instantia, quanta decet, requirimus et monemus, vobisque mandamus expresse quatenus saepe dicta castra cum eorum terminis et pertinentiis, ut praefertur, nobis restituatis, seu restituere faciatis cum fructibus inde perceptis, et qui potuerunt percipi incunctanter, et morosis dilationibus, et frustratoriis exceptionibus, et excusationibus cessantibus quibuscumque. Alioquin, si circa praedicta adimplendo negligens fueritis, vel remissus, procedemus contra vos et bona vestra rigide et potenter ad vindictam eorumdem, sic quod jus nostrum remanebit penitus illibatum, vosque sentietis commissorum poenam, quae insane et improvide peregistis. Sciturus quod de praesentatione, et relatione praesentium Guillelmo de Apiaria cursori curiae nostrae et iurato nuncio, ad hoc per nos specialiter deputato, damus, et dare intendimus plenam fidem. Datum in hoc castro Caralis octava die iunii, anno Domini MCCCLV.

CIII

Convenzione seguìta nel luogo di Sanluri *in Sardegna tra il Re Don Pietro IV di Aragona, e Mariano IV* Giudice *di Arborea; ed ordine dello stesso Re Don Pietro IV, affinché tale convenzione, e tutti i capitoli nella medesima contenuti siano puntualmente osservati*.

(1355, 11 e 15 luglio).

Dai Regii Archivi Patrimon. di Cagliari.

Instrumentum capitulorum firmatorum per dominum Regem Petrum super discidium secutum inter ipsum dominum Regem et nobilem Marianum Iudicem Arboree ubi inter alia fit mentio de restitutione facienda de castello de Pedres et aliis castellis villis oppidis et locis dela Gallura.

Nos Petrus per Quia sepe contingit tam per ignoranciam seu impericiam plurimorum quam alias super eo quod nostro videtur judicio esse rationabile atque justum disputare et super eo altercari verius in dubium illud reducere quamquam de eo apareat satis clare. Ideo providere volentes ne super quibusdam capitulis noviter inter nos et egregium dilectum nostrum Marianum Iudicem Arboree pro bono et tranquillo statu insule Sardinie factis et firmatis quorum tenores inferius sunt inserti aliqua dubia seu interpretatio aliqualis subtilis capriciosa seu extranea nequeant evenire. Et si forte evenirent locum non habeant in eisdem. Tenore presentis sic cum presenti ducimus providendum scilicet quod super predictis capitulis seu contentis in eis nulla fiat interpretatio atque puncta extranea seu subtilia seu etiam capriciosa que subscriptorum capitulorum variet aut variare possit quomodolibet intellectum aut oppositum sensum imictent eorum que et prout continetur in capitulis inferius denotatis mandantes cum hac eadem gubernatoribus insulae Sardiniae vicariis administratoribus comissariis iudicibus aliisque universis et singulis officialibus et subditis nostris et dictorum officialium locatenentibus quod in et super capitulis subinsertis et contentis in eis nullam faciant interpretationem neque super eis questionem que variare possit subscriptorum intellectum moveant aliqualem nisi et prout in eis clarius est videndum. Tenores vero capitulorum sequuntur per hunc modum. En nom de nostre Senyor Deus amen XI. die julij anno a nativitate Domini MCCC. quinquagesimo quinto in loco de Sentluri terre Callaritane. Capitols avenguts e concordats entre le molt alt e molt excellent princep e Senyor en Pere per la gracia de Deu Rey darago de Valencia per duna part, e lo noble en Marian juge darborea de laltra sobre la dissencio que es entre lo Senyor Rey, e lo dit Iutge darborea. Primerament es avengut e concordat entre los dits Senyor Rey e lo dit jutge quel dit jutge restituesca al Senyor Rey de present los castells de Pedrers e lo loch de Orise, e los altres dela Gallura. E encara lo castell de Bonvehj ab tots llurs pertinencies, e drets universes. Empero es entes que si la jutgessa que compra lo dit castell o loche de Orise es deguda alcuna cosa sobre agnells que li sia pagada per lo Senyor Rey. Item es avengut e concordat entre los dits senyor Rey, e lo dit jutge quel dit jutge met e pos en sequestre del Senyor Papa e per nom de aquell en poder del Arcabisbe doristany e del bisbe dales los castells ollochs dardera, e de la Capola ab tots llurs pertinencies e drets universes los quals se tenen per lo senyor Rey en feu per vigor del qual feu lo dit Senyor ha fadiga de cert temps ques pot retenir aquells sis volra com per alcu nes fetu venda, o alienacio restituhent

o pagant lo preu al comprador daquells axi quel dit Arcabisbe o bisbe tenguen tant e tan longuament per lo dit Sant Pare los dits castells, e lochs per raho del dret quel Senyor Rey, e lo dit jutge per si o per micer dama doria se donen en aquelss tro que per lo dit Sant Pare sera conegut del dret de cascu pronunciant o sentenciant. E que sobre aço sia fermat compromis per les dites parts en poder del dit Sant Pare.

E les dites parts prometen juren e fermen ab carta, e se obliguen ab pena de X mil florins dor e de excomunicacio guaniadors a la Cambra del Papa de star sobre aço a la conexenca sentencia o pronunciacio del dit Sant Pare. E si per ventura lo dit Sant Pare pronunciara los dits castells o lochs pertanyer, o deure pertanyer al Senyor Rey quels dits Arcabisbe o bisbe en aquell cas fossen tenguts liurar aquelss al dit Senyor Rey o aqui ell volgues. Ell empero pagant o restituent al dit jutge lo preu que aquelss costat li avien de Micer dama doria del qual aquelss havia comprats segons quen les cartes de la dita venda es largament contengut e expressat. E de aço defendre (*E aço dajen fer*) los dits Arcabisbe e bisbe sins tota dificultat. Item es avengut e entre ells concordut quel arcabisbe doristany, o bisbe dales o la hu daquelss qui tendra los dits castelss o lochs dardera o de la Capola per lo Sant Pare segons que dit es confessant ells tenir los dits castells, o lochs poderosament per lo Sant Pare prometran, e juraran ab carta publica que retran, e liuraran los dits castelss, e lochs de Senyor Rey, o al dit jutge segons la pronunciacio, o sentencia del dit Senyor Sant Pare, e aço sens tota dificultat, e altre qualsevol exceptio, e allongament. E no resmenys tendran aquells poderosament tro que per lo dit Sant Pare sobre aquells sia pronunciat, o sentenciat segons que damunt es dit. – Item sia feta una carta per los dits Senyor Rey, e per lo dit jutge que com lo Senyor Rey entengues quel jutge per negligencia, o no poder no hagues complits los capitols fets al loch del Alguer (1) entre lo Senyor Rey e lo dit jutge per la qual raho lo Senyor Rey entenia ell no esser tengut al dit jutge daquells capitols e per aquesta raho lo Senyor Rey manas a ses gents que fessen guerra al dit jutge e a les gents sues. E lo dit jutge entes quell havia complits al Senyor Rey tots los dits capitols de tot son poder e per aquesta raho se fos lo dit jutge appellat al papa que no contrastants les coses de munt dites lo Senyor Rey, e lo dit jutge se absolven la hu alaltre que da qui avant no sien tenguts per virtut da quells capitols ells ne aquells alls quals lo dit Senyor Rey el jutge manaren fermar aquells en alcuna cosa. Item esavengut, e entre ells concordat que sobre los capitols que enguany foren fets entre lo Senyor Rey, e lo dit jutge en lo loch del Alguer se faça aytal previsio *a tolre minua* del Senyor Rey, e nota de infamia dela part del dit jutge, ço es saber quel Senyor Rey absolva e defenesca e encara remeta de certa scientia al dit jutge tots cozes e ales quals lo dit jutge e los seus per vigor dels dits capitols fossen tenguts fer o complir al Senyor Rey ara e daquiavant salvant daquestes presents capitols qui ara novellament son avenguts. E lo dit jutge absolva per semblant manera al dit Senyor Rey axi que los dits capitols daquianant sien cassats e annullats e sens tota efficacia e valor. Es esspres empero e entre les dits parts concordat quel dit Senyor Rey faca carta a part al dit jutge que en cas que ell non li servas e complis les coses contegudes en los presents capitols segons que damunt es declarat quels dits capitols fets en lo loch del Alguer en aquest cars romanguen e sien en sa força e valor e sien tornats al stament que huy son. Quant en ço que en aquelss toca lo dit jutge com aço vulla lo dit jutge entre les altres coses per major seguretat sua. Item es concordat e avengut entre los damunt dits Senyor Rey e lo dit jutge quel dit Senyor Rey restituesca al dit jutge o a qui ell volrà en loch seu los castells o lochs de Mataro e de Gelida situats en les parts de Cathalunga ab les rendes quells officials del Senyor Rey o altra qual sevol persona ne hage reebudes e ab tots llurs armes forniments e apparellaments que en

aquells foren attrobats. Item es avengut e entre ells concordat quel dit Senyor Rey annulle e abolesca de son poder Regal tots processos e avantaments fets o comensats contra la persona del dit jutge e ço del seu tro en to present dia per qualsevol causa o raho segons que ja laltra dia en castell de Caller ne fo dictada o ordenada carta dela qual lo dit jutge ha translat. E no resmenis fara al dit jutge absolucio remissio diffinicio e relaxaçio e perdo de tota questio e demanda que lo dit Senyor Rey pognes fer al dit jutge e als seus per crims o per excessos comesos per aquell o per qualsevol raho segons lu tenor dela dita carta. Item es avengut e concordat entre los damunt dits que lo dit Senyor Rey faça remissio e perdo general a tots los sarts dela terra del dit jutge hajen servit en aquesta guerra, o en altra qualsevol tro el jorn de huy. Item es avengut e concordat entre los dits Senyor Rey e lo dit jutge quel dit Senyor Rey per seguretat del dit jutge faça fer sagrament, e homenatge alls castellans e homens dela Gallura e de Bonvehy e llur tinencia que en cas quel Senyor Rey non servas al dit jutge les coses contengudes en tot present capitols quells dits castellans o homens se tenguessen per lo dit jutge axi que aquell reconeguessen, e aguessen per Senyor en aquell cars. E semblant seguretat façen al dit Senyor Rey, e en vers aquell lo castella e homens de castell de Muntiverrj ab tots les viles e pertinencies deles viles de Picinurj e de Sagama et de Sinurra per tal que eguallat sia servada entre ells axi que en cars quel dit jutge no servas e cumplis les coses sobredites e devall scrites al Senyor Rey quells dits castellans e homens dels dits castell, e loctinents tenguessen lo dit Senyor Rey per Senyor en la forma quells dits castellans e homens de la Gallura e de Bonvehj se serant en vers lo dit jutge obligats. Item es avengut e concordat entre los damunt dits quel dit jutge permeta es oblich ab sagrament e homenatge de servir al Senyor Rey be e lealment axi can bo e leyal vassal deu servir a son bon Senyor e de esser a aquell feel e leyal axi que per ell ne per sa terra ne per ses gents ne per son tractament ne per son consell ne venira mal dampnatge ne desonor al dit Senyor Rey ne a sa terra ne a ses gents. Es entes empero que per aquesta promissio obligacio no sia fet ne engenrat prejudicj alcu al dit jutge. Quant es en ses franqueses libertats, e immunitats ans aquelles romanguen en sa força, e valor axicom dabans e aço pusquen fer les dites parts per procuradors. Item es avengut e concordat entre los demunt dits quel dit Senyor Rey faça seguretat ab carta jurada al jutge jutgessa fills o filles llur de ben tractar ells e llurs terra, e llurs gents axi que per lo dit Senyor ne per sos officials ne gents nol sera fet mal greuge ne dampnatge algu ans seran favorablament e ben tractats axi com a propris del dit Senyor Rey. Item es concordat e entre los damunt dits avengut que lo dit Senyor Rey faca fer carta de manament sots incurriment de la sua gracia e merce a tots sos officals que tracten benignament e graciosa lo dit jutge e els seus officials, e gents e que innovacio alcuna nols sia feta. Item es avengut e entre los damunt dits concordat quel dit Senyor Rey faca carta jurada al dit jutge que per ocasio o raho alguna per la qual lo dit jutge pogues esser danant lo dit Senyor Rey convengut per alcun crim, o exces ques dignes per aquell esser comes tro el jorn duy lo dit Senyor no puga convenir lo dit jutge ne contra aquell proceyr en alcuna cosa ne fer a quell en persona o en bens innovacio alcuna. E aço juraran tots los consellers del dit Senyor Rey que huy son en la dita illa. Item es avengut e entre los damunt dits concordat quell dit Senyor Rey faça altra carta jurada al dit jutge quell ne la jutgessa fills ne filles dells no puxen esser forsats de venir denant la presencia sua ultra llur propria voluntat si donchs excesses novells daçianant ço que Deus non vulla no cometren perque lo Senyor Rey los agues a citar. Item es entre los demunt dits avengut concordat sobre lo fet de micer Ioan darborea frare del dit jutge lo qual lo dit jutge te pres que lo dit jutge (*termeta*) trameta en Caller son procurador al Senyor Rey ab les rahons sues per les quals enten a fundar que ell pot conexer dela persona de micer Ioan les quals rahons

lo dit Senyor Rey dege reebre si seran justes. E si al Senyor Rey no parien justes, o aquelles no volia rebre en manera quel dit jutge sen tengnes per agreviat que en aquell cars lo dit jutge pogues recorrer, e usar de son dret per via de appellacio al Papa axi que per lo Senyor Rey punts ne novitats mes avant al dit jutge no pognessem esser encertades contra lo dit capitol, e sobre aquest capitol lo dit Iutge se puixa ajudar de appellacio feta al Papa sobre aço tro el dia de huy e daltra cosa sobre lo dit capitol. Item es avengut e entre los demunt dits concordat quells presoners que son huy en poder de cascuna deles dites parts sien absolts e liberats exceptat micer Ioan (2). Item es avengut e entre los dits Senyor Rey e lo dit jutge concordat que dels VI mil florins quel dit jutge deja al al Senyor Rey per raho del trahut haja la meytat lo dit Senyor, e laltra lo dit jutge. Item es avengut e entre los damunt dits concordat per seguretat del dit jutge quel dit Senyor Rey faca al dit jutge la present seguretat segons ques segueix. ço es a saber quel dit Senyor Rey faça seguretat ab carta o cartes segellades ab son segell pendent al dit jutge e encara se obligara a la Cambra del Papa ab sagrament sots pena de CC mil florins dor aell perdedors tota vegada, e aytantis com faca o vengues contra lo tenor dels presents capitols e les coses contengudes en aquells guaniadors la meytat ala Cambra del Papa e laltra meytat al dit jutge e aço sots pena de excomunicacio per la qual ara per llavors, e llavors per ara de sa plena voluntat reeb lo dit Senyor en si sentencia de vet de tenir e cumplir totes les dites coses en los presents capitols contengudes. E a maior fermetat fara lo dit Senyor Rey totes les dites coses e cascuna daquelles segons quen los dits capitols son contengudes jurar a tots los nobles cavallers e altres de son consell qui aci son hoc encara als altres Infants en Pere e en R. bugr, e al bisbe de Valencia canceller, e a son vice canceller Maestre raçional, e Trasorer seus della mar de tenir cumplir e observar totes les dites coses e cascuna daquelles hoc encara a major fermetat fara lo dit Senyor Rey quels nobles e cavallers e daltres persones hereditades dins la isla de Cerdenya. Co es a saber en sa terra juraran e faran homenatge sots pena de XX mil sols ad dit jutge guanyadors, e per ells e cascu dells perdedors de servar totes les dites coses e no contravenir a aquelles per alcuna raho o causa e res no menis consentiran los dits heretats universalment per pacte e solenne stipulacio que en cas quel dit Senyor Rey e sos officials per si o per interposita persona vengues contra les sobredites e davall scrites coses que ipso facto sia legut, e pusca lo dit jutge e los seus sense encorriment de alcuna pena proceyr, e levar, e occupar per sa propria auctoritat e sens tota altra determinacio declaracio, e requisicio totes les viles lochs e bens mobles, e no mobles del dits heretats per tota aquella via e manera que lo dit jutge e los seus mellor sabran e poran. E ultra totes les coses demunt dites fara fer lo Senyor que les Universitats deles ciutats e viles sues de castell de Caller e de vila Igleyes de Sacer e del Alguer per manera de sindicat juraran e prometran de tenir e servar les dites coses cascuna daquelles e no contravenir e daço faran, e prestaran homenatge de mans e de boca a costum de Spania. Item es avengut e entre los demunt dits concordat quel dit jutge faca semblant seguretat al Senyor Rey ab totes aquelles penes cauteles e seguretats que lo dit Senyor Rey fa envers lo dit jutge. E noresmenys que per semblant manera fara lo dit jutge jurar e prestar homenatge de tenir e servar les dites coses per les universitats deles ciutats dorisen e de Bosa e dela tinencia de Guciano e de Montagut hoc encara ho faça fermar e jurar lo dit jutge ab homenatge o alscunes granades persones de sa Casa e de so Consell e deles dites ciutats elegidors per la part del Senyor Rey per tal que egualtat sia entre les dites partes observada. Item es empres convengut, e acordat entre los dits Senyor Rey e lo dit Jutge que de totes les dites coses, e cascuna daquelles sien fetes cartes publiques a conexenca de sos savis. I. elegidor per cascuna deles dites parts e del notarj del present contracte axicom mils dictar e ordenar se pora a profit deles dites parts no

mudat la substancia del fet. Item es avengut e entre los damunt dits concordat que totes les cartes e letres reyals fahedores per raho daquesta avinença per lo dit jutge sien franques liurades al dit jutge de tot dret de segell. Item es avengut; e entre les dites parts concordat que don Pedro Senyor de Exerica tenga totes les cartes que façan per lo dit jutge per rahon dels dits affers, e avinença e quel dit don Pedro faca sagrament, e homenatge de liurar aquelles al dit jutge com ell haja lliurats los castells e lochs en los capitols contenguts al Senyor Rey. Item es avengut e entre ells concordat que sobre aquestes capitols per lo Senyor Rey ni per lo dit jutge ne per los llurs officials ara o daquinavant no puxen esser dits atrobats notats o moguts alscuns punts ne subtilitas ne demandes, o questions alscunes mogudes. Promittentes sub fide nostra Regia dicto judici et suis ex certa scientia et ex nostra mera liberalitate ac spontanea voluntate cum hoc presenti publico instrumento perpetuo valituro per firmam et solennem stipulationem in manu et posse scriptoris et notarij infrascripti hec a nobis pro dicto judice et omnibus aliis personis quorum interest et intererit et interesse potest ac poterit in futurum legittime stipulantis paciscentis et recipientis sub pena ducentorum millium florenorum auri fini rectique ponderis et de Florençia tam camere domini summi pontificis acquirendorum casu et eventu inferius denotatis quam dicto judici et suis equis partibus aquirendorum et aplicandorum quod numquam contra preinserta capitula nec aliqua de contentis in eis scienter vel palam vel occulte per nos vel interpositam personam veniemus nec aliquid faciemus consenciemus vel veniti fieri consentiri permittemus propter quod possit dici cogitari vel presumi quod ea sint facta in toto scilicet vel in parte vel alias contraventum. Quinimo sub pena predicta et infrascripta promittimus ea et in eis contenta tenere complere et integriter observare inconcusse juxta ipsorum series pleniores. Quod si fecerimus quod absit volumus et consentimus ex pacto et ex certa scientia et consulte quod ipso facto tociens quociens contra predicta aut aliqua ex eisdem venerimus aut fecerimus incidamus in penam dictorum ducentorum millium florenorum. Quorum medietas camere dicti domini summi pontificis et altera medietas dicto judici vel suis velut legittime adquisite totaliter adquirantur et etiam aplicentur pro quibus habendis et a bonis nostris exhigendis et recuperandis possit et valeat fieri exequtio in bonis nostris quibusvis ubique habitis et habendis impedimento aut obstaculo exceptione contradicione opposicione nostris et nostrorum quibusvis obsistentibus nullomodo. Quoniam nos ad predicta exequenda dicto casu nunc pro tunc promittimus ex certa scientia et consulte submittimus nos ipsos ac bona et jura nostra quecumque. Et nihilominus ab uberiorem securitatem de premissis dicto judici et suis habenda recipimus in nos dicto casu excomunicacionis et interdicionis sententiam quam petimus et requirimus scienter super nos fieri dictis casu et eventu quibus contra predicta vel aliqua de predictis veniamus seu faciamus aut venire seu facere presumamus seu consenciamus quovis modo cujus pretextu volumus et ex certa sciencia consentimus per universum orbem pro excomunicato publice denotari. Et ex superabundanti cautela et ut predicta dicto judici et suis diligencius cauta sint sponte et ex certa sciencia juramus in animam nostram per dominum Deum et ejus sancta quatuor Evangelia manibus nostris corporaliter jurando tacta preinserta capitula et omnia et singula in eis contenta et expressa ut superius sunt descripta nec non omnia alia et singula per nos promissa et conventa et per dictum notarium stipulata tenere attendere complere et observare et teneri compleri et observari facere indilate et contra ea seu aliqua ex eisdem nunquam contrafacere vel venire proprio motu seu ad instanciam vel importunitatem alicujus aliquo jure causa vel eciam racione. Propterea volumus et ex pacto consentimus ex certa scientia et consulte quod casu et eventu quibus contra predicta vel aliqua de predictis scienter aut alias quovis modo quod

Deus avertat quod nullatenus oppinamur venerimus et propterea opporteat per dictum dominum summum pontificem facere exequcionem pro solvenda pena predicta in bonis nostris ut pretangitur nichilominus capitula preinserta omnia et singula in eis contenta soluta pena vel non soluta acquisita vel non remaneant et sint in suis robore et valore sicut ante fractionem jam dictam erant et permanebant protinus ilibata. Concedentes sponte et ex certa sciencia et ex pacto inter nos et dictum judicem facto comprehenso et inito quod in et super predictis possint addi et adjungi quidquid ad corroboracionem et observacionem omnium premissorum substancie vel solemnitatis quod ad presens negocium exequendum possent esse utile vel necessarium per ignoranciam seu alias sit omissum et sic uti illa adjecta clausula et effectu ipsius ac si fuissent una cum aliis in presenti publico instrumento apposita ac etiam expressata. Et pro predictis omnibus et singulis complendis attendendis tenendis et observandis et pro solvenda dicta pena si casus affuerit quod absit obligamus dicto judici et suis ex certa sciencia et ex pacto inter nos et ipsum inito et comprehenso omnia bona et jura nostra mobilia et immobilia habita et habenda nullis exceptis. Renunciantes quantum ad hec legi sive juri dicenti quod qui factum promittit solvendo interesse ab ipsa promissione liberetur et omni alii juri racioni contra predicta vel aliqua de predictis venientibus seu quovis modo repugnantibus. Hec igitur omnia et singula supradicta ut superius sunt expressa et declarata facimus paciscimur et promittimus in manu et posse notarii subscripti tanquam publice persone hec a nobis predictis domino Summo pontifice et eius camera ac dicto judice et omnibus aliis personis quarum interest et intererit ac interesse potest ac poterit in futurum legittime stipulantis paciscentis et recipientis. In cujus rei testimonium presens publicum instrumentum fieri et sigillo nostro pendenti jussimus communiri. Dactum et actum in castro Callari quinta decima die julij anno a nativitate Domini M° CCC° quinquagesimo quinto subscripsi. G: (3).

Signum Petri Dei gracia Regis Aragonum † Qui hec concedimus firmamus et juramus.

Testes fuerunt presentes ad predicta Petrus dominus de Exerica Bernardus de Capraria Capitaneus Gilabertus de Scintillis Gubernator Regni Majoricarum Ioannes Eximini Durrea Vexillarius Olfo de Proxida milites consiliarij dicti domini regis.

Die lune IX die novembris in Castro perpiniani incliti domini Infantes Petrus et Raymundus… fratres de quibus supra in capitulis mencio habetur firmarunt et jurarunt tenere complere et observare omnia et singula capitula supradicta per modum per quem ipsi premissa tenebantur jurare.

Similiter firmavit Rodericus Didaci Vicecancellarius simili modo. Testes sunt Arnaldus Serra et Ioannes de Figarola.

Fuit clausum per Bertrandum de Pinos scriptorem domini Regis et notarium publicum Regia auctoritate.

NOTE

(1) Questi capitoli erano stati accordati militarmente nel campo di Alghero nel gennaio del 1355. Nei medesimi il re D. Pietro avea riconosciuto espressamente la indipendenza sovrana di Mariano IV, e per compenso della cessione di Alghero gli avea fatto molte concessioni e promesse, e si era obbligato di preporre al governo regio in Sardegna persona

aggradita allo stesso Mariano (Ved. Tola, *Dizion. biogr. dei Sardi ill*., Vol. II. pag. 230-231). Ma la cessione di Alghero diventò inutile, perché vi pretesero ancora per molto tempo i D'Oria, aiutati dalla repubblica di Genova, come appare da non pochi documenti che produciamo qui appresso, e specialmente da un Lodo pronunziato a tal riguardo dal marchese Giovanni di Monferrato, arbitro eletto dal re D. Pietro di Aragona, e dai Genovesi.

(2) Non si conosce bene l'origine delle discordie tra Mariano IV e il di lui fratello Giovanni di Arborea. Costui era possessore della città e castello di Bosa, e del castello e terre di Monteacuto e di Terranuova; fu fatto arrestare nel 1353 assieme a Pietro suo figlio primogenito dall'inesorabile Mariano IV, e morì in carcere col detto suo figlio circa il 1376 (Ved. Tola, *Dizion. biogr. dei Sardi ill*., Vol. I. pag. 89, e Vol. II. pag. 230).

(3) La presente Convenzione fu confermata con alcune modificazioni nei due Atti di pace conchiusi nel 1386 e 1388 da Eleonora di Arborea, figlia di Mariano IV, col re D. Pietro, e col re D. Giovanni di Aragona (Ved. infr. Cart. Num. CL).

CIV

Il Re D. Pietro di Aragona scrive dal castello di Cagliari a Mariano IV giudice *di Arborea, pregandolo d'inviargli marinai per le due galee che faceva armare in Alghero, onde restituirsi da Sardegna in Catalogna*.

(1355, 23 luglio).

Dai Regii Archivi di Barcellona, Registr. Sardiniae, ann. MCCCLV. fol. XCIII.

Lo Rey Daragò.

Com Nos en lo loch de Alguèr armar façàm dues galees, per quens acompanyen en les parts de Catalunya, hou, Deus volent, entenèm de breu passar; emper ancor daçò pregàmvos, que si alguns mariners, o altres persones de la vostra terra acordar en aquellas se volen, que hi lexets anar, è acordar, car Nos lur farèm respondrer, è satisfer de lur sou plenariament, è complidament. Datum en Castèll de Caller à XXIII de Juliol, en lany de la nativitat de nostru Senyor MCCCLV.

Subscripsit Guillermus.

Iohannes Saurini, mandato Regio facto per Nobilem Bernardum de Capraria Consiliarum.

Al molt noble Barò, Mariano Jutge Darborea, Comte de Gociano, et Vescomte de Bas.

CV

Privilegio del Re D. Pietro di Aragona per l'unione del castello di Bonvehi*, e sue ville, alla città e vicariato di Alghero*.

(1355, 10 agosto).

Dagli Archivi antichi della città di Alghero.

Nos Petrus, Dei gratia Rex Aragonum, Valenciae, Maioricarum, Sardiniae, et Corsicae, Comesque Barchinonae, Rossilionis, et Ceritaniae. Attendentes per probos homines villae nostrae Alguerij fuisse nobis humiliter supplicatum, quod ex quo ipsa villa unica sola est sine aliis locis seu villis ei adhaerentibus et annexis eidem, et vicariatui eiusdem aliqua loca, seu villas aplicare, seu unire, ex nostra solita clementia dignaremur. Idcirco dictis suplicationibus inclinati benignius, volentes dictam villam prout meretur insignire, et iuridictionem ac comodum et utilitatem ipsius, et habitantium in eadem extendere, sive etiam ampliare Cum praesente carta nostra, perpetuis temporibus valitura, castrum novum de Bonvehi, cum omnibus villis et locis ipsi castro adiacentibus, et cum hominibus et feminis inibi habitantibus, et habitaturis, nec non cum montibus, vallibus, pascuis defesijs, saltibus, molendinis, aquis, aquaeductibus, et cum omnibus terminis, et terris, ac alijs iuribus et pertinentijs ad dictos castrum, et alia loca praedicta pertinentibus, et pertinere quoquomodo debentibus, dictae villae nostrae de Alguerio, et vicariatui eiusdem, unimus, applicamus, seu etiam aggregamus; ita quod ex nunc dictum castrum, et villae, ac loca ei adiacentes, et adiacentia, et habitantes in eisdem, cum omnibus iuribus praedictis, dictae villae, et vicariatui eiusdem sint unita, applicata, seu etiam aggregata, et de vicariatu ipsius villae Alguerij se nuncupent, et appellent, Vicarioque ipsius villae, qui nunc est, vel in futurum fuerit, in omnibus actibus, et processibus, seu exautamentis, tam civilibus, quam criminalibus, et alijs quibuscumque obediant, ipsumque pro eorum vicario inspiciant, et cognoscant. Et ea quae per ipsum eisdem iniuncta fuerint omnino opere compleant et sequantur. Mandantes cum praesenti gubernatori, administratori, vicarijs, baiulis, armentariis, castellanis, maioribus, caeterisque alijs officialibus, ac subditis nostris Lugudorij, et dicti castri de Bonvehi ac aliorum locorum eidem adherentium praesentibus et futuris, quod concessionem, aggregationem, et applicationem nostram hujusmodi firmam habeant, teneant, et perpetuo observent, et contra non veniant, nec aliquem contravenire permittant quavis causa, et si de nostri confidunt gracia vel amore. In cuius rei testimonium, praesentem fieri iussimus nostrae maiestatis sigillo appendicio communitam. Datum in Castro Calleri, duodecima die augusti, anno a nativitate Domini millesimo, trecentesimo, quinquagesimo quinto. – Subscripsit 8: 7.

Signum † Petri Dei gratia Regis Aragonum, Valenciae, Maioricarum, Sardiniae, et Corsicae, Comitisque Barchinonae, Rossilionis, et Ceritaniae.

Testes sunt. Bernardus de Capraria. Gilabertus de Cintillis. Petrus Dominus de Exica. Iohannes eximi d'Urrea. Petrus Maça.

Signum † mei Ioannis Egidij de Castello, dicti Domini Regis scriptoris, qui ad mandatum ipsius Domini haec scripsi et clausi.

Ioannes Egidij ex capi. provi. P.

Bñ d'Cap. cui per Do. r) fuit commissum.

Vidi team Don R) que eam misit sigillo sui annuli sigillatam.

R) in Sardiniae°

Rsta.

CVI

Mariano IV giudice *di Arborea scrive da Oristano a Don Pietro IV re di Aragona, per chiedergli la restituzione di una nave col carico, che Nicolò Abate di Trapani avea predato a Barderio d'Adda di nazione francese, il quale navigava per conto di Filippo Rainaldetto nobile cittadino di Bosa, e con la restituzione il risarcimento dell'ingiuria*.

(1355, 21 ottobre).

Dai Regii Archivi di Barcellona, Armar. VIII. Sardiniae, Num. CCCXC.

Serenissime Princeps.

Ecce quod existente quodam pamphylo Philippi Raynaldetti civis nostri Bose, in portu nostre civitatis Arestanii, honerato grano, caseo, et corallo, quod patronizabat quidam nomine Bartholomeus Barderii de Agdis, dominii scilicet Regis Francorum, quodam lignum armatum nobilis Nicolai Abbatis de Trapano, noctis tempore, cepit dictum pamphylum, ipsumque etiam secum duxit usque ad dictam terram Trapani, de quo hucusque per dictum nobilem, licet super hoc fuerit pluries requisitus, nulla restitutio nullaque satisfactio facta videatur. Ob quod, re vera, est tanto mirandum, quanto inter gentes vestrae Majestatis et nostras esse guerra aliqua non videtur. Quare vestram Celsitudinem affectuose reogamus, quatenus tam ex solita benignitate, quam contemplatione justitiae, quam etiam nostro intuitu, dignemini causa pacis dictum pamphylum cum suo onere restitui mandare, si placet. Nos enim in casu simili per vestratibus sumus dispositi, et parati grata vicissitudine vestro Culmini respondere.

Datum Aurestani die XXI octobris.

Devota, et humili recomendatione praemissa.

Marianus Iudex Arboreae.

CVII

Concessione e provvedimenti di Bernardo de Crudilijs *pel modo di popolare la città di Alghero, con autorizzazione e privilegio relativo al re di Aragona*.

(1356, 9 giugno).

Dagli Archivi antichi della città di Alghero.

Pateat universis, quod Nos Bernardus de Crudilijs consiliarius illustrissimi domini Regis Aragonum, et pro eodem domino Rege, Gubernator Capitis Lugudorij insulae Sardiniae. Attendentes praefatum dominum Regem nobis scripsisse cum carta sua, suoque sigillo sigillata in eius dorso, continentie subsequentis. – Petrus Dei gratia Rex Aragonum, Valenciae, Maioricarum, Sardiniae, et Corsicae, Comesque Barchinonae, Rossilionis, et Ceritaniae. Nobili, et dilecto consiliario nostro Bernardo de Crudilijs, Gubernatori capitis Lugudorij insulae Sardiniae, vel eius locumtenenti, salutem et dilectionem. In nostra constitutus praesentia, nuncius universitatis villae Alguerij exposuit reverenter, quod dicta Universitas reputat se fore oneratam de solvendo duo decima fructuum et expletorum suorum, unum videlicet nobis, et alterum ecclesiae villae Alguerij. Quapropter nobis humiliter supplicavit, ut super hijs provisionis remedium impartiri dignaremur. Nos itaque volentes in hijs, dictae Universitati complacere, taliter super praedictis duximus providendum, quod dicta Universitas, et eius singulares eligant unum de duobus, videlicet si ipsi volunt esse populatos, prout fuerunt populati illi de civitate Sasseri, tempore populationis Sassari, vel si ipsi eligunt facere guaytes turrium dictae villae, obligantes et adstringentes se ad huiusmodi guaytas faciendas, quod in utroque ipsorum casuum, decimam nobis solvere non teneantur. Ideo provisionem nostram huiusmodi, vobis significantes, vobis dicimus, committimus, et mandamus, quatenus provisionem nostram praeinsertam dictae Universitati, et eius singularibus, ex parte nostra exponatis, offerendo eisdem alteram ex provisionibus praelibatis. Et si alteram ex dictis provisionibus acceptaverint, illam, auctoritate et ex parte nostra eis cum instrumento publico concedatis, perpetuis temporibus valituram, et duraturam, ipsis tamen se obligantibus ad tenendum et observandum effectualiter quicquid facere tenentur vigore illius provisionis, quam ex praedictis duxerint acceptandam. Quoniam nos, et tunc pro nunc, et ex nunc pro tunc eandem provisionem per ipsos ex praedictis duabus acceptandam ratam, gratam, et firmam perpetuo habemus, et habebimus, nullo unquam tempore revocaturam. In casu autem, quod alteram ex dictis provisionibus dicta Universitas et eius singulares recusaverint acceptare, volumus quod dictum decimum nobis solvere teneantur, transactis tribus annis proxime venturis, infra quos tres annos dictum decimum nobis solvere non sint astricti. Nos enim vobis super praedictis omnibus committimus plenarie vices nostras cum praesenti. Datum Perpiniani, quintadecima die januarii, anno a nativitate Domini millesimo, trecentesimo, quinquagesimo sexto.

Exa. R).

Pensantes etiam qualiter nos super vobis Consiliarijs et Universitati villae Alguerij, et singularibus eiusdem in consilio generali in ecclesia Beatae Mariae dictae villae, die et anno

subscriptis celebrato lecta in eodem consilio et exposita dicta littera ex parte Regia, provisionem praemissam duximus exponendam; offerentes vobis, et dictae Universitati, et singularibus ipsius alteram ex provisionibus praelibatis. Veraciter etiam cogitantes vos dictos Consiliarios, dictamque Universitatem, et eius singulares elegisse vos, et ipsam Universitatem, ac ipsos singulares velle esse populatos, prout fuerunt populati illi de civitate Sasseri tem. Populationis ipsius civitatis in dicto consilio, et etiam acceptasse, et hanc populationem gratuito et ex certa scientia petisse, nobisque humiliter supplicasse, ut provisionem huiusmodi per jam dictum dominum Regem factam, et per vos, et dictam Universitatem, ut praedicitur acceptatam, cum instrumento publico, auctoritate Regia concedere dignaremur, iuxta traditam nobis formam. Affectantes igitur obtemperare dicto mandato Regio, cum reverentia, ut tenemur, praesenti carta nostra perpetuis temporibus valitura, et etiam duratura, auctoritate Regia, et vigore dictae commissionis inde nobis factae, praedictam provisionem Regiam per vos, et dictam Universitatem acceptatam, ut praemittitur, et electam vobis Consiliarijs dictae villae, et universis, et singulis habitatoribus dictae villae, et omnibus hijs, qui in eadem villa populaverint in futurum, et successoribus vestris per saecula cuncta, concedimus, conferimus, et donamus, vobis tamen facientibus, tenentibus, complentibus, et observantibus praefato domino Regi, et successoribus suis, in Sardinie Regno, quicquid cives et habitatores Sasseri, ac populati in ea, eidem domini Regi, vigore eorum hereditatum, tempore populationis civitatis ipsius facere, complere, et observare modo quolibet tenebantur. Nos enim auctoritate Regia, et dictae nostrae commissionis, praefato domino Regi, et eius dictis successoribus retinemus ex certa scientia, et ex pacto, in haereditatibus, et bonis sedentibus, ac possessionibus vestris, et quorumcumque populatorum dictae villae, praesentium et futurorum, omnia pacta, conditiones, et retentiones, ac etiam iura, que per illustrissimum dominum Alfonsum Serenissimae recordationis Regem Aragonum, seu eius reformatores tempore populationis dicte civitatis Sasseri, in instrumentis donationum hereditatuum seu bonorum eorum retentae fuerunt, ac etiam positae et adiectae. Et sub ipsis conditionibus, pactis, retentionibus, et iuribus praesentem concessionem, et donationem vobis, et non aliter ducimus concedendam, ac etiam conferendam. Mandantes cum praesenti carta vostra notario qui de donacionibus hereditatuum, seu bonorum cedentium dictae villae, vobis dictis populatoribus, vel alicui vestrum, instrumentum, vel instrumenta facturus est, quatenus in ipsis instrumentis donationum vestrarum, omnes retentiones, pacta, conditiones, et iura Regia, prout in instrumentis, sive cartis donationum populatorum civitatis Sasseri, tempore populationis ipsius fuerunt positae et adiectae, adijciat atque ponat, et sub illis conditionibus, et retentionibus vobis et ipsis haereditatibus, et successoribus vestris, et eorum praesentibus et futuris, ipsa instrumenta donationum, haereditatuum vestrarum, et ipsorum, conficiat atque tradat. Mandamus insuper locumtenenti nostro, administratori, seu administratoribus, vicarijs, baiulis, caeterisque officialibus Regiis in dicto capite Lugudorij constitutis, qui nunc sunt, vel pro tempore fuerint, quatenus praesentem cartam nostram iuxta sui seriem, vobis universis, et singulis populatoribus dictae villae, praesentibus et futuris, firmam habeant et teneant, atque ratam, et eandem vobis et eisdem observent, et servari faciant per quoscumque, et non contraveniant, nec aliquem contravenire permittant aliqua ratione. In cuius rei testimonium, praesentem cartam nostram, sigillo dicti nostri officii appenditio roboratam, vobis fieri iussimus atque tradi. Datum in villa Alguerij, nona die mensis iunij, anno a nativitate Domini millesimo, trecentesimo quinquagesimo sexto. Vidit etc.

Testes huius rei sunt, venerabiles Petrus Veguerij, administrator reddituum, et iurium Lugudorij regiorum, Bartholomeus de Podio, et Bernardus Piquerij, habitatores villae Alguerij.

Signum † mei Gulielmi de Vilar de Bono, auctoritate Regia notarii publici regni Sardiniae, et Corsicae, regentisque scribaniam gubernationis praemissae, qui de mandato dicti domini Gubernatoris praedictis interfui, et haec scribi feci, et clausi, cum litteris rasis, et emendatis in secunda linea, ubi scribitur. In eius dorso.

CVIII

Don Pietro IV. re di Aragona scrive da Saragozza a Mariano IV. giudice *di Arborea in Sardegna, chiedendogli sussidio di frumento, e d'orzo per le truppe che si congregavano in Valenza per la guerra contro il re di Castiglia*.

(1357, 7 febbraio).

Dai Regij Archivi di Barcellona, Registr. Sardiniae, ab. ann. MCCCLV. ad ann. MCCCLVII. fol. CIIII. e seg.

Petrus, Dei gratia, rex Aragonum, Valentiae, Maioricarum, Sardiniae, et Corsicae, comesque Barchinonae, Rossilionis, et Ceritaniae, egregio, et dilecto viro Mariano Iudici Arboreae, comiti Gociani, vicecomitique de Basso, salutem et dilectionem.

Nobilitatem vestram credimus non latere, qualiter, inimico hominis satagente, inter nos, et regem Castellae, ipsius regis culpa, ut novis Deus, guerrarum discrimina sunt exorta. Sane cum omnino expediat, quod in civitate Valentiae, in qua dictae guerrae ratione, tam equitum, quam peditum pluries congregatur maxima comitiva, reperiatur victualium multitudo; idcirco nobilitatem vestram, quam ad nostram, nostrorumque fidelium utilitatem non ambigimus anelare, rogamus attente, quatenus in huiusmodi guerrae necessitatis articulo velitis, et placeat universis, et singulis civibus, et habitatoribus dictae civitatis, vobis iuratorum civitatis ipsius super hiis litteram testimonialem deferentibus, extrahendi a terra vestra frumentum, et ordeum, deferenda ad civitatem eamdem, liberalem licentiam elargiri. Sciturus, quod hoc valde gratum nostris occurreret effectibus, et quam plurimum *regraciabimur* (sic) illud vobis. Datum Cesaraugustae septima die februarii, anno a nativitate Domini millesimo, tercentesimo, quinquagesimo septimo. – Visa, Romens.

M. Petri Peregrini, ex ea provisa mihi traditis per Mathaeum Adriani, consiliarium, et prothonotarium.

CIX

Il Re Don Pietro di Aragona affranca per un decennio gli abitanti d'Alghero dal mezzo fiorino di censo, che pagavano al tesoro regio per ogni centinaio di lire.

(1357, 14 luglio).

Dagli Archivi antichi della Città di Alghero.

Nos Petrus Dei gratia rex Aragonum, Valenciae Maioricarum, Sardiniae, et Corsicae, comesque Barchinonae, Rossilionis et Ceritaniae. Ad supplicationem proborum hominum loci de Alguerio propterea nobis factam, et ut dictus locus melius valeat populari, tenore praesentis concedimus ipsis probis hominibus quod hinc a decem annos a datum praesentis in antea continue numerandos, non teneantur nobis dare, vel solvere illum medium florenum q°s pro stimis haereditatum quantitatum centum librarum nobis solvere sunt astricti. Mandantes gubernatori nostro capitis Lugudorij caeterisque officialibus nostris praesentibus et futuris, quatenus praedictam nostram concessionem observent, et faciant ab omnibus observari, et in exactione praedicti medij floreni a populatoribus, vel haereditatis dicti loci, in aliquo non procedant, per tempus superius expressatum. In cuius rei testimonium praesentem fieri iussimus nostro sigillo pendenti munitam. Datum Caesaraugustae decimaquarta die julij, anno a nativitate Domini millesimo, trecentesimo, quinquagesimo septimo, nostrique regno vigesimo secundo. – Visa R.

CX

Guidatico del re Don Pietro di Aragona per coloro che andranno a popolare la Città di Alghero.

(1357, 17 novembre).

Dagli Archivi antichi della Città di Alghero.

Petrus Dei gratia rex Aragonum, Valenciae, Maioricarum, Sardiniae, et Corsicae, comesque Barchinonae, Rossilionis et Ceritaniae. Nobilibus, dilectis, et fidelibus suis procuratoribus, gubernatoribus, justitiis, vicarijs, baiulis, caeterisque officialibus nostris, vel eorum locatentibus, ad quos praesentes pervenerint, salutem et dilectionem. Significamus vobis, et cuilibet vestrum, quod nos ob favorem civitatis Sasseri, et villae Alguerij, insulae Sardiniae, in quibus non abundat, imo deficit, ut decet, gentium multitudo, tenore praesentis, guidamus, et assecuramus, omnes et singulos qui se transfretaverint ad dictas civitatem et villam Alguerij, causa fovendi eorum domicilium in eisdem, ab omnibus et singulis criminibus et excessibus, per ipsos, et quemlibet ipsorum commissis ubicumque. Nec non elongamus eosdem, et fidejussores pro, et cum eis obligatos, et bona eorundem, penis et usuris cessantibus quibusque a solutione quorumque debitorum quae debeant christianis et iudaeis, censualibus, violarijs, et veris commandis dumtaxat exceptis. Excipimus tamen ab huiusmodi guidatico, proditores, bausatores, fabricatores falsae monetae, violatores itinerum, sodomitas, latrones, et crimen lesae maiestatis committentes. Quodquidem guidaticum, et elongamentum nostra durare volumus per duos dies postquam pro transfretando ad insulam supradictam, civitates, villas, vel alia loca nostra ingressi fuerint, et de facto nostris officialibus securitatem praestaverint, infra biduum de transfretando se in aliquibus navibus, lembis, aut aliis vasis marinis ad insulam memoratam, et ex tunc per quinque annos in antea continue numerandos, dum tamen in dictis civitate et villa, ex quo se recollexerint, et ad dictam insula appulerint residentiam continuam fecerint personalem. Quare vobis et unicuique vestrum dicimus, et mandamus, quatenus guidaticum, et assecuramentum, et elongamentum nostra huiusmodi firma habeatis et observetis, et faciatis ab aliis inviolabiliter observari, et non contraveniatis, nec aliquem contravenire permittatis, aliqua ratione, si de nostri confiditis gratia vel amore. Praecaventes attentius ne occasione cuiuscumque criminis, excessus, vel delicti, supradictos ad dictam transfretari se volentes, et assecurantes, seu aliquem ipsorum nullatenens impediatis seu molestetetis, nec pro debitis seu alijs obligationibus quibusvis superius declaratis dumtaxat exceptis eosdem ullatenus impediatis seu molestetis, nec ad captionem personarum, seu ipsorum bonorum occupationem, aut impeditionem aliquatenus procedatis; quinimo ipsos praedictis non obstantibus, permittatis ad dictam insulam pertransire. Cum nos in favorem ipsarum civitatis et villae, ad hoc, ut ab inimicis nostris melius, et utilius defendere se valeant, et tueri, sic duximus providendum. Datum Turolij, septima decima die novembris, anno a nativitate Domini millesimo, trecentesimo, quinquagesimo septimo.

P. Canc. Rstra.

CXI

Franchigia accordata agli Algheresi aventi balestra, e cento dardi.

(1358, 10 maggio).

Dagli Archivij antichi della Città di Alghero.

Nos Petrus Dei gratia rex Aragonum, Valenciae, Maioricarum, Sardiniae, et Corsicae, comesque Barchinonae, Rossilionis et Ceritaniae. Volentes dare materiam, et causam incolis villae Alguerii, tenendi balistas, et utendi ac sagitandi, cum eisdem, tenore praesentis licentiam, et plenariam facultatem extrahendi a dicta villa, seu ab alia parte insulae Sardiniae viginti quinque raseria frumenti ad mensuram dictae villae et deferendi eadem ad quascumque partes voluerint, inimicorum tamen partibus inde exceptis omnibus et singulis dictas balistas, et centum viratones tenentibus, et ex eis sagittantibus, et cuiulibet eorundem absque jur tretae, et alterius cujuscumque pecunie exactione, dum tamen sex jactus cuntis diebus Dominicis anni continue faciant cum eisdem, ex certa scientia quamdiu nobis placuerit elargimur. Mandantes per hanc eamdem gubernatori, et administratori Lugudorij vicario, et duanerio dictae villae, aliisque officialibus nostris vel eorum locatenentibus, praesentibus et futuris, quatenus licentiam et gratiam nostras hujusmodi firmas habeant, et tenentibus dictas balistas observent, et faciant ab aliis inviolabiliter observari, et non contraveniant, seu aliquem contravenire permittent aliqua ratione. In cuius rei testimonium praesentem fieri, et sigillo nostro iussimus communiri.

Datum Gerundae decima die madii anno a nativitate Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo octavo:,

Visa Rō.

CXII

Pietro re di Aragona conferisce ampli poteri a Francesco de Perilionibus *(di Pierleoni), e lo costituisce suo procuratore, affinché d'accordo col procuratore, ed inviato della repubblica di Genova faccia compromesso nella persona, o persone, ch'entrambi consentiranno di scegliere per la decisione delle questioni, e per la cessazione della guerra esistente tra lo stesso sovrano, e la suddetta repubblica*.

(1358 (1), 25 dicembre).

Dai Regj Archivi di Corte di Torino, Documenti Genovesi, Serie 1.ª, Num. IX.

In nomine Sancte et individue Trinitatis patris, filii, et Spiritus Sancti. Amen.

Hoc est exemplum instrumenti procure facte per Dominum regem Aragonum Valentie Maioricarum etc. domino Francisco de Pilionibus militi ad faciendum compromissum ocassione guerarum vigentium inter ipsum dominum regem ex parte una, et dominum ducem et comune Ianue ex altera.

Noverint universi quod nos Petrus Dei gratia rex Aragonum Valencie Maioricarum Sardinie et Corsice comesque Barchilonie Rossilionis et Ceritanie scienter et consulte constitutum et ordinatum procuratorem nostrum certum et specialem vos dilectum consiliarium et camerlengum nostrum Franciscum de *Pilionibus* (2) militem presentem ad firmandum pro nobis et nomine nostro treuguas in vel super gueram (*corroso*…) parte una et ducem ac comune januense ex altera ad illud tempus et sub eis securitatibus et cautelis de quibus vos et procuratores seu ambaxatores dictorum ducis et comunis poteritis convenire, nec non ad ponendum su (*corroso*…) omnes contrastus omnesque questiones sive controversias qui vel que sunt aut esse possunt vel debent inter dictas gentes nostras et dictos ducem (*corroso*…) singulare (*corr*.) omnibus (*corroso*…) personarum, de quibus vos et dicta pars seu ambaxiatores predicti conveneritis quoquomodo sub illis pactis et promissionibus (*corroso*…) quas vos et iam dicta pars seu ambaxatores (*corr*...) duxeritis eligendas. Ita tamen quod dicte persona sive persone in cuius vel quarum manu seu posse predicta possueritis sive misseritis (*corroso*…) multum (*corroso*…) decidant atque determinent prout noverint faciendum, quique capti tam in posse nostro et ducis ac comunis januensis predictorum a captoribus sive carceribus quibus detinentur presentem et ante omnia totaliter (*corroso*…) comitentes vobis de (*corroso*…) nostro super premissis et aliis circha ea necessariis vel oportunis liberam et generalem… stratorem cum plenissima facultate – Et promitimus vobis (*corroso*…) quatuor evangelia corporaliter per nos tacta in posse scriptoris nostri et notarii subscripti tamquam publice persone habita nobis et vobis et omnibus illis (*corroso*…) vel interesse poterit, legipt… (*corroso*…) judicatum solvi cum suis clausulis universis, Et nos semper habere gratum et firmum quidquid per vos in vel super (*corr*...) actum factum seu firmatum, et nullo tempore (*corr*...) sub (*corr*...) ypotheca in quorum testimonium presens publicum instrumentum sigillo maiestatis nostre in pendenti munitum vobis fieri iussimus, atque tradi quod fuit actum in loco de Almunia XXV.ª die decembris anno a nativitate Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo nono.

Segnum Petri Dei gratia regis Aragonum Valencie Maioricarum Sardinie et Corsice comitisque Barchilonie Rossilionis et Ceritanie qui predicta concedimus et firmamus Atque

Iuramus. Rex P.s.

Testes inde sunt nobilis Bernardus de Capriaria, et Matheus Mercerii camerlengus consiliarius dicti domini regis.

Sci…gnum mei Bernardi de Bonastre dicti domini regis scriptoris secretarii, eiusque autem notarii publici per totam terram et dominationem suam, qui premissis interfui et hoc scribi feci cum raso et emendato in linea XIIII. ubi corigitur maiestatis nostre in pendenti munitum ubi et clausi.

NOTE

(1) Abbiamo notato l'anno 1358, a vece del 1359, che si legge alla fine del presente documento, perché evidentemente il medesimo appartiene al primo di detti due anni. Infatti nella Carta del 9 aprile 1359. Num. CXIV., e nell'altra del 3 agosto 1359. Num. CXVIII, che riportiamo più sotto, si fa espressa menzione di quest'atto di procura del 25 dicembre 1359 in capo a Francesco *de Perilionibus*, come di cosa già poco innanzi fatta, e succeduta. Ora, siccome nel 9 aprile, e nel 3 agosto 1359 il 25 dicembre di tale anno non era ancora venuto, ma dovea venire, ne consegue necessariamente, che la data di detto atto di procura è precisamente il 25 dicembre 1358. – Quindi, o si deve dire, che l'anno 1359 fu notato per errore nella copia del documento, ovvero che non siavi errore, ma vi sia stato notato, perché in quel tempo in alcuni luoghi del regno di Aragona si usasse computare gli anni dal Natale, ossia dal 25 dicembre.

(2) *Pilionibus*, abbreviatura di *Perilionibus*, come si legge in tutti i documenti che seguono appresso.

CXIII

Simone Boccanegra Doge di Genova costituisce suo procuratore Rinaldo di Montaldo all'oggetto di compromettere sulle questioni della repubblica Genovese col re di Aragona, e di comparire intanto alla presenza di Giovanni marchese di Monferrato, per concertarsi cogli ambasciatori del sovrano aragonese sulla restituzione dei prigionieri, e sulla rifazione dei danni fatti e cagionati in occasione, e per causa di guerra, con facoltà eziandio di devenire ad atti di tregua, e di pace.

(1359, 22 marzo).

Dai Regj Archivj di Corte di Torino, Documenti. Genov. Serie 1.ª, Num. X.

Hoc est exemplum instrumenti sindicatus domini Leonardi de Montaldo jurisperiti sibi concessi et facti per dominum ducem ancianos et officiales guere civitatis Ianue pro dicto compromisso fiendo.

In nomine Domini amen. Magnifficus et excelsus dominus dominus Symon Buccanigra Dei gratia dux januensium et populi defensor in presentia consensu et voluntate infrascriptorum ancianorum seu conscilii et officialium (*corroso*…) guerre nec non ipsi anciani et officiales guerre autoritate et decreto dicti domini ducis et quorum ancianorum, qui presentibus interfuerunt nomina sunt hec Manuel de Casina prior Iacobus Carpanetus dominus Petrus de (*corroso*…) Iacobus de Francischis Iacobus de Ulmo, Nicholaus Salicetus, Lanfranchus Drizacorni, Nicolaus Oddonis Anthonius de Compagnono. Raphael Thome – Officialium vero guerre hec: Georgius Capellus prior (*corr*…) Nazalotus de Castro, Bartholomeus Rubeus Anthonius de Struppa. Confidentes de legalitate et prudencia discreti et sapientis viri domini Leonardi de Montaldo jurisperiti (*corr*…) presentis et presens mandatum in se sponte suscipientis. Nomine et vice comunis Ianue, et universorum januensium et qui pro januensibus in quacumque mondi parte se tractant et reputant, nec non nomine et vice quarumcumque civitatum terrarum et locorum ipsi comuni Ianue in quacumque mondi parte suppositorum seu etiam convencionatorum cum ipso comune nec non etiam quorumcumque comitum marchionum baronum (*corr*…) dominorum feudatariorum vassallorum seu etiam conventionatorum ipsius comunis seu cum ipso comuni ac quorumcumque valitorum coadiutorum adherentium et sequacium ipsius comunis – Eumdem dominum Leonardum fecerunt constituerunt et (*corroso*…) ordinaverunt sindicum actorem procuratorem ambaxiatorem et nuncium specialem et prout melius et abilius fieri poterit eumdem loco ipsius comunis et omnium superius expressorum possuerunt et esse voluerunt ad se conferendum et presentandum coram illustri principe et magniffico domino domino Iohanne Dei gratia marchione Montisferrati ac imperiali vicario ac quibuscumque comissariis, et auditoribus eiusdem, et cum dicto domino marchione et coram eo, cum ambaxadore seu ambaxatoribus illustris dominis regis Aragonum seu aliis quibuscumque personis ab eo potestatem habentibus tractandum, conveniendum ac firmandum et inhiendum cambia de omnibus et singulis januensibus nec non de terris locis et dominiis superius expressatis, et aliis quibuscumque sequacibus adherentibus et valitoribus comunis Ianue detemptis seu carceratis in quibuscumque mondi partibus in virtute seu potestate prefati domini regis Aragonum, seu etiam quarumcumque civitatum comunitatum seu universitatum baronum

seu dominorum seu etiam quarumcumque singularium personarum sui regni, sive eidem quomodocumque mediate vel immediate supposite vel suppositorum seu eidem quomodocumque faventium vel etiam adherentium pro omnibus et singulis catalanis seu subditis vel districtualibus prefati domini regis seu etiam de quibuscumque terris locis seu dominiis ipsi domino regi suppositis seu etiam eidem complicibus valitoribus adherentibus et sequacibus in guerra vigenti inter ipsum dominum regem et gentes ipsius et comune Ianue sub illis pactis modis formis et tepnoribus de quibus ipsi sindico et procuratori videbitur expedire. Ac etiam ad tractandum inhiendum componendum et firmandum treuguam pacem et federa quecumque cum quibuscumque regibus, principibus baronibus civitatibus comunitatibus seu universitatibus seu dominiis quibuscumque quocumque nomine censeatur et cuiuscumque generis conditionis et proheminentie sint, cum quibus comune Ianue ad presens habet vel in futurum haberet guerram disensionem odium rancorem seu malam voluntatem quamcumque – Nec non ad se conveniendum transigendum componendum et paciscendum de et super quibuscumque dapnis cedibus vulneribus robariis incendiis predistis violenciis et aliis iniuriis quibuscumque et cuiuscumque generis illatis hinc inde nec non ad ipsa dapna cedes vulnera predas rapinas et alia quecumque dapna iniurias et violencias ut supra remitendum et quietandum ac quietationem et remissionem nomine ipsius nomine ipsius comunis Ianue et omnium et singulorum predictorum recipiendam sub omnibus et singulis modis stipulationibus cautelis et formis de quibus eidem sindico et ambaxatori videbitur et placuerit. Ac etiam de ipsis, et super ipsis omnibus gueris questionibus dapnis cedibus predistis, robariis iniuriis odiis rancoribus et aliis iniuriis quibuscumque inter ipsum comune Ianue et omnes et singulos supradictos pro parte dicti comunis Ianue superius expressatos Et quemcumque regem baronem dominos comunitates universitates civitates seu loca vigentibus seu vertentibus ac aliis omnibus et singulis supradictos compromitendum et compromissum generale faciendum in quacumque persona ipsi nuncio et ambaxatori placuerit seu videbitur expedire cum omni potestate et baylia, et sub quibuscumque modis et formis tepnoribus penis promissionibus stipulationibus et cautelis que ipsi nuncio seu ambaxatori placuerint seu expedire videbuntur, et proinde et ocasione supradictos ipsum comune Ianue et bona ipsi obligandum ac etiam ipsa omnia et singula corporalibus juramentis nomine ipsius comunis firmandum et vallandum dantes et concedentes eidem sindico actori ambaxatori procuratori et nuncio speciali in predictis omnibus et singulis ac aliis quibuscumque dependentibus choerentibus emergentibus seu connexis predictis seu predictorum alicui plenam largam et liberam potestatem cum pleno libero et generali mandato et administratione bonorum comunis Ianue promittentes et iurantes corporaliter tactis scripturis ad sancta Dei evangelia mihi notario et canzellario infrascripto tamquam persone publice officio publico stipulanti et recipienti nomine et vice omnium et singularum personarum quarum interest intererit et in futurum poterit interesse se perpetuo habituros ratum gratum et firmum omne id et quidquid per ipsum sindicum nuncium seu procuratorem actum gestum tractatum firmatum seu procuratum fuerit in predictis et quolibet predictorum et contra ipsa nec ipsorum aliquod se perpetuo non facturos vel venturos aliqua occasione vel causa que dici vel excogitari possit, et sub ypotheca et obligatione omnium bonorum ipsius comunis habitorum et habendorum – Et duret presens sindicatus et baylia usque ad menses duos proxime venturos. Actum Ianue in terratia palacii ducalis ubi conscilia celebrantur anno Dominice nativitatis millesimo tercentesimo quinquagesimo nono indictione undecima secundum cursum Ianue die vigesima secunda marcij inter terciam et nonam presentibus testibus ad hec vocatis et rogatis Lorino Morbiolo, Paulo Hosbergerio Iohanne Cantanio

Lane Dominico de Rapallo notario. Conrado de Corvaria et Conrado de Mazurro notario et cancellario dicti domini ducis et comunis Ianue.

Ego Georgius Oddoardi de Clavaro imperiali auctoritate notarius et cancellarius magniffici domini ducis et comunis Ianue suprascriptis omnibus et singulis interfui rogatus scripsi et meum signum apposui consuetum.

CXIV

Li suddetti procuratori del re di Aragona, e del Doge di Genova fanno compromesso per la definizione delle loro questioni, quelle comprese che riguardano la Sardegna, ed eleggono arbitro il marchese Giovanni di Monferrato.

(1359, 9 aprile).

Dai Regj Archivj di Corte di Torino, Documenti Genovesi, Serie 1.ª, Num. XI.

In nomine Domini amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo tercentesimo quinquagesimo nono indictione duodecima die nono mensis aprilis actum in civitate Astensi in palacio sive domo habitationis illustris Principis et magniffici domini, domini Iohannis marchionis Montisferrati imperialis vicarii etc. – Presente illustrissima domina, domina Elisabeth infantissa Maioricarum, et consorte prefati domini marchionis, ac presentibus testibus ad hec vocatis et rogatis reverendo in Christo patre, domino fratre Egidio Dei et Apostolice sedis gratia episcopo vicentino et comite, domino Francisco de Summo legum doctore, vicario dicti domini marchionis, Petro de Carrega de Villa Acrimontis, diocesis urgellensis regni Aragonae, et Georgio Oddoardi de Clavaro cive ianuense notario et cancellario domini ducis et comunis Ianue. Quorum presentia nobilis dominus Francischus de Perilionibus miles consiliarius et camerlengus, ac procurator certus et specialis, et procuratorio nomine serenissimi principis et domini, domini Petri Dei gratia regis Aragonum, Valencie, Maioricarum etc. prout de eius procuratione, baylia, et auctoritate sibi super infrascriptis a prefato domino rege concessis et tam specialiter quam generaliter attributis constat publico instrumento condito et confecto, ac roborato signo et juramento domini regis predicti sub signo et nomine Bernardi de Bonastre prefati domini regis scriptoris secretarii eiusque autoritate notarii pubblici sub anno Domini millesimo tercentesimo quinquagesimo nono XXV.ª die decembris ex una et pro una parte, et quod quidem instrumentum procure dicti domini Francisci de Perilionibus munitum et roboratum eatenus bulle sive sigillo pendenti prefati domini regis, que quidem bulla, sive sigillum sculpita erant et sunt in cera rubea, et in una parte forme dicte bulle sive sigilli cere rubee sculpitus erat et est equus cum persona regali super eo tenens cimerium in capite, ensem in manu dextera, et clipeum in sinistra, et circha formam dicte bulle hec verba, *Petrus Dei gratia Rex Aragonensis, Valencie Maioricarum Sardinie et Corsice, comesque Barchilonie, Rosilionis et Ceritanie*. In alia vero parte dicte bulle sculpita erat sive formata ymago regalis, tenens in capite coronam regalem in manu dextera sceptrum, sive virgam regalem, in sinistra pomum cum cruce duplici, sedens super regali solio, et tenens sub quolibet pede formam duorum leonum. In circuitu vero dicte bulle: et in ista parte scripta erant hec verba: *diligite justiciam qui judicatis terram, et oculi vestri videant equitatem*. Et circumspectus vir dominus Leonardus de Montaldo jurisperitus civis januensis sindicus, actor, procurator, ambaxator, et nuncius specialis magniffici et excelsi domini, domini Symonis Bucanigre Dei gratia ducis ianuensis et populi defensoris specialiter et solepniter constitutus ad infrascripta omnia et singula peragenda per ipsum dominum ducem in presencia consensu et voluntate infrascriptorum ancianorum seu consilii et officialium officii guerre, nec non per ipsos ancianos, et officiales guerre autoritate et decreto dicti domini ducis, et quorum ancianorum qui ad hec interfuere, nomina sunt hec: Manuel de Casina prior, Iacobus Carpanetus, dominus Petrus

de Casteliono jurisperitus, Iacobus de Francischis, Iacobus de Ulmo, Nicolaus Salicetus, Lanfranchus Drizacorne, Nicolaus Oddonis, Antonius de Compagnono Raphael Thome, officialium vero guerre nomina hec sunt: Georgius Capellus prior, Lanzalotus de Castro, Bartholomeus Rubeus, Anthonius de Struppa. Sindacario, procuratorio, actorio, et ambaxatorio nomine prefatorum dominorum ducis ancianorum et officialium guerre et nomine et vice comunis Ianue, et pro ipso comuni ac omnium et singulorum januensium, et qui pro januensibus in quacumque mundi parte se tractant et reputant, nec non nomine et vice quarumcumque civitatum terrarum et locorum ipsi comuni Ianue in quacumque mondi parte suppositorum seu conventionatorum cum ipso comuni nec non etiam quorumcumque comitum marchionum baronum seu etiam dominorum feudatariorum vassallorum seu etiam convencionatorum ipsius comunis seu cum ipso comuni, ac quorumcumque valitorum coadiutorum adherentium et sequacium ipsius comunis. De cuius domini Leonardi sindicatu procuratorio, potestate et baylia per prefatum dominum ducem in presentia consensu et voluntate dictorum dominorum ancianorum seu conscilii, et officialium officii guerre, nec non per prefatos ancianos et officiales guerre autoritate et decreto dicti domini ducis factis concessis datis et tam specialiter quam generaliter atque universaliter, eidem domino Leonardo sindico et procuratori predicto, constat publico instrumento recepto abreviato et in publicam formam redacto per Georgium Oddoardi de Clavaro imperiali autoritate notarium et cancellarium prefati magniffici domini ducis et comunis Ianue sub hoc eodem anno indictione undecima secundum cursum Ianue die vigessima secunda marcii inter terciam et nonam ex parte altera. Considerantes procuratoriis actoriis et sindicariis nominibus antedictis, guerarum vigencium, et que tam diu inter dictas partes viguerunt detestanda pericula, et abhorrendas ipsarum guerrarum operationes et actus, quorum et quarum occasione ulterius sequi possent captivitates, cedes, incendia, adulteria, furta, rapine et alia inopinata pericula, et scandala infinita que si procederent impossibilia forent aliquam humanorum operationem deleri, cupientesque secuta scandala, dapna et oprobria dignis compensationibus, operibus, et actibus abolere, futuraque Christo primo evitare, ipsi dominus Franciscus de Perilionibus et dominus Leonardus de Montaldo predicti sindicariis, actoriis, procuratoriis, et ambaxatoriis nominibus quibus supra ex certa eorum et cuiuslibet eorum scientia nulloque errore dolo fraude vi vel metu ducti sed sponte et consulto, ex vigore et auctoritate baylarum auctoritatum et potestatum eisdem et cuilibet ipsorum ut dictum est superius concessarum, et omni jure, modo, et forma quibus melius potuerint. Compromisserunt et compromissum fecerunt in illustrem et magnifficum principem dominum Iohannem marchionem Montisferrati imperialem vicarium supradictum ibidem presentem et ipsum compromissum sponte suscipientem tamquam in ipsarum, et cuilibet earum parcium arbitrum arbitratorem, arbitramentatorem amicabilem compositorem et comunem amicum per ipsos jam dictos sindicos et procuratores etc. electum et assumptum de omnibus et singulis guerris discordiis rancuris invasionibus occupationibus captionibus incendiis dapnis magnis sive minimis causis sive questionibus quibuscumque cuiuscumque conditionis existant et quocumque nomine censeantur inter ipsas partes motis vel ortis seu vertentibus, et que movi oriri seu verti possent quovis modo de iure vel de facto et de omni et toto eo ac omnibus et singulis que una pars ab altera aut altera ab altera petere exigere vel requirere posset verbo vel facto de jure vel de facto seu alio quovis modo. Tali modo et forma factum est dictum compromissum in prefatum illustrem principem dominum Iohannem marchionem predictum quod ipse possit et valeat dicere sententiare pronunciare arbitrari arbitramentari precipere diffinire adiudicare absolvere condepnare et amicabiliter tam super pace indicenda et firmanda et treguis indicendis et firmandis quam etiam super

quibuscumque causis cassibus et articulis tam supranominatis quam non nominatis componere, cum omnibus obligationibus tam realibus quam personalibus et mixtis fiendis per dictas partes pro observacione pacis pronunciande per prefatum dominum arbitrum que obligationes prestentur tam in presentia domini pape quam etiam in manibus prefati domini marchionis sicut ipsas obligationes tam coniunctim quam divisim prefatus dominus marchio duxerit ordinandas, ac de quibuscumque civitatibus terris locis bonis et rebus quibuscumque suppositis vel existentibus sub dominio seu ad obedientiam dicti domini regis seu dicte civitatis Ianue seu civium vassallorum vel subditorum ipsorum dominorum regis, ducis, et comunis Ianue, tam in Sardinia et Corsica quam in quacumque alia mondi parte, dare tradere donare tribuere adiudicare ipsis partibus et cuilibet seu alteri earum, et quibuscumque, seu cuicumque subdito vel subditis ipsarum parcium et cuiuslibet seu alterius earum prout et sicut ipsi domino marchioni arbitro, et arbitratori etc. placuerit et voluerit ad eius liberam voluntatem, de jure tantum, de concordia tunc et de jure et de concordia alte et basse prout ei placebit omnibus diebus feriatis et non feriatis petitione sine libello oblato et non oblato, lite contestata et non contestata, juribus parcium vissis, et non vissis, citatis partibus et non citatis, una citata et altera non citata, presentibus partibus et absentibus, una parte et altera absente, sedendo et stando, in scriptis et sine scriptis, juris ordine servato et non servato, ad ipsius domini marchionis meram absolutam et liberam voluntatem. Dantes et concedentes dicti sindici et procuratores et quilibet eorum sindicariis et procuratoriis nominibus quibus supra dicto domino marchioni arbitro et arbitratori etc. plenam liberam et generalem bayliam, et plenum liberum et generale arbitrium, ac speciale si et ubi speciale requireretur vel opus esset in predictis et circha predicta et quodlibet predictorum, et ab eis et quolibet eorum dependentibus emergentibus et connexis promitentes dictus dominus Franciscus de Perilionibus procuratorio nomine quo supra pro una parte et dictus dominus Leonardus sindicario et procuratorio nomine quorum supra pro alia parte sibi ad invicem silicet una pars alteri et altera alteri, Et mihi Stibioto Stibio notario infrascripto tamquam publice persone stipulanti et recipienti nomine et vice omnium et singulorum quorum interest intererit, seu interesse poterit et posset quovis modo, perpetuo habere tenere grata rata et firma, ac atendere et observare et effectualiter omni causa excusatione ot exceptione tam juris quam facti remota penitus adimplere omnia et singula que dicentur sentenciabuntur pronunciabuntur adiudicabuntur arbitrabuntur precipientur diffinientur absolventur condempnabuntur dabuntur tradentur donabuntur vel amicabiliter componentur inter dictas partes vel aliquas alias personas quas predicta vel aliquod predictorum possent tangere quovis modo, et nullo tempore contrafacere vel venire aliqua ratione vel causa de jure vel de facto si etiam de jure convenire possent vel posset. Hoc acto specialiter et expresse inter dictas partes silicet inter dictum dominum Franciscum procuratorem et procuratorio nomine dicti domini regis ex una et pro una parte et dictum dominum Leonardum procuratorem et procuratorio ac sindicum et sindicario nominibus supradictis ex altera et pro altera parte, quod predicti dominus rex vel dictus dominus dux, seu comune Ianue aut ipsi sindici et procuratores seu alter eorum seu aliqua alia persona de mondo non petent nec possint petere redduci ad arbitrium boni viri in toto vel in parte ea vel aliquod eorum que dicentur sententiabuntur pronunciabuntur arbitramentabuntur precipientur diffinientur adiudicabuntur absolventur condepnabuntur amicabiliter componentur dabuntur tradentur et donabuntur per dictum dominum arbitrum arbitramentatorem etc. inter dictas partes seu aliquas personas, quas predicta vel aliqua predictorum tangere possent vel ad eas modo aliquo pertinere, et quod sentenciam vel sententias inde ferendam vel ferendas, sive diffinitiva sive interlocutoria vel cuiuscumque

conditionis sit non dicent nullam vel nullas esse, nec ab ea vel ab eis appellabunt vel cognitionem postulabunt, quovis modo, nec dicere vel postulare possint. Et si de facto per dictas partes vel earum alteram recurretur, seu recurri continget, ad arbitrium boni viri quidquid vigore ipsius recursus vel actionis ad hoc sibi competentis consequi possent vel habere, vel etiam exigere illud totum et omnem actionem eidem competentem et competituram ad promissa et spem etiam future actionis de presenti, pars quam de facto recurrere contingerit parti obedienti et obtemperanti, remissit, cessit, et etiam diffinivit quictavit et absolvit. Et donatione pura et simplici inter vivos sibi adinvicem dicte partes compromitentes nominibus quibus supra eo cassu dederunt cesserunt, et remisserunt et etaim quictarunt; sub pena florenorum centum milium boni auri et justi ponderis que pena tociens comittatur et exigi possit cum effectu quociens in predictis vel aliquo predictorum seu in dependentibus vel emergentibus ab eisdem fuerit modo aliquo contrafactum, et pena soluta vel non nichilominus rata et firma maneant et attendi et observari debeant omnia et singula dicta sententiata pronunciata arbitramentata precepta diffinita adiudicata absoluta condepnata data tradita et donata per dictum dominum arbitrum arbitratorem arbitramentatorem etc. que pena solvatur et solvi debeat incontinenti ipso facto sine aliqua exceptione oppositione vel excusatione per partem non observantem, et observare nolentem, cuius pene medietas sit partis observantis et observare volentis, et alia medietas sit dicti domini marchionis arbitri et arbitratoris predicti; Et durat presens compromissum ipsumque durare voluerunt dicte partes silicet dictus dominus Franciscus de Perilionibus procuratorio nomine dicti domini regis pro una parte et dictus dominus Leonardus sindicus et procurator sindicario et procuratorio nomine dictorum dominorum ducis, ancianorum et officialium guerre et comunis Ianue pro alia parte usque ad duos annos proxime venturos; dantes et concedentes eidem domino marchioni arbitro supradicto ibidem presenti et recipienti plenam et liberam potestatem arbitrium et bayliam ipsum compromissum prorogandi semel tantum ad illum terminum qui ei videbitur et placuerit et quem voluerit, ac etiam declarandi corrigendi et interpretandi semel et pluries prout ei videbitur et quumcumque voluerit, omnia et singula, et omne id quod et que fuerint per eum dicta sententiata pronunciata arbitramentata precepta diffinita adiudicata absoluta condepnata data tradita donata seu amicabiliter composita, et tam universaliter quam etiam singulariter vel divisim, et tam presentibus partibus quam absentibus, citatis quam non citatis ac tam de facto quam de jure. Pro quibus omnibus et singulis sic firmiter atendendis et observandis dictus dominus Franciscus procurator et procuratorio nomine dicti domini regis pro una parte, et dictus dominus Leonardus sindicus et sindicario nomine quorum supra pro alia parte sibi adinvicem silicet una pars alteri, et altera alteri, et mihi predicto notario ut supra stipulanti et recipienti pignori obligaverunt omnia et singula bona tam mobilia quam immobilia et tam habita quam habenda dictorum domini regis Aragonum etc. et dictorum dominorum ducis ancianorum officialium guerre et comunis Ianue; Omologantes laudantes ratifficantes et aprobantes ex nunc prout ex tunc ea omnia et singula que dicentur sententiabuntur pronunciabuntur arbitramentabuntur precipientur diffinientur adiudicabuntur absolventur condepnabuntur dabuntur tradentur donabuntur seu amicabiliter componentur inter dictas partes per dictum dominum marchionem arbitrum supradictum; ac renunciantes consulto et ex certa scientia sindicario et procuratorio nomine quorum supra exceptioni doli mali in factum conditioni, sine causa et ex injusta causa cuilibet errori lesioni deceptioni et fraudi omnique exceptioni defensioni et juri ac omnibus et singulis privilegiis rescriptis et gratiis tam papalibus quam imperialibus et tam factis quam faciendis, quibus omnibus et singulis privilegiis graciis et rescriptis, et aliis quibuscumque juribus et legibus et decretalibus

quibus mediantibus contra predicta vel aliquod predictorum modo aliquo fieri posset vel venire; Sic expresse et solepniter intelligatur renunciatum fore quemadmodum si in ista renunciatione de eis et eorum quolibet specialis mencio facta foret; Et insuper dicti dominus Franciscus de Perilionibus et dominus Leonardus sindicus et procurator predicti in animas omnium eorum et singulorum quorum procuratores et sindici sunt juraverunt corporaliter ad sancta Dei evangelia tactis scripturis omnia et singula suprascripta perpetuo habere et tenere rata grata et firma ac atendere et inviolabiliter observare et nullo tempore contra facere vel venire aliqua ratione vel causa de jure vel de facto, etiam si de jure contravenire possent, voluerunt etiam dicte partes, quod si ambe vel aliqua earum ad corroborationem presentis compromissi et contentorum in eodem voluerint processu temporis et quando et quociens eis placuerit addere quod sit eis licitum semel vel pluries etiam si per me subscriptum notarium unum vel plura publica instrumenta essent facta ac in mondum reddacta, fiat tamen semper substantia non mutata. Et de predictis dictus dominus marchio arbiter et arbitrator predictus, dictique dominus Franciscus et dominus Leonardus et quilibet eorum, nominibus quibus supra preceperunt per me Stibiotum Stibium notarium infrascriptum fieri plura publica instrumenta, prout melius fieri, et dicturi poterunt ad dictatum unius et plurium sapientum.

Et ego Stibiotus Stibius publicus imperiali autoritate notarius et canzellarius prefati domini marchionis omnibus et singulis suprascriptis vocatus et rogatus interfui, et dictum instrumentum compromissi recepi et in meo protocollo scripsi et abreviavi et in presentem publicam formam reddegi, et ideo me subscripsi et signum meum apossui consuetum in testimonium omnium premissorum.

CXV

Lettera del marchese Giovanni di Monferrato a D. Pietro re di Aragona, e al Doge di Genova, nella quale dà alcuni preliminari provvedimenti, nella sua qualità di arbitro, riguardo ai prigionieri di guerra, ed ai corsari ed armatori, sì catalani, che genovesi.

(1359, 11 aprile).

Dai Regj Archivi di Corte di Torino, Documenti Genovesi, Serie 1.ª, Num. XII.

Hec est forma literarum que misse sunt domino regi et domino duci et comuni Ianue.

Serenissimo principi et domino, domino Petro Dei gratia regi Aragonum etc. Nos Iohannes marchio Montisferrati imperialis vicarius etc. Arbiter, arbitrator, et amicabilis compositor electus et assumptus inter eamdem regiam maiestatem ex una parte et comune Ianue ex altera, notum facimus nos virtute eiusdem compromissi potestatis et baylie nobis concesse arbitratos et arbitramentatos fuisse, ac velle mandare statuere et ordinare, quod omnes et singulli januenses et qui pro januensibus se tractant et reputant seu etiam de quibuscumque civitatibus terris seu locis ipsi comuni Ianue quoquomodo suppositis seu confederatis, carcerati seu detempti per eamdem regiam maiestatem seu in eius virtute seu etiam per quoscumque barones dominos civitates comunitates universitates seu singulares personas regnorum suorum seu eidem domino regi quomodocumque suppositorum seu confederatorum et e converso quod omnes et singuli catalani et qui pro catalanis se tractant et reputant seu etiam de quibuscumque civitatibus terris seu locis ipsi domino regi quoquo modo suppositis seu confederatis carcerati seu detempti per comune Ianue seu in eius virtute, seu etiam per quoscumque marchiones comites seu dominos civitates comunitates universitates seu loca vel singulares personas suppositas seu confederatis ipsius comunis seu cum ipso comuni, libere et absque ullo pretextu impedimento reali vel personali ab ipsis carceribus seu detemptoribus debeant rellaxari et per nuncios ipsius domini regis, et comunis Ianue nobis dicto marchioni in festo beati Iohannis Baptiste proxime venturo in civitate Aste presentari; Post quam presentationem statim liberi rellaxabuntur, et ad propria pro libito reddire permitentur que rellaxatio et presentatio per ipsas partes et ipsarum quamlibet fieri debeat non obstantibus aliquibus redemptionibus per ipsos carceratos factis seu promissis seu aliis quibuscumque promissionibus seu obligationibus per ipsos carceratos vel aliquem ipsorum factis seu de cetero fiendis quacumque occasione vel causa et sub quocumque colore pretextu seu forma, quas omnes redemptiones promissiones et obligationes per ipsos carceratos seu aliquem ipsorum factas vel fiendas ut supra cassas nullas vacuas et irritas esse volumus et inanes, et ultra predicta quod siqui catalani vel januenses hactenus rellaxati vel de cetero rellaxandi vel alique persone pro eis, aliquas promissiones vel obligationes seu etiam confessiones fecissent, vel etiam sub quocumque contractus genere se vel bona sua quomodolibet obligassent ipsis partibus vel alicui seu aliquibus singulari vel singularibus personis ipsarum partium seu aliis quibuscumque pro eis vel ipsarum ocasione quod tales promissiones obligationes et contractus nulli irriti et inanes sint, et ipsorum vel alicuius eorum pretextu nulla de cetero lis molestia questio ipsis carceratis seu qui carcerati fuissent possint fieri vel inferri sed teneatur et debeat dictus dominus rex ipsos catalanos contentos facere et quietos, et dictus dominus dux et comune

Ianue suos januenses. Quare eamdem regiam maiestatem requirimus et rogamus et virtute prefati compromissi, et potestatis nobis attribute monemus quatenus predicta omnia et singula per nos arbitrata arbitramentata declarata et pronunciata observetis ac executioni et effectu debito mandetis ac observari et exequi penitus faciatis. In quorum testimonium presentes fieri jussimus, et nostri sigilli impressione muniri. Datum Ast die XI mensis aprilis anno Domini MCCCLVIIII. XII.ª indictione.

Magniffico domino Symoni Bucanigre Dei gratia duci januensi et populi defensori, nos Iohannes marchio Montisferrati imperialis vicarius et arbiter, arbitrator et amicabilis compositor electus et assumptus inter vos dominum ducem et comune Ianue ex una parte et serenissimum principem dominum Petrum Dei gratia regem Aragone etc. ex altera notum facimus, nos virtute eiusdem compromissi etc. ut supra.

Quare vos dominum ducem consilium et comune Ianue requirimus et rogamus ac virtute prefati compromissi et potestatis nobis attribute monemus quatenus predicta omnia et singula etc. ut supra.

Super facto ofensionum tollerandum inter dominum regem Aragonum et gentes et subditos ipsius infrascripta videntur posse fieri, ac inter dominum ducem et comune Ianue et eorum subditos. Primo quod secretissime imponatur, et mandetur per dominum regem predictum quibuscumque armatoribus, capitaneis dominis seu patronis quarumcumque galearum navium seu lignorum, seu aliorum navigiorum quorumcumque exeuntium seu exire volentium vel debentium a medio madio proxime venturo ultra de tota Catalonia et regno Aragonum et regno Maioricarum et circumstantibus insulis seu locis, quod januensibus vel in ipsorum navigiis seu bonis offensionem non inferant, vel jacturam, Et e converso per dictum dominum ducem et comune Ianue fiat districtualibus suis, et quibuscumque ultra dictum tempus exire volentibus seu debentibus de civitate Ianue et ripariis et civitatibus et terris convencionatis infra districtum Ianue situatis. Locis vero existentibus in insulis Sardinie et Corsice mandetur quod non exeant neque arment ultra kalendas junii proximi sique vero galee naves vel ligna ipsarum parcium inter insulam Sicilie et strictum Yspanie seu caput Sancti Vincentii forent, quod ordinetur secretissime quod non offendant ultra dictas kalendas junii, Et hoc eis denuncietur intra dictas kalendas; Illis vero navigiis et personis ipsarum parcium que essent ultra dicta confinia, mandetur et imponatur usque ad medium mensem augusti proximi, et si casualiter ultra dicta tempora referendo singula singulis fieret aliquod dapnum vel offensio per aliquam ex ipsis partibus, vel singulares personas ipsarum parcium, quod sub specie recati seu redemptionis fieri debeat restitutio, dapna passis in hac forma, videlicet quod dominus dux et comune Ianue reddimant vel reddimere simulent omnes res et bona capta seu ablata per aliquem januensem ab aliquo catalano vel subdito vel districtuali dicti domini regis, et ipsi catalano subdito vel districtuali predicto fiat libera restitutio vel satisfactio de ipso damno. Et e converso fiat per dictum dominum regem januensibus subditis et districtualibus comunis Ianue –

A predictis autem omnibus excepti intelligantur quecumque galee gentes et navigia iture seu itura in auxilium regis Castille, secundum compositionem et pacta nuper inita inter ambaxatorem et procuratorem dicti domini regis Castille et comune Ianue de quibus aparet publicum instrumentum scriptum manu Conradi Mazurri notarii et canzellarii comunis Ianue, hoc anno de mense marcij, que offendere possint et offendi, predictis non

obstantibus, nec de dapnis per ipsas vel eis inferendis, vel aliquam, seu alicui ipsarum nulla emendacio vel restitutio fieri debeat.

CXVI

Ordini dati dal marchese Giovanni di Monferrato nella causa arbitramentale tra il re di Aragona, e la repubblica di Genova.

(1359, 6 luglio)

Dai Regi Archivj di Corte di Torino, Documenti Genovesi, Serie 1.ª, Num. XXIII.

Ordinatum est ut infra die sexto julii MCCCLVIIII.

Primo quod per utramque dictarum parcium et omnes et singulos subditos ipsarum parcium cessetur ab omnibus offensis tam per mare quam per terram sicut ordinatum est.

Item quod ambaxatores domini regis Aragonum procurabunt et effectu aliter facient cum eodem domino rege, quod omnes et singuli januenses carcerati in terris potentia et virtute dicti domini regis, libere a carceribus rellaxentur, et libere consignentur et tradantur illi persone vel personis quam vel quas pro ipsis carceratis januensibus recipiendis mittet dominus dux Ianue, et quando illa persona vel ille persone quam vel quas ipse dominus dux mittet ad dictam consignationem recipiendam scripserit dicto domino duci conscignationem ipsam ei factam fuisse, ipse dominus dux habita notitia per litteras de ipsorum carceratorum rellaxatione teneatur facere rellaxari confestim omnes carceratos catalanos et alios qui pro servicio dicti domini regis tam in Ianua quam alibi sub eius districtu carcerati existunt.

Item quod omnes dicti carcerati tam januensem quam catalani consignentur in Ast coram domino marchione, et quod cuilibet ipsorum carceratorum detur juramentum de se presentando in Ast coram ipso domino marchione et domina marchionissa exceptis dumtaxat infirmis qui venire non possent.

Item quod dicti ambaxatores dicti domini regis dent litteras fidancie personis ituris ex parte dicti domini ducis in Cataloniam pro consignatione dictorum carceratorum recipienda ne eis offendatur in persona vel rebus suis.

Item quod omnes obligationes et incartamenta facta per carceratos januenses quibuslibet catalanis vel subditis dicti domini regis annullentur et revocentur prout alias extitit ordinatum, et quod comunitates regnorum et terrarum dicti domini regis, videlicet Aragone, Valencie, Maioricarum et Catalonie et aliorum locorum et terrarum dicti domini regis, istud complere teneantur et facere contentando illas quibus facte sunt dicte obligationes et incartamenta, vel aliter faciendo prout voluerint dummodo annullatio fiat de ipsis incartamentis, et dicti januenses liberentur a dictis obligationibus et incartamentis, et istud incontinenti facere exequi teneatur dominus rex predictus, et idem faciat dominus dux et comune Ianue de incartamentis factis per carceratos catalanos, et hoc de facto omnino et incontinenti exequatur ne rellaxatio carceratorum ob id si obmittetur aliqualiter impediatur, et ad hec facienda dictus dominus rex intelligatur et sit obligatus. Quamcumque ad annullationem obligationum si que facte fuerint in regno Francie vel terris aliorum regum non videtur fieri posse incontinenti sed fiat quitatio per creditores ut solepniter fieri poterit ad utilitatem obligationum.

Item quod omnia dapna que data vel illata fuerint post tempora ordinata et postquam offensiones cessare debuerint, emendentur receptis probationibus, per illum cui comittet dominus marchio in Ianua et Barchilonia et satisfactio fiat in Ianua januensibus et subditis domini regis predicti in Barchilonia.

Item quod dictus dominus rex de novo litteras scribi et mandari faciat quod cessetur ab omnibus offensis januensibus, et quod ab exeuntibus de terris suis recipiantur securitates, et eis precipiatur quod sub pena hominis et personarum cessent a dictis offensis, et idem faciat dominus dux Ianue de districtualibus suis.

Item quod sub eadem pena scribatur gubernatoribus Calleri et Largherii quod non riceptent aliquos offendentes et quod si contingeret aliquos venientes de Sicilia vel alia mondi parte cepisse vel capere, et ibi redducere aliquos januenses vel ligna vel res suas, quod persone ipsorum januensium per eos libertati tradantur, et eorum res retinenantur et ipsis januensibus libere restituantur, et ulterius ab eis qui fecissent dictam captionem accipiantur antequam abiri permictantur securitates de non ulterius offendendo; Et e converso fiat per dominum ducem et comune Ianue de quibuscumque qui intulerint dapnum subditis et districtualibus dicti domini regis, et reperti fuerint sub districtu eiusdem domini ducis, et habeat locum presens clausula sive capitulum in quibuscumque piratis et incursantibus maria causa prede, et non in illis qui guerram palam haberent cum aliqua parcium predictarum.

Item quod ratiffications firmissime fiant super compromisso per dominum regem et dominum ducem predictos, et quod per eosdem mittantur dicto domino marchioni.

Item quod factum securitatum pacis fiendarum coram domino papa videlicet quo ordine et quo tempore fieri debeant, ut secreta teneantur omnia supradicta, rellinquatur dispositioni dicti domini ducis Ianue et nichilominnus fiat prius ratifficato dicti domini regis, et domini ducis, et rellaxatio carceratorum ut supra dictum est.

Item quod predicta vel aliquod predictorum non intelligantur nec sint in aliquo innovata mutata variata vel in aliquo diminuta aliqua que inter ipsos ambaxatores hactenus facta sint vel eis in aliquo derogatum, sed in presentibus clausulis intelligantur exceptata omnia que in aliis ordinationibus exceptata fuerunt, et intelligantur presentialiter ordinata se referre ad illa et ad corroborationem et fortificationem illorum que hactenus ordinata sunt.

CXVII

Lettera del marchese Giovanni di Monferrato al re di Aragona, con la quale gli notifica gli ordini, ch'egli in qualità di arbitro avea date su alcune questioni dipendenti dal compromesso fatto nella sua persona da lui, e dai genovesi.

(1359, 6 luglio).

Dai Regj Archivi di Corte di Torino, Documenti Genovesi, Serie 1.ª, Num. XIV.

Serenissimo principi et domino, domino Petro Dei gratia regi Aragonum, Maioricarum Valencie etc. tamquam domino patri et avunculo nostro carissimo. Nos Iohannes marchio Montisferrati imperialis vicarius etc. arbiter arbitrator et amicabilis compositor electus et assumptus inter vestram regiam maiestatem ex una parte et dominum ducem ac comune Ianue ex altera salutem et ad eius mandata promptissimam voluntatem. Aliis litteris nostris recolimus vestre magnifficentie intimasse nos virtute compromissi in nos facti et potestatis ac baylie nobis in eo collate arbitratos et arbitramentatos fuisse quod omnes et singuli januenses carcerati sive detempti per magnifficentiam antedictam seu per quoslibet singulares subditos suos, et omnes et singuli catalani et alii subditi vestri carcerati sive detempti per dictum dominum ducem seu comune et singulares eiusdem absque impedimento quocumque reali seu personali debeant confestim ab ipsis detemptionibus seu carceribus liberi rellaxari, et coram nobis die beati Iohannis mensis junii nunc elapsi in civitate Astensi se debere conferre obligationibus seu promissionibus quibusuis per carceratos eosdem seu aliquem aut aliquos ipsorum vel alios vice seu occasione eorum factis ratione rescati obscistentibus nullo modo, quodque regia vestra maiestas teneatur contentos facere subditos suos de omnibus et singulis obligationibus atque promissionibus per dictos januenses carceratos seu eorum aliquos ratione rescati in factis, seu aliis personis quibuscumque pro eisdem. Et e converso ipse dominus dux et comune predictum teneatur contentos facere subditos suos de obligationibus et promissionibus per predictos carceratos subditos vestros factis eisdem prout in literis ipsis que fuerunt date in Ast XI.ª die aprilis anni subscripti hec et alia lacius sunt contenta. Sane quia aliquibus causis coram nobis propositis rellaxationes predicte fieri nequierunt die superius ordinata, debeantque exequi et compleri festine prout per nos fuit decissum et inter ambaxatores utriusque partis expresse condictum atque promissum idcirco maiestatem regiani antedictam atente rogamus et vigore compromissi predicti instanter requirimus et monemus quatenus vissis presentibus faciatis januenses predictos in potestate vestra sine vestrorum detemptos absque intervallo aliquo libere rellaxari faciatis nec minus omnes et singulas tam florenorum quam alterius monete cuiuslibet summas in quibus januenses carcerati predicti seu alii pro eis aut occasione ipsorum subditis vestris seu aliquibus ex eis teneantur ratione rescati per comunitates regnorum et terrarum vestrarum qui recuperatione suorum gaudebunt persolvi integre et complete. Nos enim virtute compromissi predicti tenore presentium decernimus et etiam arbitramur comunitates predictas et singulares earum ad solucionem dicti rescati teneri prout secundum magis et minus vestra maiestas regia ordinabit. Eamdemque maiestatem ad ipsam solucionem fiendam teneri vel iam dictas comunitates et singulares ipsarum facere breviter districte et sine mora compelli per comissarium sive comissarios suos speciales,

carcerati tamen predicti executione promissorum non expectata protinus liberentur. Datum Ast die VI.ª julij MCCCLVIIII. duodecima indictione.

Et ego Stibiotus Stibius publicus imperiali auctoritate notarius et cancellarius dicti domini marchionis predicta omnia de meo libro actorum trasscripsi, et ideo me subscripsi, et signum meum consuetum apossui.

CXVIII

Pietro re di Aragona ratifica il compromesso fatto dal suo procuratore Francesco de Perilionibus.

(1359, 3 agosto).

Dai Regj Archivi di Corte di Torino, Documenti Genovesi, Serie 1.ª, Num. XV.

Exemplum instrumenti ratiffications compromissi predicti facte per dictum dominum regem.

In Christi nomine noverint universi quod nos Petrus Dei gratia rex Aragonum Valencie Maioricarum Sardinie et Corsice, comesque Barchilonie, Rosilionis et Ceritanie. Audita et diligenter intellecta relatione dilecti et fidelium Francisci de Perilionibus militis Camerlengui Iasperti de Tregurano promotoris curie nostre et Romei Lulli consciliariorum nostrorum atque ambaxatorum per nos apud Lombardiam pridem – missorum qui nobis unanimiter retulerunt sinceritatem amoris et fidei quam ad nos nostrumque honorem et statum regnorum et terrarum nostrarum habet et solicite gerit Egregius vir Iohannes marchio Montisferrati etc. affinis noster carissimus, et maxime in et super negocijs nos et ducem ac comune Ianue tangentibus ocasione guerarum atque discordiarum existentium inter nos et subditos nostros ex parte una et prefatum ducem et comune ex altera de quibus factum est latum plenum et generale compromissum nomine nostro in persona prefati marchionis afinis nostri per Franciscum de Perilionibus antedictum super hoc a vobis potestatem habentem cum publico instrumento maiestatis nostre sigilli munimine roborato dato et acto in loco de Lalmunia XXV.ª die decembris anni subscripti, de quo quidem compromisso receptum est instrumentum scriptum et abreviatum per Stibiotum Stibium notarium et canzellarium marchionis prefati sub hoc eodem anno et indictione die nona mensis aprilis proxime lapsi. Ecce quod ipsum compromissum vissum et diligenter examinatum et aprobatum nomine nostro per ambaxatores nostros predictos consulto et ex certa scientia omnia et singula in ipso compromisso contenta cum omnibus obligationibus realibus et personalibus in compromisso ipso comprehensis sive contentis etiam sententiam et sententias omniaque acta et que secute et secuta sunt ac sequi debent ex ipso compromisso seu vigore ipsius in omnibus et singulis capitulis earumdem per nos et heredes nostros ratifficamus et etiam aprobamus, et nihilominus pro observatione superius contentorum nos et bona nostra, nostrosque subditos generaliter et specialiter obligamus prefato marchioni affini nostro et notario infrascripto tamquam publice persone stipulanti et recipienti nomine et vice omnium quorum interest et poterit interesse, in mei notarii manibus omnia predicta, corporaliter tactis scripturis juravimus et juramus ad sancta Dei evangelia per nos et nostros heredes inviolabiliter observare. Promittentes atque jurantes quod per nostros procuratores vel procuratorem legitime constitutos dabimus et fieri faciemus securitates atque cautelas pro observatione pacis pronunciande per prefatum marchionem, et pro omnibus et singulis que in eiusdem pronunciamento continebuntur, coram sanctissimo domino summo Pontiffice coram quo personaliter et realiter nos et nostros subditos promittimus effectualiter obligari cum omnibus clausulis et renunciationibus oportunis et promittimus prefato marchioni affini et arbitro nostro facere obligationes personales et reales pro

observatione dicte pacis in omnibus et per omnia sicut idem marchio duxerit ordinandum. Actum est hoc in civitate Maioricarum tertia die augusti anno a nativitate Domini millesimo CCC.° quinquagesimo nono, nostrique regni vicessimo quarto. Rex Petrus.

Signum – Petri Dei gratia regis Aragonum Valencie Maioricarum Sardinie et Corsice, comitisque Barchilonie Rossilionis et Ceritanie, qui predicta juramus concedimus et firmamus.

Testes sunt premissorum Petrus Iordani Durries maiordomus Bernardus de Thon gubernator Maioricarum et Brengarius de Palacio militis consiliarii dicti domini regis.

Sig-num Petri de Carrega scriptoris dicti domini regis, et eius auctoritate notarii publici per totam terram et dicionem suam qui predictis interfuit eaque scripsit.

CXIX

Il Doge di Genova ratifica il compromesso fatto dal suo procuratore Leonardo di Montaldo.

(1359, 9 settembre).

Dai Regj Archivj di Corte di Torino, Documenti Genovesi, Serie 1.ª, Num. XVI.

Exemplum instrumenti ratiffications dicti compromissi facte per dictum dominum ducem etc.

In nomine Domini amen. Nos Symon Bucanigra Dei gratia dux januensis et populi defensor et imperialis vicarius, ac etiam amiratus generalis, Lanzalotus de Castro, Pambellus de Cassali, Gabriel Adurnus et Raffus Grifiotus quatuor officiales electi constituti et ordinati per prefatum dominum ducem, suum consilium ancianorum et officium guerre super infrascriptis etc. Habentes etiam a dicto domino duce consilio et officio guerre una cum eodem domino duce plenam largam et liberam potestatem et bayliam illam scilicet totam quam comune Ianue habet ex forma decreti ipsorum domini ducis consilii et officii guerre scripti et testati per Conradum de Corvaria notarium et canzellarium dicti domini ducis et comunis Ianue hoc anno die quinta julii – Audita et diligenter intellecta rellacione fidelis ambaxatoris nostri et dicti comunis Leonardi de Montaldo jurisperiti consiliarii nostri secreti dilecti, qui nobis prudenter retulit sinceritatem amoris et fidei quam ad nos honorem et statum nostrum comunis et populi ianuensis omniumque januensium habet et solicite gerit illustris princeps dominus Iohannes marchio Montisferrati carissimi fratris nostri et maxime super negocijs illustrissimum dominus regem Aragonum et subditos ipsius et nos et comune Ianue tangentibus occasione guerre et discordiarum existentium inter prefatum dominum regem eiusque subditos et nos et comune Ianue de quibus factum est latum plenum et generale compromissum nostro et dicti comunis Ianue nomine in persona prefati domini marchionis, per prefatum dominum Leonardum sindicum nuncium et ambaxatorem nostrum et dicti comunis super hoc a nobis potestatem habentem plenissimam per publicum instrumentum scriptum et testatum per Georgium Oddoardi de Clavaro notarium et canzellarium nostrum et comunis Ianue hoc anno die XXII.ª marcij, de quo quidem compromisso receptum est instrumentum scriptum et abreviatum per Stibiotum Stibium notarium et canzellarium prefati domini marchionis hoc anno die nona mensis aprilis. – Ecce quod ipsum compromissum vissum et diligenter examinatum et approbatum nostro et comunis Ianue nomine per prefatum dominum Leonardum nuncium sindicum et ambaxatorem nostrum et dicti comunis nomine nostro et ipsius comunis factum consulto et ex certa scientia omnia et singula in ipso compromisso contenta cum omnibus obligationibus realibus et personalibus in ipso compromisso comprehensis, etiam sententiam et sententias omniaque acta et secuta, et que secuta sunt et sequi debent ex ipso compromisso seu vigore ipsius in omnibus et singulis capitulis eorumdem ratifficamus et aprobamus per nos et successuros nomine nostro et dicti comunis Ianue et pro observatione predictorum nos et bona nostra dictique comunis Ianue ac ipsum comune subditosque et districtuales ipsius generaliter et specialiter obligamus prefato domino marchioni et notario et canzellario infrascripto tamquam publice persone stipulanti et recipienti nomine et vice omnium quorum interest et poterit interesse, in cuius notarii manibus omnia predicta

corporaliter tactis scripturis juravimus et juramus ad sancta Dei evangelia per nos et successores nostros et dictum comune inviolabiliter observare. Promittentes atque jurantes quod per nostros procuratores vel procuratorem legiptime constitutos dabimus et fieri faciemus securitates atque cautelas pro observatione pacis pronunciande per prefatum dominum marchionem et pro omnibus et singulis que in eiusdem pronunciamento continebuntur coram sanctissimo domino nostro Papa coram quo personaliter et realiter nos et nostros subditos et comune Ianue promittimus effectualiter obligari cum omnibus clausulis et renunciationibus oportunis – Etiam promittimus prefato domino marchioni arbitro nostro facere obligationes personales et reales pro observatione dicte pacis in omnibus et per omnia sicut dictus dominus marchio duxerit ordinandum. Actum Ianue in nostro ducali palacio, videlicet in camera cubiculari nostra anno Dominice nativitatis millesimo tercentesimo quinquagesimo nono indictione undecima secundum cursum Ianue die nona septembris in vesperis presentibus testibus vocatis et rogatis egregio domino Ludovico Bucanigra capitaneo civitatis Saone Iofredo Bucanigra et Nicolao de Canneto ac Conrado Mazurro notario et canzellario dicti domini ducis et comunis Ianue. In cuius quidem rei testimonium presens publicum instrumentum jussimus sigilli nostri ducalis impressione muniri.

Ego Georgius Oddoardi de Clavaro imperiali auctoritate notarius et canzellarius magniffici domini ducis prefati et comunis Ianue suprascriptis omnibus et singulis interfui rogatus scripsi, meumque signum apossui consuetum ad cautelam et in testimonium premissorum.

CXX

Pietro Re di Aragona costituisce suoi procuratori Iasperto di Tregurano, e Romeo Lullo di Barcellona, acciò assieme a Francesco di Perilionibus, o due dei tre in assenza di uno di essi, conferiscano con Giovanni Marchese di Monferrato riguardo alle sue controversie coi Genovesi.

(1359, 14 novembre).

Dai Regj Archivi di Corte di Torino, Documenti Genovesi, Serie 1.ª, Num. XVII.

In nomine Domini amen. Noverint universi quod nos Petrus Dei gratia rex Aragonum Valencie Maioricarum Sardinie et Corsice Comesque Barchilonie Rossillonis et Ceritanie de legalitate et industria virorum dilecti et fidelium consiliariorum nostrorum Francisci de Perellonibus camarlengui presentis, jasperiti de Tregurano promotoris curie nostre, et Romei Lulli civis Barchilonie absentium plenarie confidentes, citra revocationem aliorum procuratorum nostrorum tenore presentis carte nostre seu publici instrumenti facimus, constituimus, creamus et etiam ordinamus procuratores actores ambassiatores seu nuncios nostros speciales vos dictos Franciscum, Iaspertum, atque Romeum, et duos ex vobis tercio vestrum absente seu infirmante vel interesse non valente ad conferendum et presentandum vos vice et nomine nostro coram egregio viro Iohanne Marchione Montisferrati Imperiali vicario et affini nostro carissimo ac quibuscumque comissariis seu auditoribus eiusdem. Et cum dicto egregio marchione, ac coram eo seu aliter cum ambassatoribus egregii viri Simonis Bucanigra ducis et honorabilis comunis Ianue vel aliis quibuscumque personis ab eisdem potestatem habentibus componendum tractandum conveniendum firmandum seu inhiendum pacem treugam conventiones et federa quecumque de et supra omnibus et singulis iniuriis predis, raubariis, dapnis vulneribus, cedibus incendiis guerra odio rancore seu mala voluntate, offensionibusque realibus et personalibus castrorum et locorum invasionibus et cuiuscumque alterius generis violenciis rapinis ac questionibus quibusuis que hactenus fuere sive intervenere quolibet modo simul sive divisim in quacumque mundi parte inter nos vel subditos nostros quoscumque parte una, et prefatos egregium ducem et honorabile comune Janue et districtuales convencionatos subditos complices valitores et feudatarios ac quomodocumque et qualitercumque coadiutores ipsorum ex altera, seu eius, et de ipsis omnibus et singulis questionibus dapnis iniuriis violenciis predis raubariis rapinis cedibus et vulneribus ac offensionibus quibuscumque finem remissionem quitanciam liberacionem et pacta quelibet faciendum prout vobis et duobus ex vobis ut supra comodius videbitur ac possibilius faciendum. Et ad ea omnia et singula confirmandum sub illis pactis modis formis stipulationibus penis juramentis obligationibus solemnitatibus et cautelis, quibus vobis dictis ambassiatoribus et procuratoribus nostris vel duobus ex vobis expediens videatur in aliquo casuum predictorum, et ad audiendum omnes sententias lauda arbitria vel arbitramenta dicta atque precepta et quelibet alia quas vel que predictus egregius marchio in futurum facere proferre voluerit vigore cuiusdam compromissi in eum facti anno proxime lapso per nos seu nostrum specialem ambassiatorem sive procuratorem ex una parte, et dictum egregium ducem, et tunc conscilium ancianorum, et officii guerre pro ipso comuni, seu ambassiatorem actorem sive procuratorem dicti honorabilis comunis ex altera de quo siquidem compromisso constat publicum instrumentum receptum sive scriptum per

Stibiotum Stibii notarium die nona aprilis anno a nativitate Domini MCCC° quinquagesimo nono. Et ad ipsa omnia prolata seu proferenda ratifficandum et emologandum et emologari videndum sicut et prout vobis uti supra videbitur expedire. Nec non in illis et ante illa eorum occasione coram jam dicto egregio marchione ut supra procedendum, proponendum et prosequendum ratione contentorum in dicto compromisso ac occasione eorum, et ad omnia alia et singula faciendum in premissis et circa ea de quibus vobis videbitur seu duobus ex vobis, et ad tradendum eidem egregio marchioni, et in virtutem suam omnia et singula loca terras et castra nostra, vel in quibus jus habemus, sicut eidem egregio marchioni viidebitur, et per ipsum fuerit ordinatum, ponenda et constituenda esse in virtute eiusdem pro securitate et executione pronunciandorum per eum vigore compromissi prefacti vel aliter obligandum nos et bona nostra tam realiter quam personaliter. Inde prout de voluntate dicti egregii marchionis procedet, seu prout ipse duxerit ordinandum aut aliter in omnibus et per omnia prout ipsi marchioni videbitur, seu prout pronunciatum dictum preceptum sive laudatum fuerit in futurum per egregium arbitrum antedictum. Et demum ad compromittendum et compromissum generale faciendum de novo si vobis aut duobus ex vobis fuerit visum de omnibus et singulis supradictis, ac etiam contentis in compromisso predicto et eis coherentibus et connexis vel dependentibus ex eisdem videlicet in prefatum egregium marchionem cum omni potestate atque baylia et sub quibuscumque modis pactis formis tepnoribus penis promissionibus et juramentis stipulationibus et cautelis que vobis dictis ambaxatoribus et procuratoribus nostris ut utilius videbitur expedire et etiam dictum primum compromissum prorogandum si et quatenus vobis fuerit vissum, sub illis scilicet modis pactis et formis cautelis juramentis obligationibus et solemnitatibus de quibus videbitur vobis. – Et generaliter ad faciendum in premissis omnibus et singulis et circa ea et dependentibus ex eisdem seu eis annexis ac ipsorum occasione quidquid visum fuerit vobis, et quicquid nos facere possemus si presencialiter adessemus, et quicquid merita predictorum tam in judicialibus quam extrajudicialibus exigunt et requirunt, et proinde, ac occasione supradictis nos et bona nostra specialiter et generaliter obligandum, et etiam ea omnia et singula corporalibus juramentis nomine nostro gesta sive gerenda componenda paciscenda tractanda ordinanda et firmanda per vos vel duos ex vobis vallandum et etiam roborandum. Dantes et concedentes vobis dictis ambassatoribus nostris procuratoribus sive nunciis et duobus ex vobis ut supra in predictis omnibus et singulis, et aliis quibuscumque eis coherentibus seu connexis et deppendentibus seu emergentibus ex eisdem vel aliquo predictorum plenam largam et liberam potestatem cum pleno libero et generali mandato et administratione bonorum nostrorum ac etiam speciali casu quo specialiter esset quomodolibet opportunum. Promitentes atque jurantes ad dominum Deum et eius sancta quatuor evangelia corporaliter per nos tacta in manu scriptoris nostri et notarii infrascripti tamquam publice persone stipulantis et recipientis nomine et vice omnium quorum interest intererit seu interesse poterit nos perpetuo habituros ratum gratum firmum omne id et quicquid per vos dictos ambassatores sive procuratores nostros seu duos ex vobis actum gestum tractatum compositum firmatum seu procuratum fuerit in predictis et quolibet predictorum et contra ipsa vel ipsorum aliquod non venturos sive facturos aliqua occasione vel causa que dici vel excogitari possit sub obligatione omnium et singulorum bonorum nostrorum habitatorum et etiam habendorum. Quod est actum et datum Cervarie XIIII die novembris anno a nativitate Domini millesimo CCC° quinquagesimo nono, regnique nostri vicesimo quarto – die p.°

Signum—-Petri Dei gratia regis Aragonum Valencie Maioricarum Sardinie et Corsice, comitisque Barchilonie Rossilionis et Ceritanie qui predicta juramus concedimus et firmamus.

Testes sunt promissorum Bernardus de Ulzinellis tesaurarius legum doctor et Brengus de Palacio milites consiliarij ac Bertrandus de Pinos scriptor dicti domini regis.

Sig—-num Petri de Carrega scriptoris dicti domini regis et eius auctoritate notarii pubblici per totam terram et dicionem suam qui predictis interfuit, eaque scripsit cum raso et correcto in prima linea ubi dicitur consiliariorum in XIIII.ª ubi ponitur videbitur in XVIII ubi legitur et, in XXIIII ubi inspicitur quorum et in XVI ubi hostenditur ipsi marchioni, et clausit die et anno prefixis.

CXXI

Altra ratifica del medesimo compromesso fatta da Pietro Re di Aragona.

(1359, 5 dicembre).

Dai Regii Archivi di Corte di Torino, Documenti Genovesi, Serie 1.ª, Num. XVIII.

In Dei nomine. Cunctis pateat evidenter presentem seriem inspecturis quod nos Petrus Dei gratia Rex Aragonum Valencie Maioricarum Sardinie et Corsice comesque Barchilonie Rosilionis et Ceritanie. Considerantes dilectum consiliarium et camerlengum nostrum Franciscum de Perilionibus militem tamquam procuratorem nostrum ad subscripta specialiter deputatum tractante et laborante in his egregio Iohanne marchione Montisferrati velut nostri honoris fervido zelatore, latum plenum et generale compromissum nostro nomine in eundem marchionem super guerrarum discriminibus et discordiis inter nos nostrosque districtuales et subditos, et comune Ianue et eius districtuales, inde subortis et subsecutis firmasse et in ipsum consensisse. Sub non nullis et diversis penis obligationibus securitatibus realibus et personalibus et aliis cautelis in eodem apositis et adiectis. Ideo volentes sicut nostre congruit dignitati firmata promissa obligata per dictum nostrum procuratorem tamquam a nobis in hiis potestatem et plenariam facultatem obtinentem in omnibus adimplere. Tenore presentis de consilio assensu, et aprobatione illustris Alionore Regine Aragonum consortis nostre carissime ac venerabilis et relligiosi fratris Iohannis Ferdinandi de Heredia castellani Emposte et prioris Sancti Egidii Castille et legionis nobilis Bernardi de Capraria Gilamberti de Sintillis maiordomi, Mathei Mercerii camerlengi militum ac Francisci Roma legum doctoris vicecanzellarii consiliariorum nostrorum. Iam dictum compromissum et omnia et singula in eo contenta cum omnibus et singulis obligationibus realibus et personalibus in eodem appositis et comprehensis, nec non summam et summas omniaque acta gesta et que secuta sunt, et sequi debent ex ipso compromisso seu vigore ipsius in omnibus et singulis capitulis eorumdem ratifficamus et aprobamus per nos et successores nostros, et pro observatione predictorum nos et bona nostra, districtuales et subditos nostros generaliter et specialiter huius serie obligamus prefato marchioni, et scriptori ac notario nostro infrascripto tamquam publice persone stipulanti paciscenti et recipienti nomine et vice nostris et omnium quorum interest et poterit interesse in cuius notarii manibus omnia supradicta corporaliter tactis scripturis juramus ad Sancta Dei evangelia per nos et successores nostros totaliter observare. Promittentes in fide nostra Regia et sub virtute juramenti a nobis superius prestiti quod per nostros procuratores vel procuratorem legiptime constitutum dabimus et fieri faciemus securitates atque cautelas pro observatione pacis pronunciande per prefatum marchionem arbitrum, et pro omnibus et singulis que in eisdem pro… continebuntur coram sanctissimo domino summo Pontifice coram quo personaliter et realiter nos et nostros subditos promittimus effectualiter obligari cum omnibus clausulis et renunciationibus opportunis – Insuper promitimus prefato marchioni tamquam arbitro facere obligationes personales et reales pro observatione pacis predicte in omnibus et per omnia si et prout idem marchio arbiter duxerit ordinandum. Datum et actum in villa Cervarie quinta die decembris anno a nativitate Domini millesimo tercentesimo quinquagesimo nono, nostrique regni vicesimo quarto.

Signum —— Petri Dei gratia regis Aragonum Valencie Maioricarum Sardinie et Corsice, comitisque Barchilonie Rossilionis et Ceritanie qui hec firmamus concedimus et juramus.

Signum —— Alionore, Dei gratia regine Aragonum, Valencie, Maioricarum, Sardinie et Corsice, comitisseque Barchilonie, Rossilionis et Ceritanie, que his asentimus, eaque laudamus et iuramus.

S† mei fratris Iohannis Ferdinandi de Heredia Castellani Empompte et prioris sancti Egidii Castille et legionis, S† mei Bernardi de Capraria. S† mei Gilamberti de Scintillis maiordomi S† mei Mathei Mercerii camerlenghi militum – S† mei Francisci Roma legum doctoris vicecanzellarii consiliariorum prefati domini regis predictorum, qui hiis consentimus, eaque firmamus concedimus, et ad sancta quatuor evangelia in manibus nostris juramus. Testes fuere presentes ad predicta venerabilis Bernardus de Ulzinellis thesaurarius legum doctor, Berengus de Palacio milites, consiliarii, Guillelmus dux et Petrus Guillelmi Catalani Uxerii armorum prefati domini regis.

Sig——num Bertrandi de Pinos scriptoris prefati domini regis ac eius auctoritate notarii publici per totam terram et dominationem suam qui predictis omnibus et singulis presens interfuit et hoc vocatus rogatus et requisitus scribi fecit et clausit.

Ego Stibiotus Stibius publicus imperiali auctoritate notarius et canzellarius prefati domini marchionis omnia et singula suprascripta, scripta manu mea, de meo libre actorum transcripsi et sic scripsi et meum signum apossui in testimonium veritatis.

CXXII

Il Doge di Genova costituisce suoi procuratori Enrico giusperito*, Pambello di Casale, e Gabriele Adorso, per trattare con Giovanni marchese di Monferrato delle loro controversie col re di Aragona*.

(1360, 27 febbraio).

Dai Regj Archivi di Corte di Torino, Documenti Genovesi, Serie 1.ª, Num. XIX.

Anno Domini millesimo tricentesimo sexagessimo die XXIII.ª marcii dominus Franciscus de Henrico jurisperitus et Gabriel Adurnus sindici et sindicario nomine domini ducis et comunis Ianue produxerunt coram domino marchione arbitro etc. instrumentum eorum sindicatus et baylie cuius tenor talis est.

In nomine Domini amen. Magnifficus et excelsus dominus dominus Symonis Bucanigra Dei gratia dux januensium et populi defensor imperialis vicarius etc. et amiratus generalis in presencia consilio consensu et voluntate sui consilij ancianorum seu duodecim sapientum in et legiptimo numero congregatorum ut moris est, ac ipsius conscilii ancianorum auctoritate et decreto eiusdem domini ducis etc. Et quorum ancianorum qui infrascriptis interfuerunt, et qui omnes consenserunt nomine et cognomine sunt hec: Bernabos de Primentorio prior, Antoninus de Virciano, Thomas Marchius, Nicholaus domini Levantini, Franciscus de Banacorda, Anthonius medicus, Iohannes Henrici, Hugolinus de Sexto, et Iohannes de Olina. Ex omni potestate et baylia prefato domini duci etc. et conscilio quomodocumque et qualitercumque attributa simul et divissim que omnino est tota illa, quam ipsum comune Ianue habet, et omni modo jure et forma quibus melius potuerunt et possunt de legalitate sufficientia et bonitate venerabilium et discretorum virorum domini Francisci de Henrico jurisperiti, Pambelli de Casali, et Gabrielis Adurni civium januensium presentium et presens mandatum in se sponte suscipientum plene confessi nomine et vice dicti comunis Ianue et universorum januensium et districtualium Ianue, et qui pro januensibus in quacumque mundi parte se tractant et reputant nec non etiam nomine et vice quarumcumque universitatum collegiorum civitatum terrarum et locorum ipsi comuni Ianue in quacumque mundi parte supositorum seu etiam convencionatorum cum ipso comuni ac etiam quorumcumque comitum marchionum baronum seu etiam dominorum feudatariorum vassallorum seu convencionatorum cum ipso comuni. Et demum quorumcumque vallitorum coadjuctorum complicium fauctorum et sequacium ac adherentium ipsius comunis. Eosdem dominos Henricum Pambellum et Gabrielem et duos ex eis alio tercio absente vel infirmante vel interesse non valente, ita quod etiam quicquid ipsi tres inceperint reliqui quo dictis casibus seu aliquo ex eis possint prosequi et finire non propterea revocantes alios procuratores seu sindicos ad consilia hactenus constitutos fecerunt constituerunt creaverunt, et ordinaverunt eorum et dicti comunis et predictorum ut supra sindicos actores procuratores ambaxatores et nuncios speciales et prout melius et habilius fieri poterit. Eosdem et duos ex eis ut supra loco ipsius comunis, et omnium superius expressorum ponentes et esse volentes ad se conferendum et presentandum coram illustri principe et magniffico domino, domino Iohanne marchione Montisferrati, imperiali vicario etc. ac quibuscumque commissariis, et auditoribus eiusdem, et cum dicto domino marchione et coram eo vel aliter cum

ambaxatoribus illustris domini regis Aragonum Maioricarum etc. seu aliis quibuscumque personis ab eo potestatem habentibus tractandum conveniendum firmandum et finiendum ac componendum pacem treuguam convenciones et federa quecumque de et super omnibus et singulis guerra odio rancore malvoluntate jniuriis predis robariis dapnis vulneribus cedibus incendiis offensionibus realibus et personalibus, castrorum et locorum invaxionibus, et cuiuscumque alterius generis violenciis et rapinis ac questionibus que hactenus fuerunt et intervenerunt quoquomodo simul et divissim ini quacumque mundi parte inter ipsum dominum regem Aragonum etc. seu subditos vel regnicolas et sequaces ipsius ex una parte, et prefatos dominum ducem consilium et comune Ianue districtuales conventionatos subditos complices valitores et feudatarios, ac quomodocumque, et qualitercumque coadiutores ipsius ex altera parte vel e converso, et de ipsis omnibus et singulis questionibus dapnis iniuriis violenciis predis robariis rapinis cedibus et vulneribus et offensionibus quibuscumque finem remissionem quitanciam liberationem et pacta quelibet faciendum de quibus et prout dictis ambaxatoribus nunciis et procuratoribus vel duobus ex eis ut supra videbitur et placuerit utilius et commodius ac possibilius faciendum. Et ad predicta omnia et singula faciendum sub illis pactis modis et formis stipulationibus penis juramentis obligationibus solepnitatibus et cautelis quibus dicti ambaxatores procuratores et nuncii vel duo ex eis ut supra melius facere poterint seu de quibus melius videbitur et placuerit predictis tribus vel duobus ex eis in aliquo casuum predictorum, et ad audiendum omnes sententias lauda arbitria et arbitramenta dicta precepta vel pronunciationes, et quelibet alia quas vel que predictus illustris et magnifficus dominus Iohannes in futurum facere vel proferre voluerit vigore eiusdem compromissi in eum facti anno proxime preterito per dictum illustrem dominum dominum regem Aragonum Maioricarum etc. seu ambaxatores et procuratores eius ex una parte et dictum dominum ducem et tunc consilium ancianorum et officium guerre pro ipso comuni seu ambaxatore et procuratore seu actore dicti comunis Ianue ex altera de quo compromisso constat publicum instrumentum scriptum manu Stibioti Stibii notarii anno de MCCCLVIII die VIIII.ª aprilis, et ad ipsa etiam prolata seu proferenda ut supra ratifficandum et emologandum et emologari videndum quatenus eisdem videbitur et sub illis pactis modis et formis de quibus eisdem videbitur, et in illis et ante illa et eorum occasione coram dicto domino Iohanne marchione ut supra procedendum proponendum et prosequendum occasione contentorum in dicto compromisso et in eis, et demum omnia et singula faciendum in premissis et circa ea, et eorum occasione de quibus eisdem vel duobus ex eis predictis casibus vel aliquo ex eis videbitur et voluerit et ad tradendum domino Iohanni et in virtutem suam omnia loca terras et castra comunis Ianue vel in quibus jus seu possessionem habeat de quibus eidem domino Iohanni videbitur et pronunciare voluerit ponenda et constituenda esse in virtutem eiusdem pro securitate et executione pronunciandorum vel aliter obligandum dictum dominum ducem et comune Ianue realiter et personaliter prout placebit dicto domino marchioni seu prout ipse dominus marchio duxerit ordinandum vel aliter et in omnibus et per omnia prout eidem videbitur, seu prout pronunciatum dictum preceptum et laudatum in futurum fuerit per ipsum dominum arbitrum et arbitratorem ut supra est dictum ad se dicto nomine etiam de novo, si eis videbitur, compromitendum et compromissum generale faciendum de omnibus et singulis supradictis et etiam contentis in compromisso predicto et coherentibus et connexis vel dependentibus ab eis in prefatum dominum Iohannem cum omni potestate et baylia, et sub quibuscumque modis pactis formis tepnoribus penis promissionibus et juramentis stipulationibus et cautelis que dictis sindicis nunciis et ambaxatoribus ut supra placuerit et expedire utiliter videbuntur et etiam ad dictum primum compromissum prorogandum si et

quatenus eis videbitur, et sub illis modis pactis et formis, cautelis juramentis obligationibus et solepnitatibus, de quibus eisdem videbitur et placuerit. Et generaliter ad faciendum in premissis omnibus et singulis et circa ea et dependentibus et connexis ab eis et ipsorum occasione quicquid eisdem videbitur et placuerit, et quicquid ipsum comune facere posset si presencialiter interesset et quicquid merita predictorum tam in judicialibus quam extra judicialibus exigunt et requirunt, et proinde ac occasione supradictis ipsum comune Ianue et bona ipsius obligandum ac etiam omnia et singula corporalibus juramentis nomine ipsius comunis ut supra gesta et gerenda componenda paciscenda tractanda ordinanda et firmanda per eos vel duos ex eis validandum et roborandum. Dantes et concedentes dictis nominibus dictis sindicis nunciis et ambaxatoribus et duobus ex eis ut supra in predictis omnibus et singulis; ac aliis quibuscumque dependentibus coherentibus emergentibus, seu connexis predictis vel alicui predictorum plenam largam et liberam potestatem cum pleno libero et generali mandato et administratione bonorum comunis Ianue, ac etiam speciali in casu quo speciale esset quomodolibet opportunum, promitentes et jurantes corporaliter tactis scripturis ad sancta Dei evangelia mihi notario et canzellario infrascripto tamquam publice persone officio publico stipulanti et recipienti nomine et vice omnium quorum interest intererit seu interesse poterit se suo et dictis nominibus perpetuo habituros ratum gratum et firmum omne id et quicquid per ipsos sindicos ambaxatores et nuncios actum gestum tractatum compossitum firmatum seu procuratum fuerit in predictis et quolibet predictorum et contra ipsa vel ipsorum aliquod se dictis nominibus ullo tempore non facturos vel venturos aliqua occasione vel causa que dici vel excogitari possit sub ypotheca et obligatione bonorum ipsius comunis Ianue habitorum et habendorum. Actum Ianue in terracia palatii ducalis anno Dominice nativitatis millesimo CCC.° sexagesimo, indictione duodecima secundum cursum Ianue die XXVII.ª februarii inter terciam et nonam presentibus testibus ad hec vocatis et rogatis Petro de Reza, Raphaelle de Guasco et Conrado Mazurro notario et canzellario dicti domini ducis et comunis Ianue.

Ego Georgius Oddoardi de Clavaro imperiali auctoritate notarius et canzellarius prefati magniffici domini ducis et comunis Ianue suprascriptis omnibus et singulis interfui rogatus scripsi meumque signum apossui consuetum in testimonium premissorum.

CXXIII

Il Doge di Genova sostituisce Domenico Facinanti a Pambello di Casale, e lo costituisce suo procuratore per l'oggetto, di cui nel precedente documento Num. CXXII.

(1360, 23 marzo).

Dai Regj Archivj di Corte di Torino, Documenti Genovesi, Serie 1.ª, Num. XX.

In Christi Dei nomine amen. Magnifficus et excelsus dominus dominus Simon Bucanigra Dei gratia januensis dux et populi defensor imperialis vicarius ac etiam amiratus generalis in presentia consensu et voluntate infrascriptorum consiliariorum suorum ancianorum comunis Ianue et ipsi anciani in presencia auctoritate et decreto prefati magniffici domini ducis in sufficienti et legiptimo numero congregati secundum statuta ordinationes et consuetudines civitatis Ianue, et quorum ancianorum nomina qui interfuerunt sunt hec videlicet Thomas Marchius prior, Anthonius de Viciano, Franciscus de Bonacorda, Bernabos de Primentorio, Nicholaus de Levante quondam domini Levantini, Anthonius Medicus, notarius Iaunynus de Belforte, Draperius et Hugolinus de Sexto de predictis etc. qui dominus dux et consilium possunt et bayliam habent et auctoritatem plenissimam in quibuscumque negociis comunis Ianue quantumcumque arduis ambaxatores procuratores et syndicos constituere et ordinare et ipsa negocia et quelibet ipsorum reformare et super ipsis statuere decernere et ordinare prout et sicut eisdem vissum fuerit expedire habentes plenam notitiam et certam scientiam de quodam instrumento sindicatus et procure facti et facte in personas prudentum virorum domini Francisci de Henrico jurisperiti, Gabriellis Adurni et Pambelli de Casali civium januensium scriptum manu Georgii Oddoardi de Clavaro notarii et canzellarii comunis Ianue hoc anno die ultima februarii, et de omnibus et singulis in dicto instrumento contentis attendentes dictum Pambellum interesse non posse ad exequendum ea que sibi fuerunt commissa quia de proximo est recessurus de Ianua pro mercimoniis suis fiendis ut est moris mercatorum, confidentes de legalitate providi viri domini Facinanti civis januensis omni modo via jure et forma quibus melius potuerit pro se ipsis et successoribus suis et nomine et vice dicti comunis Ianue et omnium et singulorum baronum marchionum comitum castellanorum et dominorum vassallorum feudatariorum subditorum et quarumcumque aliarum personarum et universitatum sequacium seu complicium et unitorum seu unitarum cum prefato domino duce et comuni Ianue fecerunt constituerunt creaverunt, et ordinaverunt loco dicti Pambelli supradictum Dominicum Fatinanti licet absentem ambaxatorem sindicum procuratorem actorem et nuncium specialem ad omnia et singula agenda tractanda facienda ordinanda et firmanda ad que suprascriptus Pambellus vigore suprascripti instrumenti sindicatus et procure scripti manu suprascripti Georgii notarii una cum suprascriptis domino Francisco et Gabriele Addurno fuerat ambaxator procurator et sindicus constitutus et ordinatus et qui ipse Pambellus si presens adesset una cum suprascriptis domino Francisco et Gabriele Adurno seu cum altero ipsorum facere potuisset seu posset vigore suprascripti instrumenti sindicatus scripti manu dicti Georgii – Dantes et concedentes nominibus suprascriptis supradicto Dominico in predictis et circa predicta et quodlibet ipsorum et connexis coherentibus et dependentibus ab iisdem plenum liberum et generale mandatum cum plena libera et generali administratione et speciali ubi exigetur speciale promittentes et jurantes ad sancta Dei evangelia corporaliter tactis

scripturis mihi notario et canzellario infrascripto tamquam publice persone officio publico stipulanti et recipienti nomine et vice omnium et singulorum quorum interest intererit seu interesse poterit se se dictus nominibus perpetuo firmum ratum et gratum habituros omne id et totum quicquid per suprascriptum Dominicum ambaxatorem et sindicum suprascriptum una cum predictis domino Francisco et Gabriele ambaxatoribus et sindicis supradictis seu cum altero ipsorum factum gestum fuerit seu procuratum sub ypotheca et obligatione bonorum comunis Ianue volentes quod per presens mandatum non derogetur nec in aliquo derogatum esse intelligatur mandato suprascriptorum domini Francisci et Gabrielis, quorum mandatum voluerunt et mandaverunt per presens instrumentum esse potius confirmatum. Actum Ianue in Sarra superiori palacii ducalis comunis Ianue anno Dominice nativitatis millesimo trecentessimo sexagessimo indictione duodecima secundum cursum Ianue die vigesima tercia mensis marcii circha avemarias que pulsantur in sero presentibus testibus Nicholao de Caneto, Raffo de Canubio speciario, Bartholomeo Muscha de Levanto, et Petro de Reza, et Raphaele de Guascho notario et canzellario comunis Ianue ad hec specialiter vocatis.

Ego Conradus Mazurrus sacri imperii notarius et canzellarius prefati Magniffici domini domini ducis sui consilii et comunis Ianue predictis omnibus interfui et rogatus scripsi.

CXXIV

Giovanni marchese di Monferrato, in virtù della bailia, e poteri conferitigli dal Re di Aragona, e dai Genovesi, proroga per cinque anni, a datare dalla prossima festività di Pentecoste, il Compromesso fatto nella sua persona, per pronunziare il lodo sulle loro questioni.

(1360, 27 marzo).

Dai Regj Archivj di Corte di Torino, Documenti Genovesi, Serie 1.ª, Num. XXI.

Anno Domini millesimo tercentissimo sexagessimo indictione tertiadecima die vigessimo septimo mensis marcii in presencia testium infrascriptorum illustris princeps et magnifficus dominus, dominus Iohannes marchio Montisferrati imperialis vicarius etc. Arbiter arbitrator et amicabilis compositor et comunis amicus electus et assumptus per nobilem militem dominum Franciscum de Perellonibus camerlengum ac procuratorem et procuratorio nomine serenissimi principis et domini, domini Petri Dei gratia regis Aragonum Valencie Maioricarum etc. ex una, et pro una parte, et circumspectum virum dominum Leonardum de Montaldo jurisperitum civem januensem sindicum actorem procuratorem ambaxatorem et nuncium specialem sindicario actorio procuratorio et ambaxatorio nomine magniffici et excelsi domini, domini Symonis Bucanigre Dei gratia ducis januensium et populi defensor etc. et comunis Ianue, ac omnium et singulorum januensium, et qui pro januensibus in quacumque mondi parte se tractant et reputant, ac quarumcumque civitatum terrarum et locorum ipsi comuni Ianue in quacumque mondi parte suppositorum seu etiam convencionatorum cum ipso comuni nec non etiam quorumcumque comitum marchionum seu etiam dominorum feudatorum vassallorum seu coadjutorum adherentium et sequacium ipsius comunis ex parte altera de omnibus et singulis guerris discordiis rancunis invasionibus occupationibus captionibus incendiis dapnis magnis sive minimis causis sive questionibus quibuscumque cuiuscumque conditionis existant, et quocumque nomine censeantur inter ipsas partes motis vel ortis seu vertentibus et que oriri movi seu vertere possent quovis modo de jure vel de facto etc. tali modo etc. quod ipse possit et valeat dicere sententiare pronunciare etc. prout de compromisso facto in ipsum dominum marchionem constat publico instrumento recepto abreviato et in publicam formam reddacto per me Stibiotum Stibium notarium infrascriptum sub anno Domini millesimo tercentesimo quinquagesimo nono indictione duodecima die nono mensis aprilis – Qua auctoritate et baylia ac vigore auctoritatis ac baylie eidem domino marchioni arbitro supradicto date et concesse in eodem compromisso ipsum compromissum prorogandi semel tantum ad illum terminum qui ei videbitur et placuerit, et quem voluerit presentibus etiam volentibus et consentientibus dicto domino Francisco de Perillonibus, domino Jasperto de Tregurano et Romeo Lulli procuratoribus et procuratorio nomine dicti domini regis ut constat publico instrumento abreviato et scripto per Petrum de Carrega notarium sub anno Domini millesimo CCCLVIIII° die XIIII.ª novembris. Et circumspectis viris dominis Francisco de Henrico jurisperito Gabrielli Adurno et Dominico Fatinanti sindicis auctoribus procuratoribus et nunciis dictorum dominorum ducis et comunis Ianue ut constat publicis instrumentis coram eo productis etc. ac omni jure via modo et forma quibus melius potuit et potest predictum compromissum ac omnem et singulam bayliam auctoritatem potestatem

arbitrium et posse quodcumque sibi quomodocumque et qualitercumque concessum quesitum datum attributum ex forma dicti compromissi et contentorum in eo ac ratiffication factarum per dictum dominum regem et dominum ducem et comune Ianue, et instrumentorum procurationum et sindicatuum concessorum et concessarum et datorum ac datarum per dictum dominum regem dictis domino Francisco de Perellonibus domino Jasperto de Tregurano et Romeo Lulli, per dictos dominos duces ancianos et officiales guerre comunis Ianue dictis dominio Leonardo Francisco Gabriello Dominico et cuilibet eorum tam comuniter quam divissim ac etiam subsequenter dicto domino marchioni seu etiam alio quovis modo, qui ad presens vel in futurum dici possit seu modo aliquo machinari – Prorogavit et prorogat sibique reservavit et reservat usque ad annos quinque proxime venturos inchoandos in die festi pentecostes proxime venturi ita et tali modo quod non obstantibus aliquibus sentenciis pronunciationibus declarationibus preceptis ordinamentis seu executionibus factis vel etiam faciendis dictis declaratis preceptis ordinatis vel executis seu dicendis declarandis precipiendis ordinandis vel exequendis, sive super pace pronuncianda inter dictas partes, sive super causis questionibus et litibus vertentibus et que verti sperantur vel possent inter dictas partes vel aliquibus aliis causis vel articulis seu ordinationibus quibuscumque precipiendis vel ordinandis per ipsum dominum marchionem seu precepto vel mandato vel ordinatione ipsius quomodocumque vel qualiitercumque sint facta dicta declarata precepta ordinata executa seu fienda dicenda declaranda precipienda ordinanda vel exequenda a dicto die nono aprilis anni MCCCLVIIII usque ad finem dictorum quinque annorum inchoandorum in dicto festo pentecostes ut supra – ipse dominus marchio habeat et semper habere intelligatur omnimodam potestatem bayliam facultatem arbitrium et posse plenissimum liberum absolutum semper semel et pluries dicendi sententiandi pronunciandi arbitrandi arbitramentandi precipiendi diffiniendi, adiudicandi absolvendi condepnandi, et amicabiliter super omnibus tam pronunciatis quam non pronunciatis et cum obligationibus realibus personalibus et mixtis de quibus in dicto compromisso et in ratifficationibus fit mentio, ac super quibuscumque caussis cassibus et articulis qui vel que movi vel oriri possent inter dictas partes, et tam supra nominatis quam non nominatis componendi ac etiam de quibuscumque terris civitatibus locis bonis et rebus quibuscumque suppositis vel existentibus sub dominio vel ad obedientiam dicti domini regis vel dicte civitatis Ianue seu civium vassallorum vel subditorum ipsorum dominorum regis ducis et comunis Ianue tam in Sardinia et Corsica quam in quacumque alia mondi parte quemadmodum habet et habere posset si hodie et ista hora finaliter diceret et pronunciaret super omnibus et singulis guerris discordiis rancunis invasionibus occupationibus incendiis dapnis magnis sive minimis causis sive questionibus quibuscumque cuiuscumque conditionis existant et quocumque nomine censeantur que inter ipsas partes sunt vel esse possent quovis modo de jure vel de facto seu alio quoquomodo et ita et tali modo quod ipsum compromissum sit et esse intelligatur usque ad finem dictorum quinque annorum in eo statu vi et robore quibus modo est vel fuit non obstante aliquo jure seu aliqua exceptione de mondo, etiam competenti et juridica, et cum illis clausulis obligationibus sacramentis et penis tam realibus quam personalibus, quinymo ad cautelam sit et esse intelligatur per utramque dictarum partium siquid et quicumque contra eum aliquid opponet de jure vel de facto de novo factum et renovatum prout et sicut ipsum compromissum modo scriptum est et etiam ordinatum in qualibet sui parte. Actum in civitate Astensi in palacio habitationis prefati domini marchionis presentibus testibus illustri viro domino Ottone duce brunsuicense, reverendo domino fratre Francisco Dei et apostolice sedis gratia episcopo Veniensi, domino Iohanne de Cochonato comite et milite, domino

Iacobo de sancto Georgio ex comitibus de Blandrate milite, domino Oliverio Turcho de Castello milite, domino Bonifacio de Cochonato comite et milite et magistro hospicii dicti domini marchionis, domino Anthonio Lupo ex marchionibus de Sorannia capitaneo forestarie dicti domini marchionis in Ast, domino Nicholao de Capraria legum doctore potestate Ast, domino Raymundo de Solerio milite et legum doctore, domino Francisco de Summo legum doctore domino Albertino de Guastonibus legum doctore, domino Ottolino de Ghiselbertus legum doctore et comite palatino vicariis prefati domini marchionis, domino Rodulfo de Garreto decretorum doctore vicario domini Astensis episcopi, domino Petro de Zamoreis capitaneo populi Astensis, domino Frederico Guanleta legum doctore, domino Francisco Zopo licenciato in jure civilii, Bauduino de Rocheta, Oddono de Incisia, Guillelmo de Incisia, Iohanne de Rocheta ex marchionibus Incisie, Iohanne de Cerexeto Catalano de Mazadio ex comitibus de Valpergia, Nicholello de Tilio, Guillelmo de Gabiano Gineto de Cavagnolio Conrado Asinario, Petro de sancto Georgio, Anthonio ex comitibus de Valpergia, Anthonio de Montabono, Ottone et Oddonino de Gunt de Castello, Sadino de Sancto Georgio de advocatis, Guillielmo de Fraxinello ex comitibus Cabuliate Dominico de Montilio, Saglino de Fraxinello et pluribus aliis. De quibus omnibus et singulis dictus dominus marchio arbiter et arbitrator predictus presentibus audientibus et intelligentibus dictis procuratoribus et sindicis dictorum dominorum regis ducis et comunis Ianue et quolibet eorum precepit per me Stibiotum Stibium notarium et canzellarium infrascriptum fieri plura publica instrumenta prout melius et solepnius fieri poterit et dictari.

Et ego Stibiotus Stibius publicus imperiali auctoritate notarius et canzellarius prefati domini marchionibus omnibus et singulis suprascriptis vocatus et rogatus interfui et sic scripsi, signumque meum consuetum appossui in testimonium omnium premissorum et me subscripsi.

CXXV

Lodo di Giovanni marchese di Monferrato, col quale sono definite alcune delle questioni tra il re di Aragona, e i Genovesi, con riserva di definir poi le altre, e intanto si comanda ai contendenti di consegnare, e mettere a disposizione del medesimo marchese la città di Alghero, ed altri luoghi di Sardegna, co' diritti dipendenti, fino a che si potesse pronunciare definitivamente a tal riguardo.

(1360, 27 marzo).

Dai Regj Archivj di Corte di Torino, Documenti Genovesi, Serie 1.ª, Num. XXII.

In nomine sancte et individue Trinitatis Patris Filii et Spiritus Sancti, et totius celestis curie amen. Nos Iohannes marchio Montisferrati imperialis vicarius etc. Arbiter arbitrator arbitramentator amicabilis compositor et comunis amicus electus et assumptus per nobilem virum dominum Franciscum de Perilionibus militem consiliarium et camerlengum ac procuratorem certum ac specialem et procuratorio nomine serenissimi principis domini, domini Petri Dei gratia regis Aragonum Valentie Maioricarum Sardinie et Corsice, comitisque Barchilonie Rosilionis et Ceritanie avunculi nostri carissimi, prout de eius procura baylia et auctoritate sibi super infrascriptis a prefato domino rege concessa, et tam specialiter quam generaliter atributa constat publico instrumento tradito et confecto ac roborato signo et juramento domini regis predicti sub signo et nomine Bernardi de Bonastre prefati domini regis scriptoris secretarii, eiusque auctoritate notarii publici sub anno Domini millesimo tercentesimo quinquagesimo nono XXV[a] die decembris ex una et pro una parte, et circumspectum virum dominum Leonardum de Montaldo jurisperitum civem januensem, sindicum actorem procuratorem ambaxatorem et nuncium specialem magniffici domini, domini Symonis Bucanigre Dei gratia ducis januensium et populi defensoris fratris et compatris nostri carissimi, et comunis Ianue specialiter et solepniter constitutum ad hoc per ipsum dominum ducem in presencia consensu et voluntate infrascriptorum ancianorum sui conscilii et officialium officii guerre auctoritate et decreto dicti domini ducis, et quorum ancianorum qui ad hoc interfuerunt nomina sunt hec: Manuel de Casina prior, Iacobus Carpanetus, dominus Petrus de Casteliono jurisperitus, Iacobus de Francischis, Iacobus de Ulmo, Nicolaus Salicetus, Lafranchus Drizacorne, Nicholaus Oddonis, Anthonius de Compagnono, Raphael Thome, officialium vero guerre nomina sunt hec: Georgius Capellus prior, Lanzalotus de Castro, Bartholomeus Rubeus, Anthonius de Struppa sindicario procuratorio et ambaxatorio nomine prefatorum dominorum ducis ancianorum et officialium guerre ac nomine et vice comunis Ianue et pro ipso comuni ac omnium et singulorum januensium et qui pro januensibus in quacumque mondi parte se tractant et reputant nec non nomine et vice quarumcumque civitatum terrarum et locorum ipsi comuni Ianue in quacumque mondi parte suppositorum seu convencionatorum cum ipso comuni, nec non etiam quorumcumque comitum, marchionum baronum seu etiam dominorum vassallorum feudatorum seu etiam convencionatorum ipsius comunis Ianue seu cum ipso comuni, ac quorumcumque valitorum coadiutorum adherentium et sequacium ipsius comunis – De cuius domini Leonardi sindicatu procura potestate et baylia per prefatum dominum ducem in presencia consensu et voluntate dictorum dominorum ancianorum sui conscilii et officialium officii guerre nec non per prefatos ancianos et officiales guerre

auctoritate et decreto dicti domini ducis factis concessis datis et tam specialiter quam generaliter atributis eidem constat publico instrumento recepto abreviato et in publicam formam reddacto per Georgium Oddoardi de Clavaro imperiali auctoritate notarium et canzellarium prefati magniffici domini ducis et comunis Ianue sub anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo nono indictione undecima secundum cursum Ianue die vigessima secunda marcii ex parte altera, de omnibus et singulis guerris discordiis rancunis invasionibus occupationibus captionibus incendiis dapnis magnis sive minimis causis sive questionibus quibuscumque cuiuscumque conditionis existant et quocumque nomine censeantur inter ipsas partes motis vel ortis seu vertentibus, et que movi oriri seu verti possent quovis modo de jure vel de facto, et de omni et toto eo ac omnibus et singulis que una pars ab altera aut altera ab altera petere exigere vel requirere posset verbo vel facto de jure vel de facto seu alio quovis modo etc. prout de compromisso lato pleno et generali in nos facto constat publico instrumento recepto et abreviato per Stibiotum Stibium notarium et canzellarium nostrum dicto anno Domini MCCCLVIIII. indictione decima secunda die nono mensis aprilis eiusdem anni. Visso instrumento procurationis et baylie dicti domini Francisci, et instrumento sindicatus et procurationis et baylie dicti domini Leonardi, de quibus duobus instrumentis procure et sindicatus superius mentio facta est, et vissis litteris per non subsequenter missis dicto domino regi, ac dictis domino duci et comuni Ianue pro carceratis hinc inde rellaxandis et incarceramentis factis per ipsos carceratos seu ipsorum occasione revocandis, et annullandis etc. et ordine per nos dato inter dictas partes et ipsis partibus pro cessatione offensarum hinc inde que omnia per nos arbitrum antedictum super hiis mandata et ordinata in omnibus parlibus et capitulis que voluimus executioni mandata sunt et ea que restant exequi Christi gratia ad nostri voluntatem et placitum per partes ipsas totaliter exequentur vissoque instrumento ratiffications facte per dictum dominum regem sub compromisso predicto quod instrumentum receptum et scriptum est per Petrum de Carrega notarium et scribam dicti domini regis et roboratum sigillo pendenti, ac signis dicti domini regis et dicti Petri sub dicto anno Domini millesimo tercentesimo quinquagesimo nono die tercia augusti ac visso instrumento ratiffications facte super dicto compromisso per dictum dominum ducem et quatuor officiales habentes una cum dicto domino duce totam illam bayliam quam comune Ianue habet, quod instrumentum abreviatum est et in publicam formam reddactum per dictum Georgium Oddoardi de Clavaro imperiali auctoritate notarium et canzellarium dicti domini ducis et comunis Ianue dictis anno Domini MCCCLVIIII.° indictione undecima secundum cursum Ianue, die nona septembris. Et alio instrumento ratiffications facte super dicto compromisso et contentis in eo per dictum dominum regem cum consilio assensu et approbatione illustris domine Alionore regine Aragonum consortis eiusdem domini regis, ac venerabilis et relligiosi fratris Iohannis Ferdinandi de Heredia castellani emposte ac prioris sancti Egidii Castelle et legionis, nobilis Bernardi de Capraria, Gilamberti de Sintillis, Mathei Mercerii militum, Francisci Roma legum doctoris consiliariorum dicti domini regis quod instrumentum receptum est et abreviatum per Bernardum de Pinos notarium et scriptorem eiusdem domini regis, et roboratum sigillo pendenti ipsius domini regis, ac signis dictorum dominorum regis et regine, dictorumque consiliariorum, et dicti Bernardi de Pinos sub anno Domini MCCCLVIIII.° quinta die decembris, et visso alio instrumento procure dicti domini Francisci de Perillonibus militis camarlengi, domini Jasperti de Tregurano jurisperiti promotoris curie dicti domini regis et Romei Lulli procuratorum et consiliariorum ipsius domini regis quod instrumentum receptum et abreviatum et in publicam formam reddactum est per Petrum de Carrega scriptorem dicti domini regis sub anno Domini MCCCLVIIII.°

die XIIII novembris roboratum sigillo pendenti dicti domini regis et signis ipsius, domini regis et dicti Petri de Carrega ac visso instrumento sindicatus domini Francisci de Henrico jurisperiti et Gabriellis Adurni ambaxatorum sindicorum et procuratorum dicti domini ducis et comunis Ianue, de quo sindicatu constat publico instrumento recepto et in publicam formam reddacto per dictum Georgium Oddoardi de Clavaro notarium et canzellarium dicti domini ducis et comunis Ianue, sub hoc anno Domini MCCCLX. indictione duodecima secundum cursum Ianue die XXVII.ª februarii inter terciam et nonam, et visso instrumento sindicatus et baylie Dominici Fatinanti civis Ianue sindici dicti domini ducis et comunis Ianue una cum dictis domino Francisco et Gabrielle Adurno substituti sive constituti loco Pambelli de Casali absentis, qui constitutus fuerat ad hec una cum dictis domino Francisco et Gabrielle quod instrumentum abreviatum et receptum est per Conradum Mazurrum notarium et canzellarium domini ducis predicti et comunis Ianue sub hoc anno die XXIII.ª mensis presentis marcii indictione XII.ª secundum cursum Ianue; Habitis etiam solepni tractatu et matura deliberatione super omnibus et singulis premissis et aliis nobis narratis per partes predictas, intellectis etiam juribus, rationibus atque caussis partium predictarum, habito etiam consilio militum doctorum et aliorum quamplurium sapientum apud nos existentium, et oculis mentis nostre ad divine maiestatis presentiam errectis, de cuius vultu nostrum procedat judicium, et Christi gratia perpetuo confirmetur sedentes in hiis scriptis Christi et beate Marie virginis gloriose, beatique Georgij militis celestis sufragio et nominibus invocatis dicimus precipimus et formaliter arbitramur diffinimus arbitramentamur bonam veram et cordialem pacem Deo propicio perpetuo duraturam inter partes predictas omnesque adherentes sequaces coadjutores valitores colligatos et subditos parcium predictarum et specialiter magniffici organi turchi magni colligati dicti domini ducis et comunis Ianue, omnesque rancores omniaque odia qui et que occasione dicte guerre inter dictas partes orta erant, et oriebantur remittimus et totaliter abolemus, et pro abolitis et remissis de cetero haberi volumus et mandamus. Item quod omnia dapna, iniurie cedes et offensiones data facta et illata et date facte et illate qualitercumque et in quibuscumque rebus tempore vigentis guerre inter partes predictas sint et esse intelligantur hinc inde remissa et remisse et quod de eis aliqua ipsarum partium non teneatur ad aliquam emendationem vel restitutionem alteri parti, de dapnis vero datis per partes hinc inde ante dictam guerram vel a tempore citra quod offensiones cessare debuerunt nobis bayliam omnimodam reservamus. *Item dicimus diffinimus et formaliter arbitramur et arbitramentamur quod dicte partes videlicet serenissimus dominus rex Aragonum supradictus et magnificus dominus dux et comune Ianue nobis et in nostri forciam seu comissariorum nostrorum pro nobis et nomine nostro ponere debeant ac tradere realiter cum effectu loca infrascripta, videlicet dominus rex predictus villam et locum* Algherii *insule* Sardinie *cum omnibus juribus et pertinenciis suis universis et hominibus mero mixto imperio, et omnimoda jurisdictione, et aliis juribus fortaliciis quibuscumque et* prefatus dominus dux et comune Ianue similiter in nostri forciam, seu commissariorum nostrorum pro nobis ponere debeant ac tradere realiter cum effectu locum et terram Bonifacii insule Corsice cum omnibus juribus hominibus mero mixto imperio et omnimoda jurisdictione, et aliis ipsius loci et terre Bonifacii juribus pertinenciis, et fortiliciis quibuscumque, *que locorum terrarum hominum fortiliciarum et jurium predictorum traditio nobis fieri debeat seu dictis nostris commissariis pro nobis a die festi pentecostes proxime venturi deinde ad unum annum tunc proxime venturum; remanentibus dumtaxat in dictis locis illis personis, quas nos marchio arbiter et arbitrator ut supra voluimus et duximus ordinandum. Que loca terre et homines cum juribus et pertinenciis*

supradictis penes nos et in nostri forciam debeant remanere usque ad finem termini prorogationis dicti compromissi jam facte que est annorum quinque a die festi pentecostes proxime venturi usque ad quinque annos et minus si et prout nobis videbitur. Pro securitate et integra observatione et executione dicte pacis, et omnium aliorum dicendorum pronunciandorum arbitramentandorum precipiendorum et diffiniendorum per nos super omnibus et singulis causis et questionibus que vertuntur et verti sperantur aut quoquomodo sunt vel esse possent inter dictas partes et specialiter occasione insule Corsice et omnium locorum insule Sardinie*, et specialiter* Alghierii *et aliorum locorum in quibus dicte partes pretenderent jus habere, et locorum villarum et castrorum existentium in eisdem insulis et occasione dapnorum omnium inter partes predictas quovis modo datorum vel illatorum in terra vel mari, quibus annis elapsis vel ante de dictis locis* Alegherii *et Bonifacii fieri et esse debeat prout de eis per nos dictum marchionem arbitrum etc. fuerit dictum vel ordinatum infra dictum tempus.* Item dicimus sententiamus pronunciamus arbitramur et arbitramentamur quod si aliqua dictarum partium recusaret infra dictum tempus suum locum declaratum ut supra ponere in nostri forciam seu comissariorum nostrorum, vel ipsum locum non poneret in forciam nostram effectualiter ut supra tunc et eo casu et casibus cadat in penam florenorum centum milium in compromisso contentam, et pars que suum locum in manibus et forcia nostra possuerit et obediverit prout supra possit et ei licitum sit sua propria auctoritate locum partis non observantis vi armorum et quocumque alio modo vi et ingenio invadere et apprehendere et omnia alia facere que principaliter pertinent ad apprehensionem dicti loci, et in manibus et virtute nostra ponere, quod effectualiter et precisse facere teneatur ut de ipso loco possimus disponere et ordinare vigore nostri arbitrii seu potestatis sicut nostre placuerit voluntati et per hoc pars que invaderet et apprehenderet seu apprehendi faceret, et in nostris manibus et forcia poni faceret locum illum sic invasum et apprehensum ut supra non intelligatur dictam pacem fregisse turbasse vel violasse aut in penas aliquas incidisse sed hoc non obstante per utramque partem pax predicta firma et stabilis perseveret et inviolabiliter observetur et invasor huiusmodi vel apprehensor, sive pars invadens et apprehendens, et illum in manibus nostris ponens, vel invadi apprehendi et poni faciens nullam per hoc penam incurrat sed dicta pax ut supra firma et stabilis perseveret pro utraque parte sub penis predictis – Item consulto et ex certa scientia ac vigore et auctoritate baylie et potestatis nobis ex forma dicti compromissi concesse et omni jure modo et forma quibus melius possumus reservamus nobisque retinemus integraliter omnem bayliam et potestatem nobis per dictas partes concessam in compromisso predicto et aliter qualitercumque et in quibuscumque aliis obligationibus juramentis et penarum adiectionibus per dictas partes et quamlibet earum factis et ordinatis iterum semel et pluries dicendi sententiandi pronunciandi arbitramentandi precipiendi adiudicandi donandi tradendi et remittendi corrigendi suplendi declarandi et interpretandi addendi et diminuendi prout et quumcumque nobis videbitur et placuerit, et prout voluerimus et nobis placebit ad nostram meram absolutam et liberam voluntatem inter partes predictas in super et pro omnibus et singulis questionibus causis atque controversiis, que inter dictas partes quomodocumque vertuntur vel verti possent quocumque modo vel causa re verbo vel facto in terra vel mari vel aliis mondi partibus quibuscumque et tam pronunciatis quam non pronunciatis – Et predicta omnia et singula cum omnibus et singulis connexis emergentibus et dependentibus ex eisdem dicimus sententiamus diffinimus arbitramur et arbitramentamur debere per predictas partes et quamlibet earum inviolabiliter observari, ac etiam de presenti emologari debere per dictos sindicos et procuratores dictarum parcium procuratorio et sindicario nomine ipsarum sub pena florenorum centum millium auri in dicto compromisso contenta

comitenda et applicanda prout in dicto compromisso plenius continetur, ad cuius pene exactionem si forsitan comitatur, quod absit, pars observans et atendens auxilium armorum gentium navigiorum et expensarum opportunum contra partem non observantem et in penam incidentem nobis impendere et dare teneatur, et ad hoc faciendum ex nunc prout ex tunc dictas partes et quamlibet earum vigore dicte nostre potestatis sententialiter condepnamus. Lata publicata pronunciata et apta fuit suprascripta sententia per prefatum dominum marchionem arbitrum et arbitratorem predictum in civitates Astensi in palacio habitationis eiusdem domini marchionis arbitri et arbitratoris predicti, et lecta per me Stibiotum Stibium notarium et canzellarium ipsius domini marchionis presentibus dictis domino Francisco de Perillonibus milite, domino Jasperto de Tregurano jurisperito et Romeo Lulli cive Barchilonie procuratoribus et ambaxatoribus, et procuratorio nomine dicti domini regis Aragonum et dictis domino Francisco de Henrico jurisperito Gabriele Adurno et Dominico Fatinanti sindicis procuratoribus et ambaxatoribus sindicario et procuratorio nomine dictorum domini ducis et comunis Ianue emologantibus laudantibus ratifficantibus, et approbantibus dictam sententiam et omnia et singula suprascripta et eis et quolibet eorum jurantibus corporaliter ad sancta Dei evangelia tactis scripturis in animas omnium eorum, et singulorum quorum procuratores et sindici sunt ut supra per dictam sententiam, et emologationem et omnia et singula suprascripta perpetuo rata et firma habere et tenere, et nullo tempore contrafacere vel venire aliqua ratione vel causa de jure vel de facto etiamsi de jure contravenire possent sub penis predictis. Et presente illustrissima domina domina Elisabeth infantissa Maioricarum, marchionissa Montisferrati etc. consorte prefati domini marchionis et presentibus testibus illustri viro domino Ottone duce Brunsvicensi reverendo domino fratre Francisco Dei et apostolice sedis gratia episcopo Veiensi, domino Iohanne de Cochonato comite et milite, domino Anthonio Lupo ex marchionibus de Sorania capitaneo forestarie dicti domini marchionis in Ast domino Iacobo de sancto Georgio ex comitibus de Blandrate milite domino Oliverio Turcho de Castello milite domino Bonifacio de Cochonato comite magistro hospicii dicti domini marchionis et milite domino Nicholao de Captania legum doctore potestate Ast domino Raymondo de Solerio milite et legum doctore, domino Francisco de Summo legum doctore, domino Albertino de Guastonibus legum doctore, domino Ottolino de Ghiselbertis legum doctore et comite palatino vicariis prefati domini marchionis domino Rodulfo de Gorretis decretorum doctore vicario domini Astensis episcopi, domino Petro de Zamoreis capitaneo populi Astensis domino Frederico Guarleta legum doctore, domino Francisco Zopo licentiato in jure civili, Bauduyno de Rocheta, Oddono de Incisia Guillielmo de Incisia, Iohanne de Rocheta ex marchionibus Incisie Iohanne de Cerexeto, Catalano de Mazadio ex comitibus de Valpergia, Nicholello de Tilio Guillielmo de Gabiano, Gineto de Cavagnolo, Conrado Asinario, Petro de Sancto Georgio, Anthonio ex comitibus de Valpergia, Anthonio de Montabono, Ottone et Oddonino de Gut… de Castello Sadino de Sancto Georgio de advocatis Guillelmo de Fraxineto ex comitibus Cabaliate, Dominico de Montiglio, Saglino de Fraxinello, et pluribus aliis – Anno Domini millesimo tricentesimo sexagesimo indictione tertiadecima die vigessimo septimo mensis marcii, de qua quidem sententia et omnibus et singulis suprascriptis et contentis in ea prefatus dominus marchio arbiter arbitrator et arbitramentator predictus presentibus dictis domino Francisco de Perellonibus domino Jasperto de Tregurano et Romeo Lulli procuratoribus et procuratorio nomine prefati domini regis Aragonum etc. et presentibus similiter dictis domino Francisco de Henrico, Gabrielle Adurno, et Dominico Fatinanti sindicis et ambaxatoribus et sindicario nomine antedicti domini ducis et comunis Ianue, nec non presentibus dictis testibus et ipsi procuratores et sindici dicti domini regis, et dicti

domini ducis et comunis Ianue, presente iam dicto domino marchione et presentibus testibus supradictis, et quilibet eorum preceperunt per me Stibiotum Stibium predictum notarium et canzellarium infrascriptum fieri plura publica instrumenta.

Et ego Stibiotus Stibius publicus imperiali auctoritate notarius et canzellarius prefati domini marchionis predictis omnibus et singulis vocatus et rogatus interfui, et dictam sententiam et omnia et singula suprascripta propria manu scripsi et me subscripsi, signumque meum consuetum appossui in testimonium omnium premissorum.

CXXVI

Altro lodo di Giovanni Marchese di Monferrato sopra le controversie dei Genovesi col Re di Aragona, nel quale il detto Marchese si riserva di arbitrare, e sentenziare riguardo ai luoghi, ville, terre, possessioni, giurisdizioni, e redditi, che i D'Oria aveano in Sardegna, dopo che gli sarebbero presentate le informazioni scritte, e giurate a tal riguardo da Francesco de Perilionibus, e da Leonardo di Montaldo procuratori dei contendenti.

(1360, 30 marzo).

Dai Regii Archivi di Corte di Torino, Documenti Genovesi, Serie 1.ª, Num. XXIII.

In nomine Domini Amen. Nos Iohannes Marchio Montisferrati Imperialis vicarius et arbiter arbitrator arbitramentator et comunis amicus electus et assumptus per nobilem militem dominum Franciscum de Perilionibus consiliarium et camerlengum ac procuratorem et procuratorio nomine Serenissimi Principis et domini Petri Dei gratia Regis Aragonum Valencie Maioricarum Sardinie et Corsice comitisque Barchilonie Rossilionis et Ceritanie ex una et pro una parte, et sapientem virum dominum Leonardum de Montaldo jurisperitum sindicum et sindicario nomine magniffici fratris et compatris nostri carissimi domini Simonis Bucanigre Dei gratia ducis Ianuensium imperialis vicarii, et populi defensoris, et etiam amirati generalis et comunis Ianue ex parte altera, prout de compromisso in nos facto constat publico instrumento recepto et abreviato per Stibiotum Stibium notarium et canzellarium nostrum anno Domini MCCCLVIIII. indictione XII. die nono mensis aprilis, visso dicto compromisso et ratiffications factis super ipso compromisso, et instrumentis procurationum et bayliarum dictorum domini Francisci de Perilionibus,et domini Leonardi, de quibus in ipso compromisso fit mentio, vissoque alio instrumento procure concesse per dictum dominum Regem dicto domino Francisco de Perilionibus, domino Iasperto de Tregurano jurisperito promotori curie ipsius domini regis et Romeo Lulli civi Barchilonie, de quo instrumento procure et baylie eis vel duobus ex ipsis attribute et concesse constat publico instrumento scripto manu Petri de Carrega scriptoris dicti domini Regis, et roborato sigillo pendenti, et juramento eiusdem domini Regis, ac signis ipsius domini Regis et dicti Petri sub anno Domini millesimo CCCLVIIII. die decima quarta novembris ac visso instrumento sindicatus et baylie domini Francisci de Henrico jurisperiti et Gabriellis Adurni ambaxatorum sindicorum et procuratorum dicti domini ducis et Comunis Ianue sub hoc anno Domini millesimo tercentesimo sexagessimo indictione decima secunda secundum cursum Ianue die vigesimo septimo februarii inter terciam et nonam et visso instrumento sindicatus et baylie Dominici Fatinanti civis Ianuensis sindici dicti domini ducis et comunis Ianue ut constat alio publico instrumento abreviato et in publicam formam reddacto per Conradum Mazurrum notarium et canzellarium dicti domini ducis et comunis Ianue sub hoc anno die XXIII mensis presentis marcii indictione XII.ª secundum cursum Ianue – Vissaque sententia et pronuntiatione pacis per nos facta et lata ac promulgata inter partes predictas de qua constat instrumento recepto et abreviato per Stibiotum Stibium notarium et canzellarium nostrum sub hoc anno et indictione die XXVII mensis presentis marcii. – Atentis bayliis nobis datis per quamlibet ipsarum partium quas semper nobis reservavimus, et nunc etiam reservamus, cupientesque quecumque dubia et causas tollere propter quas vel que scandalum aliquod inter dictas partes vel aliquem seu aliquos subditos vel subditum

ipsarum parcium posset verisimiliter provenire et declarationes inter ipsas partes facere et aponere propter quas ipsa pax et omnia in sententia et pronunciatione nostra contenta per quamlibet ipsarum partium et omnes et singulos subditos earumdem inviolabiliter ac cordialiter observentur. Sedentes in hiis scriptis Christi et beate Marie Virginis nominibus invocatis dicimus sententiamus pronunciamus diffinimus arbitramur et arbitramentamur, fieri atendi et inviolabiliter observari precipimus per ipsas partes, et earum quamlibet ac omnes et singulos subditos earumdem, prout ad quemlibet in futurum dignoscetur referendo singula singulis pertinere prout inferius continetur. – In primis quod omnia dapna data inter dictas partes vel aliquas ipsarum parcium ante inchoationem nuper preterite guerre sive tempore pacis sive tregue, et sive de eis esset aliqua assignatio facta sive non, sint et esse intelligantur remissa cassa et nulla, et omnes assignationes pro eis facte, irrite et annullate, et per acceptilationes solepniter interjectas satisfacte esse intelligantur. Ita videlicet quod dictus dominus rex suis dapna passis satisfactionem fieri faciat per viam impositionis quatuor denariorum pro libra super mercatoribus apponende et colligende in terratorio suo ab illis qui januam, vel alia loca comunis Ianue vel subdita ipsi comuni iverint, et ipse dominus dux et comune Ianue suis dapnificatis satisfaciant versa vice per modum eumdem. Item quod ab hinc in antea quicumque patronus vel dominus magister vel prepositus navis galee ligni vel cujuscumque navigii seu vasis maritimi in quo navigent ultra decem persone recedendo ab aliquo portu seu districtibus, ripariis vel plagiis terrarum dicto domino Regi seu eius comunitatibus. Et similiter dicto domino duci et comuni Ianue, riparie et districtui eiusdem ubique subiectarum, ante quam recedat teneatur ad sancta Dei evangelia jurare et sub obligatione bonorum suorum promittere de non offendendo molestando inquietando vel dapnificando in personis bonis aut rebus in mari nec in terra aliquam partem, vel subiectum aut districtualem partis alicuius in generali universali seu etiam particulari quoquomodo, quod si contra dictum juramentum et dictam promissionem factum fuerit, dictus dominus rex pro recedentibus a portubus terris et districtibus suis, et dictus dominus dux et comune Ianue pro recedentibus a portubus terris et districtibus eorumdem satisfaciant taliter dapnificatis et satisfacere teneantur de bonis dictorum dapnificantium usque ad quantitatem in qua dapnificatos fuisse probetur et nichilominus dictos ledentes persequantur et puniant prout juris erit, et eis vissum fuerit expedire. Quod si dicti padroni vel domini magistri seu prepositi ipsarum navium, galearum, lignorum vel aliorum vassorum maritimorum seu navigii cuiuscumque non prestita predicta cautione recesserint et navigando hinc inde aliqua dapna intulerint seu subditos et districtuales ipsorum dominorum regis, ducis, et comunis Ianue, seu alicuius ipsorum offenderint molestaverint inquietaverint vel dapnificaverint in personis bonis aut rebus in mari vel in terra dictus dominus rex et dictus dominus dux et comune Ianue prout ad quemlibet et eorum districtum pertinuerit omnimodam satisfactionem dapna passis de bonis dapnificantium facere teneantur, et ipsis emendam et satisfactionem huiusmodi ut predicitur facientibus non incidant in penam compromissi quamvis etiam cauptionem non receperint supradictam. Si vero subiecti tam dicti domini regis, quam dicti domini ducis et comunis Janue extra jurisdictionem eorum armaverint, seu aliunde recedentes aliqua dapna intulerint subiectis vel districtualibus partium iamdictarum in personis bonis aut rebus in mari vel in terra quoquomodo dictus dominus rex et dominus dux et comune Ianue eos persequi viriliter teneantur et contra ipsos ut supra dictum est procedant videlicet quod dicti dominus rex dominus dux et comune Janue ut ad quemlibet ipsorum pertinuerit satisfaciant et satisfacere habeant dapna passis de bonis ipsorum dapnificantium que reperiri potuerint super jurisdictione et districtu eius, cui subiecti fuerint ipsi delinquentes, et nichilominus ipsos dapnificantes persequantur, et puniant ut juris ratio

suadebit. Item quod armantes in terra et districtu tam dicti domini regis quam dicti domini ducis et comunis Ianue naves galeas lembos et vassa quecumque maritima navigabilia ab ipsis terris et districtu recedentia teneantur assecurare ydonee cum fidejubsoribus unusquisque silicet in posse ordinarii loci seu locorum ubi armaverint, videlicet subditi dicti domini regis de non inferendo malum dictis januensibus seu alicui eorum et e converso Ianuenses predicti de non inferendo malum subditis dicti domini regis seu alicui eorumdem. Item quod si armata dicti domini regis vel dicti domini ducis et comunis Ianue qualiscumque fuerit dapnum inferret alteri parti seu subditis eidem, tunc ipse dominus rex pro sua armata et suo nomine facta ad faciendum restitutionem dapna passis et emendam de dapnis eis illatis in solidum teneatur. Et e converso dominus dux et comune Ianue ad faciendam restitutionem dapna passis et emendam de dapnis eis illatis in solidum teneatur. Item quia Columbus Lomellinus dicit se dapnificatum fuisse per aliquos Catalanos in Barbaria de mense julii proxime preterito de certis mercibus valoribus de morbotinis septuaginta milibus, ideo nos arbiter et arbitramentator predictus terminum assignamus eidem columbo unius anni ad probandum in Ianua coram domino Anthonio de Stephanis juris utriusque perito vicario et consiliario nostro de dapno predicto, qui annus incipere intelligatur die qua ipse Columbus vel alia persona pro eo legiptime constituta requisiverit coram dicto domino Antonio eius probationes admitti, quarum probationum receptionem eidem domino Anthonio ex nunc ducimus comittendam. Item quia Iohannes Ermongandi de Perpiniano et Petrus Fighera de Barchinonia et multi ex subditis et districtualibus dicti domini regis asserunt dapnificatos fuisse per subditos dicti domini ducis et comunis Ianue a die et tempore citra quod post factum compromissum predictum in nos ordinavimus quascumque offensiones inter ipsas partes et quamlibet earumdem cessare debere, et e converso multi ex subditis et districtualibus dicti domini ducis et comunis Ianue asserunt dapnificatos fuisse per subditos dicti domini regis, et emende condigne ipsis dapnificatis fieri possint ex nunc comitimus domino Bernardo de Palaciolo licentiato in jure civili quod in civitate Barchinonie recipiat et admittat omnes et singulas probationes per testes vel alio debito modo fiendas ab omnibus et singulis catalanis vel subditis domini regis predicti quas facere voluerint ad docendum de ipsis dapnis illatis eisdem usque ad presentem diem et sic etiam versavice comitimus dicto domino Anthonio de Stephanis utriusque juris perito vicario et consiliario nostro, quod in civitate Ianue recipiat et admittat omnes et singulas probationes per testes vel alio debito modo fiendas ab omnibus et singulis januensibus et omnibus vel subditis vel districtualibus dicti domini ducis et comunis Ianue quas facere voluerint ad docendum de ipsis dapnis illatis eisdem usque ad presentem diem quos dominos Bernardum et Anthonium et quemlibet eorum ad ipsas probationes recipiendas, et deinde nobis mittendas sub eorum sigillis vel per publica instrumenta nostros speciales comissarios elegimus et eligimus, et eis et eorum cuilibet vices ad hoc oportunas duximus comittendas, que probationes fiant infra unum annum incipiendum die qua volentes probationes admitti. Sane tamen intellecto quod de dapnis datis per quatuor galeas que fuerunt anno proxime preterito in auxilium Regis Castille non obstantibus predictis servetur in omnibus et per omnia secundum formam tractatus facti super cessatione offensionum seu facti ante pacem pronunciatam. Item quod usque ad diem secundum mensis februarii proxime venturi anni MCCCLXI incluxive januenses non utantur in regnis et terris dicti domini regis immunitatibus consuetis, et Catalani, et subditi dicti domini regis in Ianua et districtu et locis comunis Ianue immunitate non utantur, quo tempore elapso exinde locum habeat hinc inde immunitas consueta. Item quod siqua ex aliquo contractu vel quasi vel ex aliquibus privilegiis non occasione dapni procedentia debeantur a dictis partibus hinc inde

vel ab aliqua vel aliquibus singularibus personis ex dictis partibus ab alia parte, vel singularibus personis eiusdem, illa jura firma remaneant et illesa quemadmodum erant ante inchoatam nuper preteritam guerram, et nullo modo immutata per presentem pacem et quod utatur eis privilegiis prout utebatur vel uti poterat tempore quo guerra incepit seu ante. Item quod omnes possessiones que essent domini regis vel subditorum suorum in Ianua et districtu vel versavice que essent domini ducis vel comunis Ianue vel suorum districtualium etiam burgensium dicti domini regis in maioricis vel Aragonia vel Catalonia libere restituantur eisdem ut ipsis gaudeant et possideant libere, sicut faciebant ante guerre inchoationem, et specialiter infrascriptis videlicet Benedicto (benedicto) de Levanto olim burgensi maioricarum Iohanni de Bonsegnoris et aliis in simili casu existentibus. Item quia Simon cibo olim carceratus in carceribus Catalanorum asserit solvisse de mense junio proxime preterito florenos ducentum quinquaginta pro recato suo indebite et contra ordinationem per nos factam super relaxatione carceratorum, et super ipsorum carceratorum obligationibus et incarceramentis annullandis etc. Arbitramentamur et ordinamus etc. quod ipse Symon suas probationes faciat coram domino Anthonio de Stephanis supradicto et si solvit post ordinationem capituli super hoc ordinati, quod dicti floreni ei restituantur. Et idem in omnibus et per omnia fiat pro Andriano peregrino qui dicit simili de causa se recipere debere florenos quadringentos, quos occasione recati fuit ut dicit coactus solvere contra dictam nostram ordinationem pro recato suo, ita quod eo casu dicti floreni sibi restituantur si restituti non sunt. *Item quod de terris villis possessionibus jurisdictionibus, redditibus et locis illorum de Auria in insula* Sardinie *situatis videlicet quid de eis per nos arbitrum antedictum debeat declarari, dominus Franciscus de Perilionibus predictus debeat nobis dimittere suas informationes in scriptis, et cum dominus Leonardus de Montaldo venerit debemus eius informationes sub eius juramento recipere, et sic ipsorum duorum informatione vissa et ostensa informatione ipsius domini Francisci de Perilionibus dicto domino Leonardo teneamus pronunciare et declarare secundum informationem nobis cum dicto juramento fiendam per dictum dominum Leonardum et predicta omnia et singula dicimus sententiamus arbitramur arbitramentamur fieri atendi et observari precipimus sub pena in dicto compromisso contenta, et omni jure modo et forma quibus melius possimus reservantes nobis omnem nostram bayliam arbitrium et potestatem nobis per dictas partes et earum quamlibet quomodolibet attributam iterum semel et pluries dicendi sententiandi pronunciandi arbitrandi arbitramentandi diffiniendi precipiendi adiudicandi etc. prout, et quandocumque et quociescumque nobis placuerit et voluerimus de et super omnibus quibus voluerimus tan pronunciatis quam non pronunciatis ad nostram liberam voluntatem presentibus dictis domino Francisco de Pellonibus, domino Iasperto de Tregurano, Romeo Lulli procuratoribus dicti domini Regis, ac domino Francisco de Henrico jurisperito, Gabrielle Adurno, et Dominico Fatinanti sindicis et procuratoribus dicti domini ducis et comunis Ianue. Et eisdem procuratoribus et sindicis domini Regis ac domini ducis et comunis Ianue predicta omnia et singula suprascripta dicta et pronunciata emologantibus et aprobantibus*. Lata, et acta fuerunt hec omnia ac publicata et pronunciata per dictum dominum Marchionem arbitrum supradictum in civitate Astensi in palacio habitationis dicti domini marchionis – Anno Domini millesimo tricentesimo sexagesimo indictione terciadecima die penultimo mensis marcii presentibus illustrissima domina, domina Elisabeth infantissa Maioricarum marchionissa Montisferrati et consorte dicti domini marchionis et presentibus testibus illustri viro domino Ottone duce brunsvicensi, domino Iohanne de Cochonato comite et milite, domino Raymondo de Solerio milite et legum doctore domino Francisco de Summo legum doctore vicariis, et Iohanne de Cerexeto

omnibus consiliariis dicti domini marchionis. Et de predictis dictus dominus marchio et dicti procuratores et sindici dicti domini Regis, et dicti domini ducis et comunis Ianue preceperunt per me Stibiotum Stibium notarium infrascriptum fieri plura publica instrumenta.

Et ego Stibiotus Stibius publicus Imperiali auctoritate notarius et canzellarius dicti domini Marchionis omnibus et singulis suprascriptis vocatus et rogatus interfui et sic scripsi et me subscripsi, signumque meum consuetum appossui in testimonium omnium premissorum.

CXXVII

Francesco di Enrico giurisperito*, Domenico Fatinanti, e Gabriele Adorno, ambasciatori della repubblica di Genova, domandano da Giovanni Marchese di Monferrato, che fissi un termine dentro il quale le parti debbano presentare tutte le scritture, e titoli su' quali fondano le rispettive loro pretese, affinché si possano decidere definitivamente tutte le altre loro questioni col Re di Aragona; e il detto Marchese fissa per tale oggetto il termine di quattro mesi.*

(1360, 2 aprile).

Dai Regii Archivi di Corte di Torino, Documenti Genovesi, Serie 1.ª, Num. XXIV.

Anno Domini MCCCLX. die secundo aprilis coram vobis illustri domino, domino Iohanne Marchione Montisferrati arbitro et arbitratore electo et assumpto inter Serenissimum principem dominus Regem Aragonum Maioricarum etc. seu legiptimam personam pro eo ex una parte et illustrem dominum Simonem Bucanigram Dei gratia Ianuensium ducem et populi defensorem, et comune Ianue seu legiptimam personam pro eo ex altera. Ut de compromisso constat publico instrumento scripto manu Stibioti Stibii notarii et canzellarii vestri – Exponunt domini Franciscus de Henrico jurisperitus, Dominicus Fatinanti et Gabriel Adurnus ambaxatores et sindici dicti domini ducis et comunis Ianue, ut de eorum sindicatibus constat publicis instrumentis scriptis manibus Georgii Oddoardi de Clavaro, et Conradi Mazuri notarii et canzellarii dicti domini ducis et comunis Ianue coram vobis productis. Quod cum inter dictas partes dictis nominibus fuerint alique controversie seu questiones de quibusdam locis in diversis locis et partibus constitutis, et non possit pax pronunciata cordialiter observari nisi fiat declaratio seu decisio per vos saltem arbitramentaliter super hiis de quibus questio vertebatur. Ideo instant dictis nominibus quatenus per vestrum arbitramentum statuatur dictis partibus certus brevis terminus infra quem dicte partes debeant produxisse coram vobis omnia jura tractatus et scripturas que queque ipsarum voluerit ut exinde possit procedere vestra pronunciatio super hiis super quibus videbitur per vos arbitramentandum esse. Salvo jure partibus in hiis super quibus seu de quibus non fuerit facta declaratio.

Qui dominus marchio statuit terminum dictis partibus ad predicta ad quatuor menses proxime venturos, silicet dicto domino Francisco pro parte domini Regis Aragonum, et dictis dominis Francisco Gabrielli et Dominico sindicis dicti domini ducis et comunis Ianue. Et exinde utrique parti ad comparendum et ad audiendum que ipse dominus arbiter dicere voluerit.

Et ego Stibiotus Stibius publicus imperiali auctoritate notarius et canzellarius dicti domini marchionis predicta transcripsi de meo libro actorum, et ideo me subscripsi, et signum meum appossui consuetum.

CXXVIII

Il Re Don Pietro IV di Aragona e di Sardegna accorda alla città di Alghero le franchigie della città di Sassari.

(1360, 10 giugno).

Dagli Archivi antichi della città di Alghero.

Petrus Dei gratia Rex Aragonum, Valenciae, Majoricarum, Sardiniae et Corsicae, Comesque Barchinonae, Rossilionis, et Ceritaniae. Dilectis, et fidelibus universis, et singulis officialibus nostris insulae Sardiniae qui nunc sunt, et erunt pro tempore ad quos praesentes pervenerint, salutem, et dilectionem. Cum Universitati proborum hominum villae de Alguerio, et singularibus de ea praesentibus, et futuris per speciale privilegium datum in Castro Calleri decimaquinta die februarij anno a nativitate Domini millesimo, trecentesimo, quinquagesimo quinto, bulla nostra plumbea communitum, perpetuo sit concessum, ut gaudeant omni tempore omnibus, et singulis libertatibus, franquitatibus, et immunitatibus, ac privilegiis, et etiam consuetudinibus civitatis Sasseri, quae sint in scriptis redacta, et redactae. Dictaque civitas Sasseri habere dicatur privilegium de non immittendo vinum aut vindemiam in ipsam civitatem nisi sit civium vel habitatorum civitatis ejusdem. Et ob hoc nobis fuerit supplicatum pro parte consiliariorum, et proborum hominum dictae villae de Alguerio, ut idem privilegium eisdem mandaremus servari. Propterea dicta supplicatione benigne suscepta vobis, et uniquique vestrum dicimus, et madamus expresse, ac de certa scientia quatenus privilegia quae habet dicta civitas Sasseri, et inter alia dictum privilegium de non immittendo vinum, aut vindemiam sub ea forma qua illud habent universitas, et probi homines Sasseri et eis servatur, faciatis servari probis hominibus dictae villae de Alguerio, qualibet contradictione cessante, cum parum prodesset eisdem concedi privilegia, libertates, et immunitates si per vos infrigerentur, vel non observarentur juxta eorum continentias et tenores, D.

Datum Caesaraugustae decima die junij anno a nativitate Domini millesimo, trecentesimo sexagesimo:

Exi.° sancij : –

CXXIX

Il Re Don Pietro IV di Aragona, e di Sardegna sottopone alla giurisdizione della città di Alghero le ville di Manuçades (odierno Minutadas*), e di Almedo (odierno* Olmedo*)*.

(1360, 15 giugno).

Dagli Archivi antichi della città di Alghero.

Nos Petrus Dei gratia Rex Aragonum, Valenciae, Maioricarum, Sardiniae et Corsicae, Comesque Barchinonae, Rossilionis et Ceritaniae. Circa incrementum villae Alguerij, solicite intendentes, tenore praesentis, firmiter et perpetuo valiture, ponimus, constituimus, et assignamus, in, et de vicaria, ac districtu Vicarij dictae villae Alguerij, et districtui, ac jurisdictioni eiusdem Vicarij, qui est et erit pro tempore, iungimus et unimus, villas de Manuçades, et del Almedo, quae ad praesens sub districtu alicuius Vicarij non existunt: volentes et concedentes quod Vicarius dictae villae Alguerij utatur et uti possit omni tempore in hominibus dictarum villarum de Manussades et del Almedo, et habitantibus in eisdem, ea iuridictione qua utitur Vicarius Sasseri in villis et hominibus villarum quae sunt de iuridictione et districtu eiusdem. Mandantes per hanc eandem gubernatoribus et administratoribus, aliisque officialibus, et subditis nostris, praesentibus et futuris, quatenus huiusmodi concessionem nostram firmam habeant perpetuo et observent, et contra non veniant, quavis causa. In cuius rei testimonium hanc fieri jussimus, nostrae Majestatis sigillo appenditio comunitam. Datum Caesaraugustae, quintadecima die iunij, anno a nativitate Domini millesimo, trecentesimo, sexagesimo, regnique nostri vigesimoquinto. Francisco Cau…

Signum † Petri Dei gratia Rex Aragonum, Valenciae, Maioricarum, Sardiniae, et Corsicae, Comitisque Barchinonae, Rossilionis et Ceritaniae.

Testes sunt: Frater Iohannes Archiepiscopus Callaritanus. – Luppus Archiepiscopus Caesaraugustae. – Iohannes Eximini d'Urrea, miles. – Petrus de Luna. – Eximinus d'Urrea domicelli.

Signum † mei Iacobi Conesa, secretarij dicti domini Regis, qui de ipsius mandato haec scribi feci, et clausi, et corrigitur in linea septima, Maiestatis sigillo appendicio, et octava comunitam.

R) in Sardinia

Dominus r) ma Vidit eam Dominus r)

im Iacobi Conesa Idm.

Rsta.

CXXX

Giovanni Marchese di Monferrato, nella sua qualità di arbitro, definisce, e comanda, che il Re di Aragona restituisca ai nobili d'Oria le castella, i luoghi, e le terre tutte, ch'essi possedevano in Sardegna.

(1360, 21 giugno).

Dai Regii Archivi di Corte di Torino, Documenti Genovesi, Serie 1.ª, Num. XXV.

In nomine Domini amen. nos Iohannes marchio Montisferrati imperialis vicarius etc. arbiter arbitrator et amicabilis compositor et comunis amicus ellectus et assumptus per nobilem militem dominum Franciscum de Perillionibus consiliarium et camerlengum ac procuratorem et procuratorio nomine serenissimi principis et domini domini Petri Dei gratia regis Aragonum Valencie Maioricarum Sardinie et Corsice comitisque Barchinonie Rosilionis et Ceritanie ex una et pro una parte et sapientem virum dominum Leonardum de Montaldo iurisperitum sindicum et sindicario nomine magnifici viri domini Simonis Bucanigre Dei gracia ducis ianuensium imperialis vicarii et admirati generalis etc. Et comunis Ianue ex parte altera prout de compromisso in nos facto constat publico instrumento recepto et abreviato per Stibiotum Stibium notarium et canzellarium nostrum anno Domini MCCCLVIIII. indicione XII. die nono mensis aprilis. visso dicto compromisso et ratifficationibus per nos factis super ipso compromisso et instrumentis procurationum et bailiarum dicti domini Francisci ac domini Iasperti de Tregurano iurisperiti promotoris curie dicti domini regis et Romei Lulli procuratorum dicti domini regis et instrumentis procure domini Francisci de Henrico iurisperiti Gabrielis Adurni et Dominici Fatinanti omnium procuratorum et sindicorum dicti magnifici domini ducis et comunis Ianue coram nobis productis per ipsos omnes sindicos et procuratores predictos. Et vissa quadam sententia et pronunciatione per nos lata inter partes predictas presentibus dictis dominis Francischo. Iasperto. Romeo. Francisco. Gabriele et Dominico sindicis et procuratoribus antedictis et de ipsorum pari concordia et assensu sub hoc anno et indicione. die penultimo mensis marcii proxime preteriti, in qua quidem sententia et pronunciacione continetur capitulum tenoris huiusmodi. *Item quod de terris villis possessionibus iurisditionibus redditibus et locis illorum de Auria in insula Sardinie situatis videlicet quid de eis per nos arbitrum antedictum debeat declarari dominus Franciscus de Perillionibus predictus debeat nobis dimictere suam informationem in scriptis. Et cum dominus Leonardus de Montaldo venerit debemus eius informacionem sub eius iuramento recipere* et sic ipsorum duorum informatione vissa et ostensa informacione ipsius domini Francisci de Perillionibus dicto domino Leonardo teneamur pronunciare et declarare secundum informationem nobis cum dicto iuramento fiendam per dictum dominum Leonardum. Cumque dictus dominus Leonardus venerit et vissa informatione nobis dimissa per dictum dominum Franciscum de Perillionibus cuius tenor talis est. *Informacio quam facit domino marchioni Francischus de Perillionibus super eis que olim dicta fuerunt inter ipsum Franciscum et dominum Leonardum de Montaldo dum inciperent tractare de pace per Dei graciam facta nunc. Et hoc pro locis que barones de Auria consueverunt habere in Sardinie insula primo videlicet quod si dicti barones per se vel procuratores legiptimos venerint ad obedienciam domini regis Aragonum et essent sibi legales et veri vassali. Idem dominus rex*

remicteret eis de gracia omnes iniurias per eos factas contra officiales et subdictos dicti domini regis et omnia etiam et quecumque que commisserunt contra eundem et faceret processus exinde scriptos totaliter irritari. Item quod restitueret eisdem baronibus omnia et singula loca plana que ipsi seu aliquis eorum consueverunt habere in Sardinie insula antedicta queque per ipsum dominum regem seu officiales suos essent pro guerra quomodolibet occupata. Et hoc cum hominibus et feminis redditibus iurisditionibus et iuribus quibuscumque. Eius informationem sub eius iuramento nobis dederit in hac forma et per publicum instrumentum tenoris huiusmodi. *Anno Domini* MCCCLX. *indicione* XIII. *die* XXVI. *madii in presentia testium infrascriptorum ego Leonardus de Montaldo habens nocticiam quod in instrumento pronunciacionis pacis pronunciate per illustrem dominum marchionem Montisferrati imperialem vicarium etc. inter serenissimum dominum regem Aragonum et suos ex una parte et magnificum dominum ducem et comune Ianue ex altera scripta manu Stibioti Stibii notarii infrascripti sub hoc anno et indicione die penultimo mensis marcii proxime preteriti continetur capitulum tenoris infrascripti. item quod de terris villis possessionibus iurisditionibus redditibus et locis illorum de Auria in insula Sardinie situatis videlicet quid de eis per nos arbitrum antedictum debeat declarari dominus Franciscus de Perillionibus predictus debeat nobis dimittere suam informacionem in scriptis. et cum dominus Leonardus de Montaldo venerit debemus eius informacionem sub eius iuramento recipere. et sic ipsorum duorum informacione vissa et ostensa informacione ipsius domini Francisci de Perillionibus dicto domino Leonardo teneamur pronunciare et declarare secundum informacionem nobis cum dicto iuramento fiendam per dictum dominum Leonardum memor et certifficatus quod in tractatu dicte pacis inhite per prefatum dominum marchionem tamquam medium arbitrum arbitractorem et amicabilem compositorem inter dictas partes et me Leonardum tunc sindicum et procuratorem dicti domini ducis et comunis Ianue. actum fuit et ordinatum quod de terris locis possessionibus iurisdicionibus castris et aliis quibuscumque que dicti nobiles de Auria in dicta insula Sardinie tenere solebant inter dictas partes fieri observari ac exequi deberent ea que per certos cardinales inter ambaxatores dicti domini regis et comunis Ianue tractata et ordinata fuerunt in Avinione ultima vice et habens nocticiam quod in dictis tractatibus prout per literas unius ex dictis cardinalibus vidi fuit capitulum tale, puncta autem que recepimus a dictis ambaxatoribus regiis sunt hec. nam primo restituere volunt nobilibus de Auria omnia sua bona possessiones castras villas et loca que seu quas ipse dominus rex vel aliquis subditus eius vel habens qualemcumque causam ab eo hodie in insula Sardinie possideret illas et illa videlicet que seu pars ipsi nobiles de Auria vel antecessores eorum vel aliquis ex eis possedissent seu possiderent anno* MCCCCCC. *vel aliquo tempore abinde citra preter Allegherium Callarum Sassarum et Villam Ecclesie silicet ipsa castra et loca tantum non autem excipitur de villis possessionibus terris et locis eorum existentibus infra territoria dictorum locorum que illi de Auria possedissent ut supra. et processus factos contra eos in effectu revocare et eos omnes nobiles restituere in integrum quantum ad bona predicta, et ad omnem graciam regiam ipsosque deinceps bene tractare ipsi domino regi remanentibus semper omnibus suis iuribus que habebat in dictis locis restituendis ut supra ante ipsorum inobedienciam et processus predictos. iuramento corporaliter prestito in manu dicti notarii infrascripti, dico protestor informo et declaro in omnibus et per omnia prout et sicut in proximo precedenti capitulo per ordinem est descriptum. et sic per ipsum dominum marchionem pronunciandum declarandum et executioni mandandum esse inter dictas partes, salvo michi dicto Leonardo omni potestate et iure iterum declarandi ac informandi de predictis in quantum michi de iure competat vigore dicte sententie precipiens de predictis*

fieri unum et plura publica instrumenta per te Stibiotum Stibium notarium infrascriptum actum in civitate Astensi in domo Conroni de Revello hospitis presentibus testibus domino Francisco de Summo legumdoctore vicario dicti domini marchionis Bonifacio Guttuario de Castello et Nicolino de Galvagnis de Grazano notario. Cognoscentes quod vigore dicte sententie per nos late dicta die penultima marcii et dicti capituli in ea contenti teneamur pronunciare et declarare secundum formam dicte informacionis nobis date per dictum dominum Leonardum licet sit contraria informacioni predicte nobis dimisse per dictum dominum Franciscum de Perillionibus volentes facere que tenemur Christi nomine invocato sedentes in hiis scriptis dicimus sententiamus pronunciamus arbitramentamur arbitramur et diffinimus quod prefatus dominus rex Aragonum faciat et exequatur actendat et observet in omnibus et per omnia prout et sicut in dicto instrumento informacionis nobis date et facte per dictum dominum Leonardum continetur et secundum formam dicti capituli tractati inter dictos dominos cardinales et per eos. quod capitulum incipit puncta autem que recepimus a dictis ambaxatoribus regiis sunt hec, nam primo restituere volunt nobilibus de Auria omnia sua bona possessiones castra villas et loca que seu quas etc. dicti capituli et predicta dicimus sententiamus pronunciamus arbitramentamur et actendi et observari inviolabiliter diffinimus vigore nostre potestatis et bailie nobis a dictis partibus atribute et omni iure via modo et forma quibus melius possumus et sub pena in dicto compromisso contenta. reservantes nobis omnem nostram bailiam arbitrium et potestatem nobis per dictas partes et earum quamlibet quomodolibet atributam iterum semel et pluries dicendi sententiandi pronunciandi arbitrandi arbitramentandi diffiniendi precipiendi adiudicandi etc. prout et quandocumque et quocienscumque nobis placuerit et voluerimus de et super omnibus quibus voluerimus tam pronunciatis quam non pronunciatis ad nostram liberam voluntatem. lacta acta publicata et pronunciata fuit hec pronunciacio et sententia per dictum dominum marchionem arbitrum supradictum in castro Montiscalvi anno Domini MCCCLX. indicione XIII. die XXI mensis iunii. presentibus testibus domino Iacobo Provana, domino Antonio Luppo militibus. Iohanne de Cerexeto. Oddino Guttario de Castello et Guillielmo Cicolello de Virolengo canzellario dicti domini marchionis de quibus omnibus et singulis prefatus domine marchio precepit per me Stibiotum Stibium notarium et canzellarium infrascriptum fieri unum et plura instrumenta publica ad postulacionem omnium et singulorum quorum interest et poterit interesse.

Et ego Stibiotus Stibius publicus imperiali auctoritate notarius et canzellarius prefati domini marchionis omnibus et singulis suprascriptis vocatus et rogatus interfui et sic scripsi signumque meum consuetum apposui in testimonium omnium premissorum.

CXXXI

Cristoforo di Paolo, inviato speciale della repubblica di Genova, protesta solennemente al cospetto di Pietro re di Aragona pe' danni, che la detta repubblica risentiva, per non avere egli ottemperato, e non voler ottemperare alla sentenza, ed agli ordini dati da Giovanni marchese di Monferrato nella qualità di arbitro eletto di comune accordo per definire le loro questioni.

(1360, 8 ottobre).

Dai Regii Archivi di Corte di Torino, Documenti Genovesi, Serie 1.ª, Num. XXVI.

In nomine Domini amen. In presentia mei notarii infrascripti et testium infrascriptorum ad hec specialiter vocatorum et rogatorum pro testibus constitutus in presentia serenissimi principis et domini domini Petri Dei gracia Aragonum etc. regis providus vir Christophorus de Paulo notarius et canzellarius comunis Ianue sindicus ut asserebat ac ambaxator nuncius et procurator magnifici et excelsi domini domini Simonis Bucanigre Dei gracia ianuensium ducis et populi deffensoris ac etiam imperialis vicarii et amirati generalis et comunis Ianue supplicavit dixit requisivit et protestatus fuit dicto domino regi presenti audienti et inteligenti nomine et pro parte dicti domini ducis et comunis Ianue. quod cum per illustrem principem et dominum dominum Iohannem Dei gracia marchionem Montisferrati et vicarium imperialem etc. tamquam arbitrum arbitractorem et amicabilem compositorem et comunem amicum ellectum et assumptum. inter dictum dominum regem seu eius ambaxatores et nuncios ex una parte et dictum dominum ducem et comune Ianue seu sindicos et ambaxatores dictorum ex altera. inter ipsum dominum regem et dictum dominum ducem et comune Ianue late fuerunt alique sententie scripte manu mei notarii infrascripti quarum prima lata fuit hoc anno die XXVII marcii secunda lacta fuit die penultimo dicti mensis marcii et reliqua lata fuit die XXI mensis iunii proxime preteriti. quatenus ipse dominus rex ipsas sententias et quamlibet earumdem et omnia et singula in ipsis contenta dicta pronunciata declarata et sententiata per dictum dominum marchionem et etiam pro parte ipsius domini marchionis per me dictum Stibiotum notarium infrascriptum tamquam ambaxatorem dicti domini marchionis requisita a dicto domino rege pro dicti parte domini marchionis fieri et observari per dictum dominum regem pro bono et observacione pacis pronunciate per dictum dominum marchionem inter dictas partes dignetur et vellit actendere observare et execucioni mandare prout dictum sententiatum et pronunciatum est et fuit per dictum dominum marchionem ac per me dictum Stibiotum etiam requisitum. cum per dictum dominum ducem et comune Ianue et pro parte ipsius paratum sit et est fieri omnem execucionem mandatis per dictum dominum marchionem. et sic se obtulerunt et offerunt ut dicit dictus Christoforus et ipse Christoforus dicto nomine pro parte ipsorum. aliter ipse Christoforus dicto nomine proptestatur contra ipsum dominum regem de omni dampno et interesse dicti domini ducis et comunis Ianue. et de predictis rogavit dictus Christophorus dicto nomine me notarium infrascriptum ut ad ipsorum memoriam et dicti domini ducis et comunis Ianue cautellam quod publicum conficiam instrumentum. Actum Barchinonie in camera consilii dicti domini regis anno Domini MCCCLX indicione XIII die VIII mensis octobris presentibus testibus Andriolo Pelegrino.

Iohanne de Bonisegnor civibus Ianue. Georgio Constancio de Finario et Iacobo Rastello cive astensi.

Et ego Stibiotus Stibius publicus imperiali auctoritate notarius et canzellarius prefati magnifici domini marchionis omnibus et singulis suprascriptis rogatus interfui et sic scripsi.

CXXXII

Lettere comminatorie di Giovanni marchese di Monferrato, con le quali, nella sua qualità di arbitro eletto per compromesso, ingiunge nuovamente a Pietro re di Aragona, e di Sardegna, sotto pena di centomila fiorini, di mettere e consegnare in suo potere la città, e gli uomini di Alghero, con le sue pertinenze, per ritenerle fino a sentenza definitiva sulle questioni vertenti per tal causa tra il detto sovrano, e i Genovesi; e ciò in un termine prefinito, trascorso il quale, senza eseguire tale consegna, dovesse lo stesso re rimettere i Genovesi nella possessione materiale del mentovato luogo di Alghero, dalla quale egli li avea levati con le armi, e con la violenza.

(1361, 27 dicembre).

Dai Regii Archivi di Corte di Torino, Genova, *Categ. Document. antichi*, Serie 1.ª, Mazz. IX. Num. XXVII.

In nomine Domini amen. Nos Iohannes Marchio Montisferrati Imperialis vicarius etc. arbiter arbitrator et amicabilis compositor et comunis amicus comuniter electus et assumptus inter Serenissimum Principem dominum Petrum Dei gratia regem Aragonum etc. seu dominum Franciscum de Perillonibus militem camerlengum, ac procuratorem, et procuratorio nomine ipsius domini regis ex una parte, et magnificum fratrem, et compatrem nostrum dominum Symonem Bucanigram Dei gratia ducem Ianuensem, et Commune Ianue, seu dominum Leonardum de Montaldo syndicum et procuratorem, sindicario et procuratorio nomine dictorum domini ducis, et communis Ianue ex parte altera, prout de compromisso in nos facto constat publico instrumento scripto abreviato, et in publicam formam reddacto per Stibiotum Stibium notarium et canzellarium nostrum sub anno Domini millesimo tercentesimo quinquagesimo nono, indictione duodecima, die nono mensis aprilis.

Recolentes, quod anno Domini millesimo tricentesimo sexagesimo indictione tertia decima, die vigesimo septimo marcii proxime preteritis (1) vigore compromissi predicti et baylie nobis ex forma ipsius atribute inter dictas partes super guerris et discordiis tunc vigentibus pronunciavimus pacem perpetuo duraturam, ad cuius pacis conservationem noster animus anhelabat cujus causa *locum* Alegherii *in insula* Sardiniae *situati* per dictum dominum regem in nostri fortia pronunciavimus poni debere sub pena centum milium florenorum. Affectantes finaliter locum ipsum in gremium communis Ianue reverti, de quo fuit per vim et violentiam extirpatus; quodque facta pronunciatione predicta elapso modico intervallo dictus dominus Franciscus de Perilionibus ad nos venit cum verbis maxime lamentele coram nobis asserens, et proponens, quod honor prefati domini regis per nos in tantum ledebatur ex impositione pene predicte centum milium florenorum, quod hujusmodi causa tota pax disolveretur propter indignationem regiam inde protinus secuturam nisi fieret revocatio dicte pene centum milium florenorum, ea potissima ratione, quod tot sudoribus regiis, totque cedibus baronum, et nobilium antecessis, fuerat acquisitus locus ipse, quod tali forma penali in nostri potentiam nullatenus poneretur; et quod dominus rex predictus *locum predictum* Alegherii, amota dicta pena, ad omnem nostram requisitionem in manibus nostris poneret, et contentaretur, quod de ipso fieret ad nostre libitum voluntatis,

quia in hoc ad honorem regium, et non ad comodum tendebatur, et de hoc sub legali, et militali fide sua certissimum nos reddebat. Tunc vero dixerimus domino Francisco predicto, qualiter possumus esse securi, quod, revocata dicta pena, dominus rex predictus *dictum locum* Alegherii nobis tradat, ipse autem nobis responderit, quod non solum *locum* Alegherii, sed etiam medietatem regnorum suorum ipse dominus rex in fortia nostra poneret ad omne nostre placitum voluntatis, et quod major pena erat juramentum regium, quam pena centum milium florenorum, et honorifice sine dicta pena nobis per dictum dominum regem fieri poterat traditio dicti loci, et quod non crederemus ullo modo dictum dominum regem velle esse perjurum, sed quod pro cetero non obstante quod fieret revocatio dicte pene dictus dominus rex pacem, et contenta in instrumento pacis liberaliter approbaret, et ipsum locum daret nobis ut supra quocienscumque esset pro parte nostra per aliquem nostrum ambaxiatorem, vel nuncium requisitus, et ultra si contingeret, quod nullo modo credebat, dictum dominum regem ipsam traditionem dicti loci nobis facere nolle, retinebamus nobis omnem bayliam, ipsam penam et fortiores iterum imponendi, ita quod nullo modo vel colore tantum honorem regium pretermittere valebamus, et si sic per nos fieret dictus dominus rex de nobis, vel ipso causam querimonie non haberet, sed si contrarium fieret per eum possemus penam indicere, et pronunciare sicut expedire tunc nostro judicio, et arbitrio videretur; et hec non semel tantum, sed pluries, et pluries nobis per dictum dominum Franciscum fuerint replicata diversis diebus et horis. Dubitantes pacem ipsam tot laboribus, et sudoribus, summisque vigiliis acquisitam inde posse totaliter perturbari, et in premissis dictis et promissionibus ejusdem domini Francisci fiduciam acceptantes, moti fuimus ad ipsam penam revocandam per publicum instrumentum, aliis penis contentis in dicta sententia reservatis, ac freno et habenis in nostra manu retentis, silicet baylia nostra super ipsa pena indicenda et majori, et aliis pronunciandis, prout videretur consonum menti nostre. Cumque Stibiotum predictum canzellarium et secretarium nostrum in cujus mente predicta omnia et quecunque alia circha pacem ipsam tractata coram nobis, aliqua secreta, et aliqua publica juxta singulorum oportunitatem fideliter rescidebant, ad prefatum dominum regem duxiremus transmitendum non solum ut per prefatum dominum regem observarentur pronunciata per nos *circha restitutionem castrorum nobilium de* Auria, sed specialiter ad requirendum ipsum dominum regem publice, ardentius et secrete, quod nobis juxta dictas promissiones nobis factas *daretur plena possesio loci* Alegherii *supradicti*, ipseque dominus rex responderit oretenus et per literas quod de hoc nos faceret omnino contentum, licet actum nostri contentamenti non atingerit usque modo, et adhuc expectemus ambaxiatorem suum, quem ut suis literis nobis scripsit, ad nos immediate transmitit nobis super hoc responsorum, ita quod poterimus contentari. Et ex adverso pensantes ambaxiatam nobis expositam ex parte dicti domini ducis per ambaxiatores suos, videlicet dominum Bertholomeum Bucanigram fratrem et capitaneum suum, Nicholaum domini Levantini, et Iannetum Campanarium inter cetera continentem, et primo et specialiter, quod declaremus *quid de loco* Alegherii fieri deberet si esset positus in virtute nostra. Item quod pronunciemus super facto Corsice. Item quod pronunciemus dictum dominum regem incidisse in pena compromisi etc. Et demum requisiverint nos ambaxiatores predicti, ut renunciemus omnibus bayliis nobis datis, et reservatis ex forma compromissi predicti; quia die presentem immediate sequenti, dictis bayliis renunciare speramus. Ideo cupientes jura, et honores dicti domini ducis et communis Ianue velluti propria in quantum est nobis magis possibile conservare, eosque dominum ducem, et commune tutis prevenire consciliis, ut si, quod non credimus, prefatus dominus rex dictum locum in nostri fortiam ponere denegaret, et nostro proposito falleremur, dicti dominus dux

et commune Ianue omne illud juris, quod eisdem possumus reservare, inveniant suis loco, et tempore eis clarum, et ut quod serenitate cupimus refulgere, vi alicujus nequitie si sequeretur quod absit, non valeat cum turbine corruscare, sed nostrum propositum laudabile finaliter assequamur; et etiam quia vita, et mors nostra, sicut cujuscunque in manu Dei sunt, et ne si morte preveniremur ob id dicti communis Ianue jura remaneant super hoc articulo obscuritate confusa, sed potius lucida et aperta, auctoritate et vigore bayliarum nobis concessarum ex forma dicti compromisi, et prorogationis ejusdem, ac etiam ex reservationibus bayliarum, quas nobis duximus continue reservandas, et omni jure, modo, et forma, quibus melius possumus, tenore presentium literarum, quas, ut ad tertiam non valeat devenire, secretas et secretissimas teneri volumus usquequo finalem dicti domini regis dispositionem viderimus super dicto facto loci Alegherii supradicti. Ne si hujusmodi nostra dispositio et voluntas ad aures regias perveniret, forte impediretur traditio dicti loci, quam adhuc nobis fieri cogitamus, caute etiam participato consilio legum doctorum, et jurium peritorum, conscilio quorum cognovimus, quod quia plenam, et absolutam potentiam habemus nobis a partibus atributam, literis sigillo nostro sigillatis, ac etiam verbo sine scriptis pronunciare possumus, et de jure venit per partes inviolabiliter observandum quidquid, et prout menti, et voluntati nostre libet, et nostra fulget in mente. Dicimus, pronunciamus, arbitramur, arbitramentamur, precipimus, ordinamus, et declaramus quod dictus dominus rex sub pena sacramenti per eum, et ejus procuratorio nomine prestiti, ac etiam sub pena centum milium florenorum, non obstante dicta revocatione pene predicte dictum locum Alegherii, cum hominibus, juribus, et pertinentiis suis universis ponat in manibus, et fortia nostra infra tempus contentum in primeva nostra pacis sententia supradicta. et quia notorie et probabiliter nobis constat *locum predictum, et terram* Allegherii cum finibus, poderio, hominibus, et universis pertinentiis suis jure possesorio dictis domino duci, et communi Ianue plenissime pertinere, et dominum regem predictum vi, et manu armata privasse dictum commune Ianue possessione, et tenuta *ipsius loci* Alegherii, et pertinentiarum eius; et quia secundum jura communia expoliatus ante omnia restituendus est, eo casu quo infra dictum tempus dictus locus cum dictis pertinentiis, et juribus suis in manibus, et fortia nostra non poneretur ut supra, dicimus, pronunciamus, declaramus, ac arbitramentamur, et ordinamus, quod dictus dominus rex det, et tradat dicto domino duci, et communi Ianue ac restituat ipsis domino duci, et communi possessionem, et tenutam corporalem, et quasi *dicti loci et terre* Alegherii *in insula* Sardinie *situati*, cum omnibus et singulis juribus, et pertinentiis spectantibus ipsi loco, et poderio ejus, et ad dictam possessionem, et tenutam dictis domino duci, et communi restitueudam infra menses sex a die notificationis hujusmodi nostre pronunciationis ei facte oretenus, vel per literas numerandos sub dictis penis dictum dominum regem ex certa scientia condepnamus; ut si prefatus dominus rex ex honestate propria, et ambaxiatorum suorum promissionibus ejus parte factis restitutionem plenariam dicti loci Alegherii facere recusaret, vigore et metu penarum supradictarum restitutionem ipsam facere compellatur. Has autem literas nostras ad eternam premissorum omnium memoriam conscribi fecimus, et nostri sigilli munimine roborari.

Datas in castro nostri Montiscalvi in cubiculari camera nostra anno Domini millesimo tricentesimo sexagesimo primo die vigesimo septimo mensis decembris, decima quarta indictione.

Ego Stibiotus Stibius canzellarius dicti domini marchionis precepto eiusdem domini marchionis predicta scripsi.

NOTE

(1) Ved. sopr. Cart. Num. CXXV. Pag. 791.

CXXXIII

Il Marchese di Monferrato, pressato dalle instanze degli ambasciatori genovesi, i quali si dolevano, che il Re di Aragona non avesse eseguito, e non volesse eseguire veruna delle cose pronunziate co' lodi già intervenuti nelle loro contese, e specialmente la restituzione delle castella, luoghi, e terre, delle quali quel sovrano avea spogliato in Sardegna i nobili D'Oria; e conoscendosi impotente a farla eseguire con la forza, rinunzia alla bailia, ed ai poteri, che si avea riservato, e protesta di non volere più arbitrare, e pronunziare su dette contese. E gli ambasciatori genovesi protestano alla loro volta, accusando al Re di Aragona tutte le penalità da lui incorse.

(1361, 28 dicembre).

Dai Regii Archivi di Corte di Torino, Genova, *Docum. ant.*, Serie 1.ª, Mazz. IX. Num. XXVIII.

Anno Domini millesimo tercentesimo sexagesimo primo. Indicione quinta decima die vigesimo octavo mensis decembris. Actum in aula palacii castri Montiscalvi presentibus testibus illustri domino Ottone Duce Brunsvicensi domino Iohanneto de Cochonato Comite, et milite Francischo de Summo, domino Ottolino de Ghiselbertis legum doctoribus vicariis dicti domini marchionis et Guillelmo de Cerexeto omnibus consiliariis dicti domini marchionis. Quorum presentia, nobilis et egregius vir dominus Bartholomeus Bucanigra, Nicholaus domini Levantini, et Ioanhotus Campanarius omnes tres in simul ambaxatores et nuncii speciales magnifici domini domini Symonis Bucanigre Dei gratia Ianuensis ducis etc. et comunis Ianue constituti in presentia illustris principis et magnifici domini domini Iohannis marchionis Montisferrati Imperialis vicarii etc. arbitri arbitratoris et Comunis amici electi et assumpti pro parte Serenissimi principis et domini domini Petri Dei gratia Regis Aragonie etc. ex una et pro una parte et pro parte domini ducis predicti et comunis Ianue ex altera pro sedandis guerris et discordiis inter ipsas partes verti solentibus et questionibus que adhuc inter ipsas partes vertuntur et verti possent expossuerunt primo ipsi domino marchioni sicut prefatus dominus rex observare et attendere noluit nec vult pronunciata per ipsum dominum marchionem inter ipsas partes, et quod ipse dominus rex jam incurrerat multas penas quia noluit observare, et adimplere dicto domino duci et comuni Ianue ea que in instrumentis pacis pronunciate per dictum dominum marchionem et pro quibus observandis fuit requisitus per dictum dominum marchionem vel sui parte, et eisdem causis ex comissione eis facta, requisiverunt et postulaverunt a dicto domino marchione ambaxatorio nomine quo supra quatenus ipsi domino marchioni placeret declarare et pronunciare dictum dominum regem incurrisse penas periurii et esse periurium et incurrisse multociens in penas compromissi et quod vellet renunciare omni baylie sibi attribute vigore compromissi predicti in eum facti per dictas partes et omnibus reservationibus bayliarum quas habet occasione dicti compromissi et dependentium ab eo protestantes dicto ambaxatorio nomine quod per dictum dominum ducem et comune Ianue numquam contraventum fuit aliquibus pronunciatis per dictum dominum marchionem arbitrum etc. precipientes de premissis fieri unum et plura publica instrumenta per me notarium infrascriptum. Ego autem Stibiotus Stibius publicus imperiali auctoritate notarius

et canzellarius dicti domini marchionis omnibus et singulis suprascriptis vocatus et rogatus interfui et sic scripsi.

In nomine Domini amen. Nos Iohannes Marchio Montisferrati, imperialis vicarius etc. memorie habentes verbum divine pagine quo testatur Beati pedes portantes pacem, nec non affinitatem et fraternitatem Serenissimi domini Regis Aragonum et Magnifici domini Ducis et Comunis Ianue, quibus copulamur, insudavimus quantum nobis possibile fuit inter ipsas partes inter quas vigebant perniciosa guerrarum discrimina pacem, et concordiam invenire et vigore compromissi in nos facti voluntarie per ante dictas partes pacem pronunciavimus perpetuo duraturam et inter cetera capitula dicte pacis pronunciavimus de comuni concordia et assensu omnium procuratorum et ambaxiatorum dictarum partium *super articulo quod tangebat nobiles de* Auria *cives Ianue occasione castrorum que tenere solebant in insula* Sardiniae quod dominus Franciscus de Perilionibus nobis dimiteret suam informationem super hiis de quibus fuerat in concordia super dicto articulo cum domino Leonardo de Montaldo quando primo fuit tractatum de pace et quando dominus Leonardus venisset tunc… ei dicta informatio et deinde staretur informationi ipsius domini Leonardi dande cum iuramento et secundum ipsam informationem pronunciaretur et subsequenter instancius requisiti pro parte dicti domini ducis quod sicut tenebamus de iure pronunciaremus iuxta informationem dicti domini Leonardi ad hoc astricti de iure pronuntiaverimus quod ipse dominus Rex et loca castra villas ac res et possessiones restitueret predictis de Auria civibus Ianue etc. ut in pronunciamento dicti articuli clarius et lacius noscitur continneri et pro parte nostra et dicti domini ducis et comunis Ianue videlicet per Stibiotum Stibium canzellarium et ambaxatorem nostrum et Christofolum de Paulo ambaxatorem, et sindicum dicti domini ducis et comunis Ianue et procuratorem dictorum de Auria dominus Rex prefatus fuerit solepniter requisitus et interpellatus ut dicta castra loca et res restituere vellet dictis de Auria et pro parte ipsorum de Auria fuerit oblatum ipsos fore paratos pro sui parte pronunciata integraliter observare nec non per ipsum dominum ducem et comune adimpleri pro parte sua si quid restaret. Qui dominus Rex tociens requisitus et solepnitatibus observatis iuxta interpellationem ipsius que requiruntur a iure ut de pronunciatis per nos et requisitis et protestatis coram domino Rege predicto patet publicis instrumentis receptis per dictum Stibiotum canzellarium nostrum qui iis presens fuit, et quem ad cautelam ad dominum Regem predictum misseramus ut efficacius adimplerentur per partes que adimpleri debebant et quod nobis posset exprimere negotiorum propriam veritatem. Idem dominus Rex diu expectatus restituere supradicta illis de Auria non curavit neque nostrum pronunciatum ut decebat observare. Nec non quoddam lignum et quasdam res spoliatas Georgio Constancio de Finario et socio per excurreriam de Balchinona et sociorum patronos, cuiusdam galeote sepe per nos et dictum dominum ducem et comune Ianue per nuncios et ambaxatores nostrum et suum predictos. Idem dominus Rex requisitus et debito modo interpellatus restituere vel restitui facere pretermisit de quibus dicti mercatores de finario enormia dapna substinuisse noscuntur ut de hiis patent publica documenta, et de predictis dicti dominus dux et comune Ianue querelas multiplices expossuerunt, considerantes igitur parum prodesse pronunciare, sententiare et arbitrari et non exequi et potentes non fuerimus nec simus ipsas partes ad observationem pronunciatorum compellere, reservationi et potestati in dicto nostro pronunciato seu arbitramento reservate abinde usque ad omnes quinque annos, salvis et reservatis infrascriptis casibus renunciamus et protestamur quod abinde ipsa potestate uti non volumus nec in posterum aliquid pronunciare declarare addere precipere vel arbitramentari. Salvo

quod si Sancto Spiritu instigante de utriusque partis procederet libera voluntate quia tunc et eo casu possimus uti dicta potestate et baylia non obstante renunciatione predicta et quod nostro honori non cedat per ipsum dominum regem in dictis articulis pronunciata non fuisse servata, nam pro corde affectavimus et affectamus zelo divine majestatis, et afectionis sincere quam ad partes gerimus inter ipsas partes vigere quietem et pacem, reservato etiam nobis quod per premissa non sit iuri nostro derogatum nobis competenti vigore dicti pronunciamenti ad exactionem penarum et hiis que dicte partes nobis tenentur vigore dicti nostri pronunciamenti et arbitramenti quibus nolumus nec volumus nec etiam intendimus in aliquo derogare per aliqua que superius sint expresse vel alia. Actum in aula palacii castri Montiscalvi. Anno Domini milleximo tricentesimo sexagesimo primo indicione quarta decima die vigesimo octavo mensis decembris, presentibus domino Bartholomeo Bucanigra Nicholao domini Levantini et Ioanhoto Campanario ambaxatoribus dicti domini ducis et comunis Ianue et presentibus testibus illustri domino Ottone, duce Brunsvicense, domino Iohanne de Cochonato comite et milite domino Francisco de Summo et domino Ottolino de Ghiselbertis legum doctoribus vicariis dicti domini marchionis et Guillelmo de Cerexeto omnibus consiliariis dicti domini marchionis de quibus omnibus et singulis dictus dominus marchio et dicti ambaxatores domini ducis et comunis Ianue preceperunt per me Stibiotum predictum notarium infrascriptum fieri unum et plura publica instrumenta.

† Et ego Stibiotus Stibius publicus imperiali auctoritate notarius et canzellarius dicti domini marchionis omnibus et singulis suprascriptis vocatus et rogatus interfui et sic scripsi.

Postea vero eisdem anno indicione et loco et presentibus testibus supradictis statim et in continenti dicti dominus Bartholomeus Bucanigra, Nicholaus domini Levantini et Ioanhotus Campanarius ambaxatores dicti domini ducis et comunis Ianue ut supra in presentia prefati illustris domini marchionis Montisferrati imperialis vicarii etc. dixerunt et protestati fuerunt ambaxatorio nomine ipsius domini ducis et comunis Ianue, et pro ipsis domino duce et comuni quod prefatus dominus rex Aragonum in multis casibus contempsit et noluit observare vel attendere seu adimplere pronunciata sententiata et declarata per dictum dominum marchionem arbitrum etc. inter ipsum dominum regem ex una parte et dominum ducem et comune Ianue ex altera quibus seu quorum causis multipliciter incidit penam periurii incurrit penam et penas compromissi et ideo de ipsis penis et de omni jure dicto domino duci et comuni Ianue competenti contra prefatum dominum regem Aragonum etc. et eius subditos dictis causis et earum qualibet ipsi ambaxatores fuerunt omnimodo et solepniter protestati. Protestati fuerunt insuper quod per dictum dominum ducem, et comune Ianue omnia dicta et pronunciata per dictum dominum marchionem arbitrum etc. que tangebant vel tangunt eos et requisierunt vel requirebant observationem pro parte ipsorum domini ducis et comunis integraliter et plenarie observaverunt, protestantes quod si pro parte ipsorum domini ducis et comunis aliquid forte restaret adimpleri vel fieri debere quod non credunt paratos se offerunt dicto nomine id adimplere vel facere immediate et integraliter adimpleri precipientes de predictis per me Stibiotum Stibium notarium infrascriptum fieri unum et plura publica instrumenta.

† Et ego Stibiotus Stibius publicus imperiali auctoritate notarius et canzellarius dicti domini marchionis omnibus et singulis suprascriptis vocatus et rogatus interfui et sic scripsi signumque meum consuetum apposui in testimonium omnium premissorum.

Senza sigillo.

CXXXIV

Sentenza di Giovanni Marchese di Monferrato, con la quale si dichiara dover star ferma, e nel suo pieno vigore, l'altra sentenza pronunciata da detto Marchese nel 27 *dicembre* 1361 *relativamente alla restituzione della città di Alghero, e sue dipendenze; avere il Re di Aragona incorso le penalità comminategli, per non averla eseguita nel tempo prefinito; ed è condannato lo stesso sovrano a fare tale restituzione ai Genovesi entro quattro mesi dal giorno della notificazione del presente lodo*.

(1362, 28 febbraio).

Dai Regii Archivi di Corte di Torino, Genova, *Documenti ant.*, Serie 1.ª, Mazz. IX. Num. XXIX.

In nomini Domini amen. Anno nativitatis eiusdem millessimo tercentessimo sexagessimo secundo. Indictione quinta decima, die ultimo mensis februarij. Nos Iohannes Marchio Montisferrati Imperialis Vicarius etc. arbiter arbitrator et amicabilis compositor et comunis amicus comuniter electus et asumptus inter Serenissimum Principem dominum Petrum Dei gratia Regem Aragonum etc. seu dominum Francischum de Perilionibus Camerlengum et procuratorem suum de cuius procura constat publico instrumento sub signo et nomine Bernardi de Bonastre scriptoris dicti domini regis, sub anno Domini millessimo tercentessimo quinquagessimo nono, vigesima quinta die decembris ex una parte; et magnifficum dominum Symonem Buchanigram, Dei gratia Ianuensem Ducem et Comune Ianue, seu dominum Leonardum de Montaldo ipsorum domini ducis et communis sindici sindicario nomine ipsorum, ut constat instrumento publico scripto sub signo et nomine Georgij Oddoardi de Clavaro notarii sub anno Domini millessimo tercentessimo quinquagesimo nono, indicione decima prima secundum cursum Ianue, die vigesima secunda marcij, ex parte altera, super omnibus causis questionibus guerris et discordijs inter ipsas partes vertentibus etc. prout de compromisso in nos facto constat publico instrumento scripto et abreviato per Stibiotum Stibium notarium et canzellarium nostrum, sub anno Domini millessimo tercentessimo quinquagesimo nono, indicione decimasecunda die nono mensis aprilis. Visso ipso compromisso et ratifficationibus factis per utramque ipsarum parcium super ipso compromisso, et bayliis nobis atributis specialiter super potestate prorogandi terminum compromissi predicti. Et visso instrumento prorogationis termini dicti compromissi, prorogati ad terminum quinque annorum, in qua et ex qua prorogatione nobis plenissimam bayliam duximus reservandam, de qua prorogatione et reservatione bayliarum constat publico instrumento scripto per dictum Stibiotum sub anno Domini millessimo tercentessimo sexagessimo, die vigesima septima marcij, indicione decima tercia. Et vissa sentencia pacis per nos pronunciate inter dictas partes post prorogationem predictam dictis anno Domini millessimo tercentessimo sexagessimo die vigessima septima marcij, in qua quidem sententia pacis pronunciavimus *locum* Alegherij cum omnibus suis pertinencijs, per dictum dominum regem in nostri forcia poni debere infra certum tempus in sententia ipsa contentum sub pena centum milium florenorum, et sub certis alijs penis promissis et juratis per dominum regem predictum, quam penam centum millium florenorum tamen postea per aliam pronunciationem *amovimus* alijs penis in dictam sentenciam contentis firmis premissis, et hoc pro maiori honore domini regis predicti tantum, et non alia causa, quia

dominus Franciscus de Perilionibus camerlengus et procurator domini regis predicti, sub magnis iuramentis nobis promixit tunc quod non obstante amotione ipsius pene *dictus locus* Alegherij per dictum dominum regem in nostri forciam ad nostri libitum poneretur, quam amotionem pene fecimus reservata nobis integre, omni nostra baylia et potestate, memores ecciam pronunciationis facte per nos in favorem nobilium de Auria civium Ianue pro restitutione eisdem fiendi per ipsum dominum regem, de castris terris possessionibus et locis eorum in insula Sardinie situatis, et quod pro premissis omnibus adimplendis missimus ad dictum dominum regem Stibiotum predictum, ad requirendum dictum dominum regem quod omnia et singula pronunciata per nos et ordinata similiter adimpleret, et pluries per ipsum Stibiotum, ac Christofolum de Paulo ambaxatores nostros et dicti domini ducis et communis Ianue, idem dominus rex requisitus fuerit de observatione omnium predictorum et specialiter *loci* Alegherij *supradicti* qui diu expectatis predicta complere in aliquo non curavit, nec complere voluit ullo modo infra tempus in dicta sententia contentum silicet festum pentecostes tunc proxime venturum licet de predictorum pronunciatorum observatione, requixitus ut supra fuerit et contra eum per publicum instrumentum solempniter protestatum per dictum Christofolum de Paulo ut apparet dicto instrumento scripto per Stibiotum predictum, qui nobis ecciam retulit ore proprio, qualiter omnia processerunt. In cellula ecciam nostri cordis, plenius retinentes tenorem nostrarum literarum secretarum quas secretissimas teneri voluimus, usque quo videremus finalem dispositionem domini regis predicti, et si *dictum locum* Alegherij in forcia nostra ut debebat ponere dignaretur vel non scriptis precepto nostro per Stibiotum predictum sub dato in castro nostro Montiscalvi anno Domini millessimo tercentessimo sexagessimo primo, die vigesima septima mensis decembris decima quarta indictione munitas sigillo nostro pendenti. Quarum tenor talis est. In nomine Domini amen. Nos Iohannes Marchio Montisferrati Imperialis Vicarius etc. arbiter arbitrator amicabilis compositor et communis amicus communiter electus et asumptus inter Serenissimum principem dominum Petrum Dei gratia Regem Aragonum etc. seu dominum Francischum de Perilionibus militem camerlengum ac procuratorem et procuratorio nomine ipsius domini Regis ex una parte et magnificum fratrem et compatrem nostrum dominum Symonem Bucanigram Dei gratia Ducem Ianue et Comune Ianue seu dominum Leonardum de Montaldo sindicum et procuratorem sindicario et procuratorio nomine dictorum domini ducis, et communis Ianue ex parte altera pro ut de compromisso in nos facto constat publico instrumento scripto abreviato et in publicam formam redacto per Stibiotum Stibium notarium et canzellarium nostrum sub anno Domini millessimo tercentessimo quinquagessimo nono, indictione duodecima, die nono mensis aprilis. Recolentes quod anno Domini millessimo tercentessimo sexagessimo, indictione decima tercia die vigesima septima marcij proxime presentis, vigore compromissi predicti et baylie nobis ex forma ipsius atribute inter dictas partes super guerris et discordijs tunc vigentibus pronunciavimus pacem perpetuo duraturam ad cuius pacis conservationem noster animus anhelabat cuius causa *locum* Alegherij *in insula* Sardinie *situati* per dictum dominum regem in nostri forcia pronunciavimus poni debere sub pena centum milium florenorum. Affectantes finaliter locum ipsum in gremium communis Ianue reverti, de quo fuit per vim et violentiam extirpatus quodque facta pronunciatione predicta elapso modico intervallo dictus dominus Francischus de Perilionibus ad nos venit cum verbis maxime lamentele, coram nobis asserens et proponens, quod honor prefati domini Regis per nos in tantum ledebatur ex impositione pene predicte centum milium florenorum quod huiusmodi causa tota pax dissolveretur propter indignactionem regiam inde protinus secuturam, nisi fieret revocatio

dicte pene centum milium florenorum, ea potissima ratione, quod tot sudoribus regijs tot cedibus baronum et nobilium antecessis fuerat acquisitus locus ipse, quod tali forcia penali in nostri potenciam nullatenus poneretur. Et quod dominus rex predictus locum predictum Alegherij, amota dicta pena, ad omnem nostram requisitionem, in manibus nostris poneretur et contentaretur quod de ipso fieret ad nostre libitum voluntatis, quia in hoc ad honorem regium et non ad comodum tendebatur, et de hoc, sub legali et militali fide sua certissimum nos reddebat, tunc vero dixerimus domino Francisco predicto, qualiter possumus esse securi, quod revocata dicta pena dominus rex predictus *dictum locum* Alegherij nobis tradat, ipse autem nobis respondit quod non solum *locum* Alegherij, sed ecciam medietatem suorum regnorum ipse dominus rex in forcia nostra poneret ad omnem nostre placitum voluntatis et quod maior pena erat iuramentum regium quam pena centum milium florenorum et honoriffice sine dicta pena nobis per dictum dominum regem fieri poterat traditio dicti loci, et quod non crederemus ullo modo dictum dominum regem velle esse periurium, sed quod pro certo non obstante quod fieret revocatio dicte pene dictus dominus rex pacem et contenta in instrumento pacis liberaliter approbaret et ipsum locum daret nobis ut supra quocienscumque esset ex parte nostra per aliquem nostrum ambaxatorem vel nuncium requisitus et ultra si contingeret quod nullo modo credebat dictum dominum regem ipsam traditionem dicti loci nobis facere nolle, retinebamus nobis omnem bayliam, ipsam penam et forciores iterum imponendi, ita quod nullo modo vel colore tantum honorem regium pretermittere valebamus et si sic per nos fieret dictus dominus rex de nobis vel ipso causam querimonie non haberet sed si contrarium fieret per eum possemus penam indicere et pronunciare sicut expedire tunc nostro iudicio et arbitrio videretur, et hoc non semel tantum sed pluries et pluries nobis per dictum dominum Franciscum fuerunt replicata, diversis diebus et horis. Dubitantes pacem ipsam tot laboribus et sudoribus summisque vigilijs acquisitam inde posse totaliter perturbari, et in premissis dictis et promissionibus eiusdem domini Francisci fiduciam acceptantes, moti fuimus ad ipsam penam revocandam per publicum instrumentum, alijs penis contentis in dicta sententia reservatis, ac freno et abenis in nostra manu retentis silicet baylia nostra super ipsa pena indicenda et maiori et aliis pronunciandi prout videretur consonum menti nostre. Cumque Stibiotum predictum canzellarium et secretarium nostrum in cuius mente predicta omnia et quecumque alia circa pacem ipsam tractata coram nobis aliqua secreta et aliqua publica iuxta singulorum opportunitatem fideliter rescidebant ad prefactum dominum regem duxerimus transmittendum non solum ut per ipsum dominum regem observarentur pronunciata per nos circha restitutionem castrorum nobilium de Auria, sed specialiter ad requirendum ipsum dominum regem publice ardencius et secrete, quod nobis iuxta dictas promissiones nobis factas daretur plena possessio *loci* Alegherij *supradicti*, ipseque dominus rex responderit oretenus et per literas, quod de hoc nos faceret omnino contentum, licet actum nostri contentamenti non attingerit usque modo. Et adhuc expectemus ambaxatorem suum, quem ut suis literis nobis scripsit ad nos immediate transmittit nobis super hoc responsorum ita quod poterimus contentari. Et ex adverso pensantes ambaxiatam nobis expositam ex parte dicti domini ducis per ambaxatores suos, videlicet dominum Bertholameum Buchanigram fratrem et capitaneum suum, Nicholaum domini Levantini et Ianetum Campanarium inter cetera continentem et primo et specialiter quod declaremus quid *de loco* Alegherij fieri deberet si esset positus in virtute nostra. Item quod pronunciemus super facto Corsice. Item quod pronunciemus dictum dominum regem incidisse in penas, compromissi etc. et demum requisiverint nos ambaxatores predicti, ut renunciemus omnibus bayliis nobis datis et reservatis ex forma compromissi predicti, quia die presentem immediate sequenti dictis

bayliis renunciare speramus. Ideo cupientes iura et honores dicti domini ducis et communis Ianue velluti propria in quantum est nobis magis possible conservare, eosque dominum ducem et communem, tutis prevenire conscilijs ut si quod non credimus prefactus dominus rex dictum locum in nostri forciam ponere denegaret et nostro proposito falleremus dicti dominus rex et commune Ianue omne illud iuris quod eisdem possumus reservare inveniant suis loco et tempore eis clarum ut quod serenitate cupimus refulgere vi alicuius nequicie si sequeretur quod absit non valeat cum turbine corruscare sed nostrum propositum laudabile finaliter assequamur. Et ecciam quia vita et mors nostra sicut cuiuscumque in manu dei sunt et ne si morte preveniremur ob id dicti communis Ianue iura remanerent super hoc articulo obscuritate confussa sed pocius lucida et aperta autoritate et vigore bayliarum nobis concessarum ex forma dicti compromissi et prorogacione eiusdem, ac ecciam ex reservationibus bayliarum quas nobis duximus continue reservandas, et omni iure modo et forma quibus melius possumus tenore presentium literarum quas ut ad terciam linguam non valeant devenire secretas et secretissimas tenere volumus usque quo finalem dicti domini regis dispositionem viderimus super dicto facto *loci* Alegherij *supradicti* ne si huiusmodi nostra dispositio et voluntas ad aures regias perveniret forte impediretur traditio dicti loci quam adhuc nobis fieri cogitamus caute ecciam participato conscilio legum doctorum et iurium peritorum conscilio quorum cognovimus, quod quia plenam et absolutam potenciam habemus nobis a partibus atributam literis sigillo nostro sigillatis ac ecciam verbo sine scriptis pronunciare possumus, et de iure venit per partes inviolabiliter observandum quicquid et prout menti et voluntati nostre libet, et nostra fulget in mente dicimus pronunciamus arbitramur arbitramentamur precipimus, ordinamus et declaramus quod dictus dominus rex sub pena sacramenti per eum et eius procuratorio nomine prestiti, ac ecciam sub pena centum milium florenorum non obstante dicta revocatione pene predicte, *dictum locum* Alegherij, cum hominibus iuribus et pertinentiis suis universis ponat in manibus et forcia nostra, infra tempus contentum in primeva nostra pacis sententia supradicta. Et quia notorie et probabiliter nobis constat *locum predictum et terram* Alegherij cum finibus poderio et hominibus et universis pertinenciis suis iure possessorio dicto domino duci et communi Ianue plenissime pertinere, et dominum regem predictum vi et manu armata privasse dictum communem Ianue possessione et tenuta ipsius loci Alegherij et pertinencium eius. Et quia secundum iura communia expoliatus ante omnia restituendus est, eo casu quo infra dictum tempus dictus locus cum dictis pertinenciis et iuribus suis in manibus et forcia nostra non poneretur ut supra. Dicimus pronunciamus declaramus ac arbitramentamur et ordinamus quod dictus dominus rex det et tradat, , dicto domino duci et communi Ianue ac restituat ipsis domine duci et communi possessionem et tenutam corporalem et quasi *dicti loci et terre* Alegherij *in insula* Sardinie *situati*, cum omnibus et singulis iuribus et pertinenciis spectantibus ipsi loco et poderio eius et ad dictam possessionem et tenutam dictis domino duci et communi restituendam infra menses sex a die notificationis huiusmodi nostre pronunciationis ei facte oretenus et per literas numerandos sub dictis penis dictum dominum regem ex certa scientia condempnamus, ut si prefactus dominus rex ex honestate propria et ambaxatorum suorum promissionibus eius parte factis, restitutionem dicti loci plenariam Alegherij facere recussaret vigore et metu penarum supradictarum restitutionem ipsam facere compellatur, has autem literas nostras ad eternam premissorum omnium memoriam conscribi fecimus et nostri sigilli munimine roborari. Datum in castro nostro Montiscalvi in cubiculari camera nostra anno Domini millessimo tercentessimo sexagessimo primo die vigesima septima mensis decembris, decima quarta indictione. Ego Stibiotus Stibius canzellarius dicti domini marchionis,

precepto eiusdem domini marchionis, predicta scripssi. Et visso alio publico instrumento pronunciationis per nos facte recepro et scripto per Stibiotum predictum sub anno Domini millessimo tercentessimo sexagessimo indictione decima tertia, die secundo mensis aprilis, in quo effectualiter continetur sicut pronunciavimus et declaravimus quod castrum terra et locus Bonifacij, insule Corsice pleno iure spectat et pertinet dicto communi Ianue nec debet in obligacionem cadere dicto domino regi Aragonum vel nobis arbitrio supradicto nisi solum in hoc quod per aliquem potestatem vel rectorem nostrum cum servientibus viginti quinque, vel usque in quatraginta, et non pluribus sed paucioribus si nobis videretur, deberemus habere detemptationem et gubernationem dicti loci, per menses quatuor et non ultra quibus ecciam quattuor mensibus elapsis teneremur dictum locum libere dimittere in virtute dicti communis Ianue. Taliter ecciam quod occaxione dicte detemptationis et gubernationis nullum dicto communi preiudicium in suis iuribus generaretur et hanc pronunciacionem, et declarationem fecerimus ea potissima ratione quia numquam de dicto castro coram nobis fuit questio seu requisitio aliqua per dictum dominum regem facta vel alium pro eo nec unquam fuit de intentione nostra nec ecciam alicuius dictarum parcium nec nobis ecciam vissum fuit sic fieri debere, silicet dictum locum in manibus et forcia nostri poni quia in ipso loco dicto domino regi Aragonum nullum jus competit, nec fuit propositum nec allegatum competere, sed pro honore ipsius domini regis tantum in dicta prima sententia pacis pronunciavimus ipsum locum in forcia nostra poni debere, ut ipsi domino regi ad dedecus imputari non posset quod nobis traderet *locum* Alegherij restituendum dicto communi Ianue, quod facere noluit sicut supra dictum est. Et dicti dominus dux et commune Ianue fuerint ante terminum et in termino dicte nostre prime sententie semper parati nobis dare et manibus et forcia nostra ponere dictum locum Bonifacii secundum formam et tenorem ipsius prime sententie qualitercumque late, et hoc nobis obtulerint licet ipsum locum recipere voluerimus, sed per nos tantum stetit quia non expediebat nec re vera tradi debebat, et quia prefactus dominus rex interpellatus sententia nuncijs et literis nostris traditionem *dicti loci* Aaegherij nobis in omni casu facere recussaverit. Scientes ecciam quod a principio tractatus pacis predicte nostre finalis intentionis extitit et ecciam voluntatis quod exequeretur et fieret prout in dicto nostro pronunciamento literali de facto restitutionis Alegherij tantum dicto domino duci et communis Ianue fiende plenius continetur, sed id optaverimus fieri cum maiori honore domini regis predicti quo esse et fieri potuisset colorate in dicta sententia inserendo de traditione Bonifacij facienda de quo nulla questio movebatur et hoc eius regalis intentio non advertat ymo penas et iuramenta contempserit et contempnat in sui honoris et anime detrimentum. Scientes ecciam quod pax ipsa nullo fuisset per nos tempore promulgata, si non fuisset excogitata finalis intentio restitutionis loci Alegherij supradicti, habito super hoc consensu et deliberatione solempni parcium predictarum qui locus pro honore regio in manibus nostris poni debebat et deinde ipsum dicto domino duci et communi Ianue restituere debebamus. Sedentes in hijs scriptis Christi nomine invocato vigore potestatis baylie et arbitrij nostri et omni iure modo et forma quibus melius possumus, dicimus, sententiamus, pronunciamus, arbitramur, arbitramentamur, laudamus, ordinamus, et declaramus, et fieri attendi et observari precipimus prout et sicut inferius continetur. Et primo dicimus sententiamus et declaramus notum facimus et testamur dictam nostram pronunciationem, et sententiam literalem secretam de qua superius fit mentio valere et tenere et valuisse et tenuisse et per nos latam esse et fuisse prout iacet ad literam et observandam et adimplendam fuisse. Inhibentes dicto domino regi eiusque communitatibus vassallis et subditis quibuscumque conditionis vel dignitatis existant, ne contra ipsas literas

et pronunciamenta seu ipsorum aliquod aliquid opponant vel opponi faciant de iure vel de facto non obstante aliqua solempnitate forte obmissa ex causa ut fructum sentire non valeant si pro regali honore aliqua facta sunt vel omissa, que solempniter exequi debuissent, et per consequens ne dictis domino duci et communi Ianue per quos non stetit nec adhuc stat quum omnia per nos pronunciata in dicta sentencia pacis serventur preiudicium valeat generari. Item dicimus sententiamus et pronunciamus etc. quod dictus dominus rex sub pena sacramenti per eum et eius procuratorio nomine prestiti, ac ecciam sub pena centum milium florenorum non obstante revocatione dicte pene quam fecimus pro suo honore, super facto traditionis *dicti loci* Alegherii, ut supradictum est det et tradat ac restituat dicto domino duci et communi Ianue possessionem et tenutam corporalem, et quasi *loci et terre* Alegherij *predicti in insula* Sardinie *situati*, cum finibus poderio hominibus pertinencijs et fortalicijs suis universis et ad dictam possessionem et tenutam dicto domino duci et communi Ianue dandam tradendam et restituendam infra menses quatuor a die notiffications hujusmodi nostre sentencie et pronunciationis ei fiende oretenus vel per literas numerandos sub dictis penis ipsum dominum regem ex certa scientia condempnamus. Item dicimus et declaramus quod dicti dominus dux et commune Ianue semper voluerunt et parati fuerunt ante terminum et in termino dicte sententie pacis per nos late in manibus et forcia nostra ponere dictum locum Bonifacij, iuxta formam et tenorem pronunciationis nostre predicte facte in dicta prima sententia pacis, et quod per nos tantum stetit quum ipsum locum Bonifacij, omni mero mixto imperio fortaliciis hominibus et pertinencijs suis universis in manibus et forcia nostra habuerimus. Et ideo absolvimus et plenarie liberamus dictum dominum ducem et commune Ianue ab omni traditione consignatione et datione dicti loci Bonifacij nobis fienda seu que fieri debuisset secundum formam dicte nostre sententie vel aliter, et ab omni pena et penis, quam vel quas tali occaxione aliqualiter incurrere potuissent cum re vera hoc fieri non deberet ut superius est expressum. Mandantes et expressius inhibentes dicto domino regi, et eius subditis quibuscumque, ne ad aprehensionem dicti loci vi armorum vel aliter procedant vel procedi faciant vel aliquid novi fieri permittant aliqualiter in futurum, nec ad petitionem alicuius pene procedant occaxione aliquorum hactenus pronunciatorum per nos sub penis predictis, tociens comittendis quociens fuerit contrafactum publice vel occulte. Item de novo ad cautelam dicimus sententiamus, et declaramus quod dictus locus Bonifacij cum omnibus fortilicijs poderio et pertinencijs suis universis pleno iure spectat et pertinet dicto communi Ianue, nec debet vel debuit in aliquam obligationem cadere domino regi predicto vel nobis arbitro supradicto. Sed quod de dicto loco in dicta nostra sententia fuit insertum factum fuit rationibus antedictis. Item dicimus sententiamus et declaramus dictum dominum regem propter inobservanciam pronunciatorum per nos in restitutionem dive traditionem *dicti loci* Alegherij incidisse in penas contentas in compromisso predicto. Et predicta omnia et singula dicimus sententiamus pronunciamus fieri attendi, et observari debere sub penis in compromisso contentis et omni iure modo et forma quibus melius possumus. Reservantes nobis omnem bayliam usque ad terminum antedictum in dicta nostra reservatione contentum. Lata data lecta et pronunciata fuit suprascripta sententia arbitralis in Ast. In palacio illorum de Troya habitationis suprascripti illustris domini marchionis presentibus testibus domino Uberto Gataluxio, ambaxatore domini Imperatoris grecorum, dominis Francischo de Summo Abertino de Guasconibus legum doctoribus vicarijs prefati domini marchionis, nec non dominis Bonifacio de Toncho comite, Maxio de Sarrazenis militibus, et Albertino ex marchionibus Incisse, ad hec vocatis specialiter et rogatis; de quibus omnibus

et singulis suprascriptis dictus dominus Marchio precepit per me notarium infrascriptum fieri publicum instrumentum.

† Et ego Iacobinus de Capella de Luburno publicus Imperiali auctoritate notarius ac prefati domini Marchionis scriba, predictis omnibus interfui vocatus scripssi; meque subscripssi, et in premissorum testimonium apposui solitum signum meum.

Senza sigillo.

CXXXV

Il Pontefice Urbano V manda suo Legato alla repubblica di Genova l'arcivescovo di Torres in Sardegna, per indurla alla pace, e alla concordia col comune di Pisa riguardo agli affari di Oriente, e dell'Impero Costantinopolitano.

(1363, 14 maggio).

Dai Regii Archivi di Corte di Torino, Genova, *Documenti ant.*, Serie 2.ª, Num. XI.

Urbanus Episcopus servus servorum Dei. Nobilibus viris… Potestati Capitaneo Antianis Consilio et Communi Ianuensi spiritum consilii sanioris affectu paterno quo filios odisse non possimus etiam offendentes circa nos ut temperetis in consultos calores vestros quibus in proprium exitium et Imperii Constantinopolitani notum periculum cum Pisanis dissidetis salubria pacis consilia meditantes dilectum filium fratrem Mansuetum de ordine fratrum minorum penitentiarium et capellanum nostrum ad vos et illos pro concordia et pace reformanda inter vos et illos curavimus destinare. Sed quia zelus noster suum quo non stimulat circa consumationem cepti negotii calcar habet venerabilem fratrem nostrum Archiepiscopum Turritanum (1) virum utique *celum* (sic) vestre salutis habentem nec non consilio et scientie negotiis aptum tam in negotio pacis quam in omnibus que illius occasione ipsi fratri commisimus providemus adjungendum. Quocirca universitatem vestram rogamus, monemus, et hortamur attente vobis in remissionem peccaminum iniungentes quatenus demonstrantes vos non tam mortem quam salutem affectare communem ipsum archiepiscopum tamquam pacis angelum et eius monita in hijs que ad dictum negotium pertinent benigne suscipite ejus admittite consilia et mandatis salutaribus credite. Ita quod propter hoc preter bonum quod vobis inde proveniet Romanam Ecclesiam matrem vestram vobis constituatis propitiam et benignam. Datum Viterbii secundo idus maii pontificatus nostri anno primo.

Senza sigillo.

NOTE

(1) Chiamavasi Bernardo, secondo il Wadingo (*Annal. Ordin. Minor.*), e il Mattei (*Sardin. Sacr.*); Arnaldo, secondo il Giustiniani (*Annal. Ianuen.*), e il Vico (*Hist. gener. del Rey de çerdeña*).

CXXXVI

Bolla del Pontefice Urbano V contro Pietro IV re di Aragona, il quale ricusava di pagare l'annuo censo convenuto nella infeudazione pel regno di Sardegna e di Corsica, acciò comparisca legittimamente in Roma avanti al Concistoro Pontificio, per ivi sentire la promulgazione della sentenza, che sarebbe pronunciata contro di lui, accompagnata da scomunica, e da interdetto.

(1364, 13 marzo).

Dal Lunig, *Cod. Ital. Diplom*. Tom. II. col. 1425-26-27-28.

Urbanus etc. ad futuram memoriam. Olim, cum in concessione per felicis recordationis Bonifacium Papam VIII. praedecessorem nostrum, clarae memoriae Iacobo Regi Sardiniae et Corsicae de regno Sardiniae et Corsicae, quod Romanae Ecclesiae juris, et proprietatis existit, cum omnibus juribus, et pertinentiis suis dicto Regi, et suis haeredibus, ex suo et ipsorum corporibus legitime descendentibus utriusque sexus, natis tunc, et etiam nascituris, in perpetuum feudum sub modo, forma, et tenore, conditionibus, et conventionibus in ejusdem praedecessoris literis declaratis, ab ipso praedecessore, suisque successoribus canonice intrantibus, et dicta Romana Ecclesia tenendam, gratiose facta, inter alia contineretur, quod tam ipse Rex, quam quilibet suorum haeredum in dicto regno pro ipso regno dicto praedecessori, et eidem Romanae Ecclesiae praestaret, seu praestare teneretur, prout idem Rex, et nonnulli sui in eodem regno successores praestiterunt ligium homagium, vassallagium plenum, et fidelitatis juramentum sub certa forma in ejusdem praedecessoris literis annotata: et quod ipse rex similia fidelitatem, vassallagium plenum, et homagium ligium, et juramentum renovaret, faceret, et praestaret unicuique Romano Pontifici, et dictae Ecclesiae, infra annum, a die, quo electus esset in Romanum Pontificem, computandum; et similia praestaret, et faceret, et similiter renovaret, et facere, praestare et renovare teneretur unusquisque heredum suorum in dicto regno unicuique Romano Pontifici, qui esset pro tempore, et ipsi Romanae Ecclesiae, secundum formam eandem, nomen Romani Pontificis, qui tunc esset, et suum proprium exprimendo: sed postquam ipse Rex, et haeredes sui in regno Sardiniae et Corsicae supradicto praestitissent, et fecissent personaliter juramentum, fidelitatem, et vassallagium, secundum praedictam formam, uni Romano Pontifici, non astringerentur personaliter praestare et facere, dummodo illa praestarent et facerent infra annum per idoneum, vel idoneos substitutos, ad hoc plenum mandatum habentes: et si plus placeret Romano Pontifici, vel Romanae Ecclesiae supradictis, juramentum, fidelitatem, vassallagium, et homagium praedicta praestarent et facerent ipse Rex, et haeredes sui, nomine Summi Pontificis et Romanae Ecclesiae, illi, vel illis, quae vel quos ad hoc specialiter ipse Romanus Pontifex, vel Sedes Apostolica deputaret: et pro eodem regno, tum dictus rex, quam quilibet suorum haeredum in regno Sardiniae, et Corsicae, pro ipso regno censum duorum millium marcharum argenti bonorum et legalium sterlingorum, ubicumque Romano Pontifici, qui esset pro tempore, vel eidem Ecclesiae, ubi ipsa esset, Sede vacante, recipienti pro futuro Summo Pontifice, et pro portione collegium ipsius Ecclesiae cardinalium contingente, in festo Beatorum Petri, et Pauli annis singulis integraliter pro dicto regno Sardiniae, et Corsicae persolverent; ad quem censum, ut praemittitur persolvendum tam idem Rex, quam quilibet haeredum suorum in dicto regno tenerentur, et

essent adstricti: et quod si Rex idem, vel quicumque suorum in dicto regno haeredum in praefato statuto termino non solvissent integre (ut praemittitur) dictum censum, expectati per quatuor menses terminum ipsum immediate sequentes, de illo ad plenum non satisfacerent, eo ipso essent excomunicationis vinculo innodati: quod si secundo termino infra subsequentes quatuor alios menses eundem censum sine diminutione qualibet non persolverent, totum Regnum Sardiniae, et Corsicae esset ecclesiastico suppositum interdicto: si vero nec in tertio termino, nec infra alios quatuor menses proximos per plenam satisfactionem ejusdem census idem Rex, et sui haeredes sibi non ducerent consulendum, ita quod transactis eodem tertio termino, et quatuor proxime sequentibus mensibus non esset de hujusmodi censu primi termini ipsi Ecclesiae integre satisfactum, ab eodem regno Sardiniae et Corsicae ipso jure caderent ex toto, et regnum ipsum ad dictam Romanam Ecclesiam, ejusque dispositionem libere et expedite reverteretur: nihilominus pro singulis duobus millibus marcharum singulorum terminorum, si simili modo in eorum solutione cessarent, vel illa non solverent, idem Rex, aut quivis suorum haeredum in dicto regno Sardiniae, et Corsicae poenas similes incurrerent, salvis aliis poenis, processibus, et sententiis, quae vel qui de jure inferri, vel haberi, seu proferri possent per Romanum Pontificem, vel Sedem eandem specialiter in hoc casu.

Quam quidem concessionem, seu infeudationem sub hujusmodi forma, tenore, conditionibus, et conventionibus, ipsi Iacobus Rex, et sui in dicto regno successores acceptarunt, et ratas et acceptas etiam habuerunt, prout haec et alia in dicta praedecessoris ejus bulla, et etiam in praefati Iacobi et nonnullorum suorum successorum Regum Sardiniae et Corsicae, et specialiter magnifici principis Petri, Regis Aragonum illustris, qui eidem Regi Iacobo in dicto regno Sardiniae et Corsicae postremo successit, ipsorum aureis bullis munitis literis plenius continetur. Et cum idem Petrus Rex in solutione hujusmodi census annis quamplurimis cessavisset, felicis recordationis Innocentius Papa VI praedecessor noster, ejusdem Ecclesiae dispendiis occurrere, ac praefati Regis saluti et statui providere paterna solicitudine cupiens, super hoc fratrum suorum Sancta Romana Ecclesia cardinalium frequenti querela pulsatus, per diversas solennes personas, ac per Apostolicas literas Regem ipsum salutaribus monitis excitavit, et hortatus fuit benevole morte patris, attente rogans eundem, ut ipse considerans pericula gravia, quibus propter non solutum censum hujusmodi subjacebat, et attendens provvide, quam benigne ipse praedecessor secum egisset, cum de militari servitio in quo etiam eidem Ecclesiae pro dicto regno tenebatur, multo tempore expectando, eisdem periculis per debitam solutionem occurreret, ac commissam in ipsa solutione dicti census moram satisfactione celeri compensaret; ita quod incumbenti circa hoc sibi debito reali exhibitione soluto, idem praedecessor (suadente justitia) aliud contra Regem eundem non compelleretur in hac parte remedium adhibere. Sed idem Rex exhortationes et preces praefati Innocentii praedecessoris obaudiens, post primum annum pontificatus dicti Innocentii praedecessoris de censu praefato quidquam solvere non curavit. Postremo vero, praefato Innocentio praedecessore, sicut domino placuit, viam universae carnis ingresso, cum Nos, divina favente clementia, ad apicem summi apostolatus assumpti, memoratum Petrum Regem de solutione dicti census expectavissemus de benignitate paterna, ipseque patientiam et benignitatem dictae Sedis in augmentum suae convertens duritiae, quam debuerat emollire, nihil de dicto censu solvisset, nec etiam Nobis infra primum annum nostri pontificatus, nec etiam postea fidelitatis juramentum per se, vel alium praestitisset, nec fecisset homagium praelibata (propter quod, quod jam fluxissent decem anni a tempore ultimae solutionis dicti census, factae Innocentio

praedecessori praefato secundum praemissa, ipse Petrus Rex dictam sententiam excomunicationis, dudum per eum Bonifacium praedecessorem in concessione dicti regni in Regem Sardiniae et Corsicae, qui esset pro tempore, si in terminis ad hoc ordinatis dictum censum non solvant, ut praemittitur, promulgatam incurrerat, et totum regnum praedictum erat ecclesiastico suppositum interdicto: et idem Rex a dicto regno ex toto ceciderat, illudque ad dictam Romanam Ecclesiam, et ejus dispositionem integre et libere reversum erat), Nos attendentes, quod, quanto Apostolica Sedes praefato Petro Regi se reddidit proniorem ad gratiam, tanto eum (quod displicenter referimus) reperimus ad solutionem dicti sui debiti tardiorem, cum de culpa dicti Petri Regis commissa in hujusmodi negligentia non factae solutionis dicti census appareat manifeste; hac praelatorum et aliorum fidelium in publico concistorio, praesente multitudine copiosa, praefatum Regem auctoritate apostolica praesentium tenore perentorie citamus per hoc publicae citationis edictum, cujusmodi citandi modum ex certis rationalibus causis eligimus, ut tertia decima die mensis maji proxime futuri, si consistorium erit, alioquin prima die consistoriali, ex tunc proxime sequenti, hora consistorii, quam sibi pro peremptorio termino assignamus, compareat legitime coram Nobis auditurus declarationem nostram super incursione dictarum sententiarum excomunicationis in ejus personam et interdicti in praefatum regnum Sardiniae, et Corsicae, ac super amissione dicti regni, et reversione ipsius ad Romanam Ecclesiam praelibatam, et ad liberam et expeditam dispositionem ipsius, per Nos (auctore Domino), prout de jure fuerit, faciendam; aperte praedicentes eidem, quod sive compareat, sive non compareat in termino memorato, Nos contra ipsum ad declarationem hujusmodi faciendam, vel alias, prout justum fuerit, et Nobis videbitur expediens, procedemus, ipsius Petri Regis absentia seu contumacia non obstante etc. Datum et actum Avinioni in palatio Apostolico III. idii martii anno II.

CXXXVII

Privilegio del re D. Pietro di Aragona acciò la quarta parte dei proventi della Dogana di Alghero sia applicata a riparare le mura della città.

(1364, 20 marzo).

Dagli Archivj antichi della città di Alghero.

Nos Petrus Dei gratia rex Aragonum, Valenciae, Maioricarum, Sardiniae et Corsicae, comesque Barchinonae, Rossilionis et Ceritaniae. Si solicita meditatione pensamus quantis expensis et sumptibus, ac laboribus nostris, et nostrorum fidelium subditorum locus de Alguerio situatus in insula Sardiniae coronae regiae extitit acquisitus, et pro conservatione totius capitis Lugudorij est ipsi nostrae coronae regiae conservandus, tantas et etiam plures curas et sollicitudines nos habere convenit, ut ipsum locum ad nos, et nostros successores perpetuo conservemus, et pro ipsius tuitione, et defensione provisiones necessarias faciamus. Igitur, cum ad auditum nostrum produxerit relatio fidedigna, quod muri villae ipsius, non modica reparatione indigent, et quod habitatores ipsius non habent tales facultates, ex quibus operibus ipsius loci valeant providere. Et propterea oportet nos, ut ad opera murorum ipsorum ex redditibus nostris in tali, et tanta quantitate deputemus, quod quantitas ipsa sufficiat ad opera supradicta, et ad ea continue in condirecto tenendum. Ideo tenore praesentis cartae nostrae firmiter valiture, operibus murorum ipsorum, et condirectioni eorum, quartam partem omnium, et singulorum iurium, proventuum, et emolumentorum duanae nostrae dicti loci, et tretae grani ipsius ducimus assignandam. Mandantes per hanc eandem quam per decem annos a datum praesentem in antea computandos durare volumus, Administratori capiti supradicti et duanerio dicti loci de Alguerio, quatenus de dicta quarta parte iurium, proventuum et emolumentorum duanae, et tretae praedictarum respondeant operario qui nunc est, et pro tempore fuerit, murorum dicti loci, convertendam per ipsum in operibus et condirectione praedictis, et quod hec quod certa scientia et consulte, et pro tuitione, et defensione dicti loci, et habitantium in eodem facimus, ijdem duanerius, et administrator compleant et observent, ordiantione graduum facta per nos super distributione monetae dictae administrationis in aliquo non obstante, quod nisi faciant, quod minime opinamus, mandamus per eandem gubernatori capitis ipsius, quod dictos duanerium, et administratorem praesentes et futuros, ad id tam personaliter, quam pecuniarie compellant pit et distringant. In cuius rei testimonium, hanc fieri iussimus, nostro sigillo pendenti munitam. Datum Barchinonae. Vigesima die martij, anno a nativitate Domini, millesimo, trecentesimo, sexagesimo quarto, regnique nostri vigesimo nono. Visa P. Thomas de Cautt ma R. S. P. consilii residens in Barcelosa.

CXXXVIII

Carta Reale di D. Pietro di Aragona, con la quale, dichiarate di proprietà regia, e quindi inalienabili in perpetuo le saline dello Stagno*, e della* Nurra*, e le ville di* Bonvehi*,* Manussades*, e* Montcort*, si danno alcuni provvedimenti per la vendita del sale in Alghero, e anche in Sassari, allorché questa città tornerà sotto il dominio della Corona*.

(1370, 15 novembre).

Dagli Archivj antichi della città di Alghero.

Nos Petrus Dei gratia rex Aragonum, Valenciae, Maioricarum, Sardiniae, et Corsicae, comesque Barchinonae, Rossilionis et Ceritaniae. Quoniam deliberatione plena habita comperimus, quod ex subscripto iura nostra Capitis Lugudorij maximum melioramentum suscipient, cum dignabitur dominus statum insulae Sardiniae in melius commutare, ideo ipsum melioramentum affectantes, tenore praesentis cartae nostrae cunctis temporibus valiturae, providemus, sancimus, et ordinamus quod stagna salinarum villarum de Nurra quae villae nunc vacant per mortem Petri Alberti quondam militis gubernatoris Lugudorij, et iura redditus, et emolumenta ipsorum stagnorum et salinarum, sint nostra, et successorum nostrorum perpetuo, et redditibus et iuribus nostris dicti Capitis Lugudorij ita annexa, quod nullo unquam tempore quavis ratione seu causa seu quovis modo seu titulo inde valeant separari, nec nobis vel successoribus nostris liceat unquam de caetero de dictis stagnis vel salinis, vel parte eorum, donationes aliquas, concessiones, vel assignationes facere perpetuas vel temporales, et si fierent de caetero, vel si forte iam factae sint, eas tanquam iuribus nostris valde damnosas cassamus et irritamus, et carere volumus omnimodo roboris firmitate, imo administrator redituum, et iurium nostrorum dicti Capitis Lugudorij, qui nunc est et erit pro tempore, dicta stagna tanquam redditus nostros proprios administret ad utilitatem curiae nostrae prout stagna in quibus fit sal administrari consueverunt et debent, salque inde proveniens, in villa Alguerii quae salinas non habet vendi faciat, vel si ei videbitur in civitate Sasseri quando recuperavimus eam. Providemus insuper, et sancimus, ac ordinamus perpetuo, quod nec in aliqua parte termini praedictae villae Alguerij, nec in Castro seu villis de Bonvhei, nec in villis, seu locis de Manussades, et de Muntcort, nec terminis ipsius vel ipsarum, sit alicui licitum sal vendere, nisi tantum in dicta villa Alguerij, in qua ipsum sal prout vendi consuevit vendatur per gabellotum nostrum dicti salis, et non per alium ullomodo, nec absque voluntate ipsius gabelloti, lembum aliquod vel vassellum sal alicuius naturae discaricet unquam de caetero in dicta villa Alguerij, vel Castro, et villis praedictis seu terminis earundem. Caeterum providemus, et ordinamus perpetuo, nobisque legem imponimus quod villas praedictas de Manussades, et de Muntcort quas dicto Petro Alberti dederamus, seu assignaveramus loco pignoris quousque fecissemus sibi complementum, ad sexcentas libras alfonsinarum in redditibus quos in dicta Sardiniae insula super villis vacantibus dederamus, quaequidem villae per obitum dicti Petri ad nostrum patrimonium redierunt, nunquam de caetero donemus, vel alienemus, seu assignemus quavis ratione, nec quovis titulo sive causa, quinimo dictus administrator praesens et futurus, eas tanquam patrimonium nostrum administret, et earum redditus, exitus, et iura, in solutione salarij vicariae dictae villae Alguerij convertat, sui salario ipsos redditus, exitus, et iura perpetuo assignamus. Et si forsan per oblivionem, vel etiam de certa

scientia aliquam donationem vel translationem, aut alienationem, de ipsis villis, vel earum redditibus, et iuribus, aut parte ipsorum, nos vel successores nostros facere contingeret, vel si per expectationem, aut alias iam factae sint eas huius serie revocamus, nec aliquam habeant firmitatem. Mandamus itaque huius serie gubernatori Lugudorij, ac dicto administratori caeterisque officialibus, et subditis nostris dictae Sardiniae insulae, et aliis praesentibus et futuris, ut has nostras provisionem et ordinationem perpetuas firmas habeant perpetuo et observent, et contra non veniant, nec aliquem contravenire permittant aliqua ratione. In cuius rei testimonium, praesentem cartam nostram fieri iussimus, nostro sigillo impendenti munitam. Datum in Montealbo quintadecima die novembris, anno a nativitate Domini, millesimo, trecentesimo, septuagesimo, nostrique regni trigesimoquinto. Rex. P. In. S.^{ar} P. de Gostemps. m R. X. P. P. d. marg. consil. et scpt P.

Rsta.

CXXXIX

Privilegio del re. D. Pietro di Aragona per l'unione ad Alghero *delle ville di* Suyana*,* Terquilo *e* Desella.

(1370, 16 novembre).

Dagli Archivj antichi della città di Alghero.

Nos Petrus, Dei gratia rex Aragonum, Valenciae, Maioricarum, Sardiniae, et Corsicae, comesque Barchinonae, Rossilionis et Ceritaniae. Circa melioramentum villae nostrae Alguerij intendentes libenter, tenore praesentis cartae nostrae perpetuo valiture ipsi villae quae considerato valore suo arctum habet territorium, et eius universitati huius serie in privilegium concedimus speciale, quod villa de Suyanna, Derquilo, et De Sella situate in terra Nurre dictaeque villae Alguerij satis contigue, quas quidem villas dederamus Petro Alberti quondam militi gubernatori Lugudorij, per cuius obitum ipsae villae sunt ad nostrum patrimonium devolutae, earumdemque villarum termini sint de caetero de territorio ac vicaria praedictae villae Alguerij, redditusque et proventus ipsarum villarum, sint vicariae eiusdem villae Alguerij de caetero perpetuo assignati, nec aliam donationem, concessionem, vel assignationem de dictis villis, vel earum aliqua, aut de redditibus, vel iuribus earum liceat nobis vel successoribus nostris de caetero facere quocunque modo, vel quacunque ratione seu causa. Mandamus itaque huius serie gubernatori Capitis Lugudorij, et administratori reddituum, et iurium nostrorum eiusdem Capitis, caeterisque officialibus et subditis nostris Sardiniae insulae praesentibus et futuris, ut concessionem nostram huiusmodi firmam habeant, perpetuo teneant, et observent, et contra non veniant, nec aliquem contravenire permittant aliqua ratione. In cuius rei testimonium, hanc cartam nostram fieri iussimus, sigillo maiestatis nostrae impendenti munitam. Datum in Montealbo, sextadecima die novembris, anno a nativitate Domini, millesimo, trecentesimo, septuagesimo, nostrique regni trigesimoquinto. Rex Petrus.

Signum † Petri Dei gratia regis Aragonum Valenciae, Maioricarum, Sardiniae, et Corsicae, comitisque Barchinonae, Rossilionis, et Ceritaniae.

Testes sunt: Romeus Ilerdeu Episcopus. Petrus Archiepiscopus Terraconae. Ioannes Impuriarum Comes, Hugo Vicecomes Cardonae. Dalmatius de Queralto milites.

Signum † Petri de Gostemps scriptoris dicti domini regis, qui de mandato ipsius haec scribi fecit et clausit.

In Sardinia Petrus de Gostemps m. R. F. p. p. d. consil et script. P.

Rsta.

CXL

Ordine del re D. Pietro di Aragona, col quale s'ingiunge ai Sardi abitanti in Alghero *di uscirne e vendere le loro possessioni dentro un termine da fissarsi dal Governatore di* Logudoro*; con divieto perpetuo agli stessi Sardi di abitare in detta città, e possedervi dei beni stabili*.

(1372, 28 settembre).

Dagli Archivj antichi della città di Alghero.

Nos Petrus Dei gratia rex Aragonum, Valenciae, Maioricarum, Sardiniae, et Corsicae, comesque Barchinonae, Rossilionis et Ceritaniae. Dum sedula meditatione pensamus quantum laboriose personae nostrae periculum non vitatis, non sine magna effusione sanguinis et infinitis expensis nostrorum fidelium subditorum, dudum villam de Alguerio in insula Sardiniae constitutam a manibus eripuimus tyrannorum et quanta ne dum villa praedicta, et fideles nostre incole ipsius, imo tota res publica regnorum, et terrarum nostrarum, ex habitatione continua Sardorum in ea populatorum, mala et dispendia passi extiterunt temporibus retro lapsis dignum debitum expediens reputamus ac necessarium, quod super hiis, ut omnis scandali cesset materia, et via malis rebellandi praecludatur taliter provideamus, quod villa ipsa, nobis et coronae nostrae regiae conservetur. Quapropter tenore praesentis cartae nostrae, et privilegii perpetuo valituri per nos et nostros successores, ordinamus et statuimus, quod nos vel gubernator noster generales, aut alij officiales nostri, aut successorum nostrorum, quocumque nomine nuncupetur, non possimus, neque possint alicui Sardo, dare, vendere, stabilire aut concedere quovis modo seu causa, intus villam predictam, aut terminos eiusdem, domos, hospitia, patua, seu alias possessiones quascumque; imo Sardi ipsi, ab incolatu villae eiusdem alieni sint ad in perpetuum, ac privati. Et qui Sardi nunc habentes et possidentes in eadem villa, vel eius terminis, domos, hospitia, aut alias quasvis possessiones intra terminum, per dilectum consiliarium nostrum Dalmacium de Iardino militem, gubernatorem et reformatorem Capitis Lugudorij eis praefigendum, easdem, et eadem vendere, aut alias alienare alijs habitatoribus dictae villae habeant, et teneantur, alias lapso ipso termino, decernimus et volumus, ipsas et ipsa fisco nostro protinus applicari. Mandantes per eandem dicto gubernatori, caeterisque officialibus nostris, et successorum nostrorum, praesentibus et futuris, quatenus ordinationem, statutum, et privilegium nostra huiusmodi, quos vim legis volumus obtinere firma habeant, teneant, et observent, tenerique et observari faciant, et non contraveniant, seu aliquem contravenire permittant aliqua ratione. Quicunque autem ducti temerario ausu, contra predicta, vel eroum aliqua venire aut quicquam temptare praesumpserit, iram et indignationem nostram, et poenam mille marabotinorum auri, nostro acquirendorum aerario, se noverint incursuros. In cuius rei testimonium, praesentem fieri, et sigillo maiestatis nostrae impendenti iussimus communiri. Datum Barchinonae vigesima octava die septembris anno a nativitate Domini, millesimo, trecentesimo, septuagesimo secundo, regnique nostri trigesimo septimo. Visa Ro.

Signum † Petri Dei gratia regis Aragonum Valenciae, Maioricarum, Sardiniae, et Corsicae, comitisque Barchinonae, Rossilionis, et Ceritaniae. Rex.

P. Testes sunt. Petrus Terraconae Archiepiscopus Petrus Comes Urgellensi Domicellus Ioannes Impuriarum Comes. Hugo Vice comes Cardone, Raymundus Alamanni de Milione milites.

Signum † mei Bernardi Michelis dicti domini regis secretarij, qui de ipsius mandato haec scribi feci, cum raso in linea VJ[a] anius, et clausa. R. in Sardinia Bernardi Michelis, ex ca.[is] p. Dominum R. in consil provis P.

Rsta.

CXLI

Assoluzione fatta dal re D. Pietro di Aragona dei debiti degli amministratori dei dazi di Alghero*, i quali aveano smarrito le carte della loro amministrazione, durante la guerra col* Giudice di Arborea.

(1373, 27 maggio).

Dagli Archivj antichi della Città di Alghero.

Nos Petrus Dei gratia rex Aragonum, Valenciae, Maioricarum, Sardiniae et Corsicae, comesque Barchinonae Rossilionis, et Ceritaniae. Quia pro parte vestri fidelium nostrorum consiliariorum, et proborum hominum villae Alguerij, fuit nobis humiliter supplicatum ut cum universitas, seu aliqui singulares dictae villae expenderint in furnimentis, et alijs necessitatibus villae ipsius diversas pecuniae quantitates, quae ex impositionibus villae eiusdem pervenerant. Et cum plures ex administratoribus ipsarum impositionum propter maximas perplexitates et angustias quibus villa ipsa multitude extitit agitata, occasione guerrae quam ille nequam proditor iudex Arboreae, vassallus noster contra nos facere non expavit, amiserint plurima ex computis ipsarum compositionum, ob quid illa reddere nequirent commode ut deceret, dignaremur vobis super hijs debite providere. Ideo nos vestrae supplicationi condescendentes benigne, tenore praesentis concedimus vobis dictis consiliarijs, et probis hominibus, ac toti universitati dictae villae Alguerij, et eius singularibus, quod vos aut dicta universitas, aut eius singulares, seu alij quicunque non possitis vel possint compelli per nos, aut administratorem nostrum Capitis Lugudorij qui nunc est vel pro tempore fuerit, seu per alios quosvis officiales nostros ad reddendum compotum vel rationem ex quantitatibus pecuniae ipsarum impositionum quae expensae fuerint usque in hunc praesentem diem, vobis tamen monstrantibus cartam vel litteram gubernatoris dicti Capitis, quibus appareat ipsas quantitates, de consilio, assensu et mandato ipsius fuisse expensas, quinimo sitis exinde vos, et dicta universitas; ac omnes singulares ipsius, sola ostensione cartae, vel litterae supradictae, quitij, immunes, ac perpetuo absoluti. Mandantes per eandem dicto administratori nostro Capitis supradicti, praesenti et futuro, et universis et singulis officialibus nostris, et ipsorum locatenentibus, aliisque ad audiendum ipsa compota, deputatis seu deputandis, quatenus concessionem et absolutionem nostras huiusmodi, firmas habeant, teneant et observent, et non contraveniant quavis causa. In cuius rei testimonium praesentem fieri, et sigillo nostro appendicio iussimus communiri. Datum Barchinonae, vigesima septima die madij, anno a nativitate Domini, millesimo trecentesimo, septuagesimo tertio, regnique nostri trigesimo octavo. Visa. Rex. P. In Sarct. fran. Vitut. Ma. R. f. p. G. d. Palou. li. i. t. consil. et promot. P.

Rsta.

CXLII

Il re D. Pietro di Aragona condona per un quadriennio il mezzo fiorino*, che pagava annualmente ogni casa di* Alghero.

(1377, 16 marzo).

Dagli Archivj antichi della Città di Alghero.

Nos Petrus Dei gratia rex Aragonum, Valenciae, Maioricarum, Sardiniae et Corsicae, comesque Barchinonae, Rossilionis, et Ceritaniae. Habito respectu ad statum, in quo villa Alguerij et vos habitatores eius positi estis propter infectam guerram ibi absque adiutorio nostro vivere non possetis, tenore praesentis, illum censum medii floreni quem pro qualibet domo dictae villae nobis annuatim facere, et praestare tenemini, vobis gratiose ducimus remittendum per quatuor videlicet annos continuos qui incipiant post tempus ultimae remissionis vobis factae de censu praedicto. Volumus tamen, quod in aliquam memoriam dicti census, detis et praestetis anno quolibet per dictum tempus administratori reddituum, et iurium nostrorum dicti Capitis, nomine nostro unum denarium Alfonsinorum minutorum, pro domo qualibet dictae villae. Mandamus itaque huius serie gubernatori et dicto administratori reddituum et iurium nostrorum Capitis Lugudorij, caeterisque officialibus, et subditis nostris, quatenus remissionem nostram huiusmodi firmam habeant, et observent, et contra non veniant, nec aliquem contravenire permittant aliqua ratione. Veruntamen si infra dictos quatuor annos, praedictam guerram finire contingat, vos pro illo, seu illis annis completis qui tunc restabunt teneamini nobis solvere dictum censum medij floreni. In cuius rei testimonium, praesentem vobis fieri iussimus, nostro sigillo munitam. Datum Barchinonae, decima sexta die martij, anno a nativitate Domini, millesimo, trecentesimo, septuagesimo septimo. Rex Petrus.

CXLIII

Il re D. Pietro di Aragona conferma la concordia seguìta tra i Consoli di Marsiglia, e il Veghiere, e i consiglieri di Alghero *per riguardo alle lettere di marca*.

(1380, 27 settembre).

Dagli Archivj antichi della Città di Alghero.

Nos Petrus Dei gratia rex Aragonum, Valenciae, Maioricarum, Sardiniae, et Corsicae, comesque Barchinonae, Rossilionis, et Ceritaniae. Dilectis et universis fidelibus, et singulis officialibus iuris quovis nomine censeantur, eorumque locatenentibus ad quos praesentes pervenerint, presentibus et futuris, salutem et dilectionem. Cum perceperimus, quod ex convinecia facta inter vicarium consules et universitatem civitatis Massiliae ex parte una, et vicarium, consiliarios, et universitatem villae nostrae de Alguerio insulae Sardiniae ex altera, actum et conditum extitit. Quod cives, incolae vel habitatores dictae civitatis Massiliae, et eius vicarius, non pignorentur vel marchentur per vicarium, consules, vel habitatores villae Alguerij, pro marchis vel represaliis concessis vel concedendis per nos, contra illustrem Ioannam, Hierusalem et Siciliae reginam, consanguineam nostram, contra subditos et vassallos suos, et converso, quavis ratione vel causa, et nihil principi sit magis aequum, quam pacta inter partes facta servare. Propterea vobis dicimus et mandamus de certa scientia et expresse, quatenus quarumvis marcharum, seu represaliarum ratione, per nos vel vel alios quosvis vassallos vel subditos dictae reginae, venientes in dictam villam Alguerij, vel eius vicariam, non marchetis, vel aliquatenus pignoretis modo aliquo, sive causa, quavis concessione marchae, vel represaliae per curiam nostram, contra subditos et vassallos dictae reginae, ad quorumvis instantiam concessae, vel concedendae, nullatenus obsistente. Datum Ilerdae vigesima septima die septembris, anno a nativitate Domini, millesimo trecentesimo, octuagesimo.

Yarcis promo.

CXLIV

Nicolò di Guarco Doge della repubblica di Genova, nella qualità di tutore e curatore legittimo di sua figlia Bianchina, costituisce suoi procuratori speciali Giovanni di Giorgio di Montegranaro, dottore in legge, e suo vicario, e il nobile Giacopo D'Oria del fu Percivalle, all'oggetto di togliere a mutuo quattromila fiorini d'oro, e d'impiegare una parte dei medesimi nella compra di tanti luoghi *fruttiferi dei comuni di Genova, di Pisa, o di Firenze, a favore di detta sua figlia Bianchina* (1).

(1382, 20 agosto).

Dagli Archivj notarili di Genova, Foliatia Notariorum, in Atti del Notaro Antonio Credenza, Vol. III. C. 59. Pag. 212.

In nomine Domini amen. Illustris et magnificus dominus dominus Nicolaus de Guarcho Dei gratia ianuensis dux tamquam pater et legiptimus administrator Blanchinae eius filiae. Omni modo jure et forma quibus melius fieri potuit fecit constituit et ordinavit suos veros legiptimos et indubitatos actores procuratores et nuncios speciales et pro ut de jure melius esse possunt sapientem et circumspectum virum dominum Iohannem Georgii de Montegranorum legum doctorem vicarium dicti magnifici ducis et nobilem virum Iacobum de Auria quondam Percivalis civem Ianuae licet absentes tamquam presentes, et quemlibet eorum in solidum ita quod non sit melior condicio occupantis scilicet quod unus inceperit alter mediare possit prosequi et finire, ad emendum de quantitate florenorum quatuor milium auri boni, et justi ponderis, et de ea parte ipsius quantitatis de qua dictis constitutibus et alteri eorum placuerit loca sive mutua sive assignaciones pro mutuis factas vel si quo alio nomine nuncupentur, comunis sive in comuni Ianuae, Pisarum vel Florenciae. Et ipsa loca sive mutua scribi faciendum, super dictam Blanchinam et eins nomine, cum illis et sub illis obligacionibus formis modis qualitatibus et condicionibus de quibus dictis procuratoribus et alteri eorum, vel substituendo ab eis vel altero eorum videbitur et placuerit. Et illi seu illis persona vel personis cui vel quibus dicti procuratores et alter eorum substituendus vel substituendi ab eis vel altero eorum voluerint. Et ad substituendum in praedictis et quolibet praedictorum unum et plures procuratorem et procuratores, et substitutum vel substitos revocandum, presenti mandato semper in suo robore permanente. Dans et concedens dicto nomine dictis procuratoribus et alteri eorum in solidum ac substituendo ab ipsis vel altero eorum in praedictis et circha praedicta et quolibet praedictorum et in dependentibus incidentibus emergentibus accessoriis anexis et conexis, plenum, liberum et generale mandatum cum plena libera et generali administracione. Promittens dicto nomine mihi notario et cancellario infrascripto tamquam publice persone officio publico stipulanti et recipienti nomine et vice omnium et singulorum quorum interest intererit vel interesse poterit quomodolibet in futurum proprio habere et tenere ractum gractum et firmum quicquid et quantum per dictos procuratores et quemlibet eorum, et substituendum vel substituendos ab ipsis vel altero eorum in praedictis et circha praedicta et quolibet praedictorum, et in dependentibus incidentibus emergentibus accessoriis et conexis actum factum et gestum fuerit seu quomodolibet procuratum sub ypotheca et obligacione bonorum suorum dicto nomine presentium et futurorum.

Actum Ianuae in salla superiori nova ducalis palacii communis Ianuae juxta cameram cubicularem dicti domini ducis. Anno Dominicae nativitatis milesimo tricentesimo octuagesimo secundo indicione quarta secundum cursum Ianuae die mercurii vigesima mensis augusti in vesperis, presentibus testibus vocatis specialiter et rogatis Iohannes de Dominis de Lagueto cive Ianuae Lanfrancho Bonicho de Pulciffera capitaneo ballistrariorum ad custodiam dicti ducalis palacii constitutorum et Francisco de Olliva de Ripparolio conestabile in dicto ducali palacio.

NOTE

(1) Riportiamo il presente atto di procura per la stretta relazione che ha coll'atto seguente Numero CXLV, intervenuto tra lo stesso Doge Nicolò de Guarco, ed Eleonora di Arborea.

CXLV

Eleonora di Arborea, moglie di Brancaleone D'Oria, fa consegnare dal suo inviato Francesco Delbarbo di Castel Genovese (in Sardegna) fiorini quattromila d'oro, a titolo di mutuo gratuito, a Nicolò di Guarco Doge della repubblica di Genova, il quale si obbliga di farne restituzione nel termine di dieci anni, sotto pena del doppio; e con la condizione espressa, che laddove nel frattempo, pervenuto alla pubertà Federico, figlio di detti Eleonora e Brancaleone, Bianchina figlia di esso Doge mutuatario contraesse matrimonio per verba de praesenti *col suddetto Federigo, e un tal matrimonio non potesse poi effettuarsi per causa di morte, o per qualunque altro caso fortuito, il presente atto di mutuo diventasse nullo, e di niun valore.*

(1382, 16 settembre).

Dagli Archivj Notarili di Genova, Foliatia Notariorum, in Atti del Notaro Antonio Credenza, Vol. III. C. 61. Pag. 212.

In Christi nomine amen.

Magnificus dominus dominus Nicolaus de Guarcho Dei gratia januensis dux suo proprio et privato nomine. Sponte et ex certa scientia et non per errorem confessus fuit et in veritate recognovit Francischino Delbarbo, de Castro Ianuense (1) nuncio nobilis et egregiae dominae Ellionoris De Alborea uxoris nobilis viri domini Branchae De Auria et ad cautellam mihi notario infrascripto tamquam pubblice persone officio publico stipulantibus et recipientibus nomine et vice dictae dominae Ellionoris, se ab ea vel alio dante pro ipsa habuisse et recepisse mutuo gratis et amore, florenos auri quatuor mille boni et iusti ponderis. Renuncians exceptioni dictae quantitatis pecuniae non habitae non receptae et non numeratae, rei sic ut supra et infra non esse vel non fuisse dolli malli metus infactum actioni condicioni sine causa vel ex iniusta causa et omni alii juri. Et volens ex dicta confessione modis et condicionibus infrascriptis, et non aliter, obligari, promisit et convenit suo proprio et privato nomine dicto Francischino praesenti et mihi dicto notario infrascripto stipulantibus et recipientibus nomine et vice dictae dominae Ellionoris dare et solvere vel dari et solvi facere dictos florenos quatuor mille vel totidem pro ipsis computatis, eidem dominae Ellionori vel eius certo nuncio seu procuratore infra annos decem proxime venturos sub pena dupli dictae quantitatis pecuniae et eius de quo fuerit contrafactum vel ut supra et inferius non observatum, cum restitucione damnorum interesse et expensarum quae propterea fierent latis et extra stipulata solempniter et promissa. Ratis manentibus supradictis et infrascriptis.

Salvo et specialiter reservato quod si Blanchina filia dicti magnifici domini Nicolai matrimonium contraxerit per verba de praesenti cum Frederico filio dictorum dominorum Branche et Ellionoris ipso supervento ad ettatem nubilem et legiptimam ad matrimonium contrahendum, et in ipsum tamquam eius virum legiptimum per verba de praesenti consenserit, vel ipsam et prefatum magnificum dominum Nicolaum patrem ipsius Blanchinae non remanserit cum effectu quominus cum dicto Frederico dictum matrimonium compleverit, vel per mortem ipsorum Frederici et Blanchinae vel alterius ipsorum

contingentem (2) infra dictum tempus ettatis nubilis dicti Frederici vel casu aliquo fortuito, superveniente dictum matrimonium compleri non poterit tunc in dictis casibus et quolibet ipsorum presens instrumentum, cum omnibus et singulis in ipso comprehensis, sit cassum irritum nullum et inefficax, et nullius valloris efficacie vel momenti et habeatur penitus per non facto adeo quod vigore praesentis instrumenti vel aliquorum contentorum in ipso dictus magnificus dominus Nicolaus non sit in aliquo obligatus. Et sub hac condicione confessus fuit et promisit ut supra aliter non contracturus. Quae omnia et singula dictus magnificus dominus Nicolaus De Guarcho Dei gratia dux januensis et suo proprio et privato nomine attendere et observare promisit dicto Francischino praesenti et mihi dicto notario stipulantibus et recipientibus nomine quo supra. Et contra in aliquo non facere vel venire aliqua racione actione vel causa quam dici vel excogitari possit de jure vel de facto. Et pro eo de praedictis omnibus et singulis attendendis et observandis ad preces et mandata ipsius, solemniter intercesserunt et fideiusserunt, ac se se proprios et principales debitores pagatores et observatores constituerunt adveniente dicto casu restitutionis fiende infrascripti pro quantitatibus infrascriptis, videlicet egregius miles dominus Baptista Bucanigra quondam recollende memorie domini Simonis Bucanigre, pro florenis auri mille (3).

Franchus Lercarius quondam Megolli pro florenis auri duobus millibus etc.

Franciscus Maruffus quondam Andaro pro florenis auri mille (4), sub ypotheca et obligacione bonorum ipsorum et cuiuslibet eorum presentium et futurorum. Renunciantes juri de principali primo conveniendo, et omni alii juri. Actum Ianuae in salla nova superiori palacii ducalis comunis Ianue iuxta cameram cubicularem dicti domini ducis. Anno Dominicae nativitatis millesimo tricentesimo octuagesimo secundo indicione quarta secundum cursum Ianuae die decimasexta septembris in vesperis, presentibus testibus vocatis specialiter et rogatis, sapientibus viris domino Iohanni Georgii de Montegranarum legum doctore vicario dicti domini ducis domino Manuele Grillo legum doctore Iacobo de Auria quondam Percivalis Iohanne de dominis de Laqueto et magistro Anthonio De Varcio doctore gramatice (5).

NOTE

(1) Chiamato poi *Castello Aragonese* sotto la dominazione dei re di Spagna, e di Aragona, e al presente Castel-Sardo.

(2) Federico, figlio di Eleonora, e di Brancaleone, morì cinque anni dopo, cioè nel 1387, prima che giungesse alla pubertà (Ved. Tola, *Dizion. Biogr. dei Sardi Ill*. Vol. II. pag. 53. 54); laonde non potè aver luogo il di lui matrimonio con Bianchina, figlia del Doge Nicolò di Guarco; e perciò quest'ultimo rimase disobbligato dalla restituzione dei quattromila fiorini d'oro.

(3) Battista del fu Simone Boccanegra avea sposato Benedetta, altra figlia del Doge Nicolò di Guarco, ricevendo per di lei dote dal suocero la somma di mille fiorini d'oro, come da atto del 27 settembre 1379. (Fogliazz. dello stesso Notaro Antonio Credenza).

(4) Francesco Maruffo era fratello di Andrea, altro genero del Doge Nicolò di Guarco, che avea sposato un'altra di lui figlia per nome Isabella, ricevendo in dote mille fiorini d'oro con atto 28 febbraio 1376 (Fogliazz. dello stesso Notaro Antonio Credenza).

(5) Seguitano poi nello stesso *Fogliazzo dei Notai*, a rogito del Notaro Oberto Foglietta, altri atti relativi a Bianchina, figlia del Doge Nicolò di Guarco, i quali sono affatto estranei alle cose di Sardegna.

CXLVI

Eleonora Giudicessa *di Arborea scrive alla regina di Aragona, pregandola di voler essere mediatrice presso il di lei Reale marito, onde ridonare all'isola di Sardegna l'antica pace e tranquillità, la quale era fieramente turbata dalle continue guerre; e la previene al tempo istesso, che avea già scritto al re, informandolo di tale stato di cose, e della morte del suo fratello* Ugone.

(1384,… giugno).

Dai Regj Archivj di Barcellona, Armar. IV. Sardiniae, Num. CCCLXXVII.

Excellentissima Principissa, et Domina.

Noscat vestra sublimis Excellentia, quod ego meis litteris largiflue declaro serenissimo domino regi, statum, et facta huius insulae Sardiniae, qualiter processerunt post mortem infelicis germani mei, domini Hugonis de Arborea, olim iudicis Arboreae (1). Quapropter gloriosae potentiae vestrae humiliter supplico, quatenus dignetur pro me, ac pro omnibus Sardis, ac pro bono statu huius insulae apud dictum dominum regem humiliter intercedere, et vestras partes interponere, ad hoc ut haec miserabilis insula, quae tantis guerrarum turbinibus est conquassata, statu pacifico, et tranquillo sedari valeat, et reduci.

Elienora Iudicissa Arboreae etc. Cum devota, et humili recomendatione.

Scriptum in civitate Arestani die… (2) mensis iunii millesimo CCCLXXXIIII.

NOTE

(1) È questo il quarto di tal nome, che regnò in Arborea. La Cronaca di Reggio nota erroneamente la di lui morte violenta nel 3 marzo 1382, e soggiunge: *et finita est progenies eius, quae octingentis annis et pluribus duraverat*. Invece consta dai documenti consultati dal Fara, che Ugone IV. fu ucciso nel 1383. Scrive il diligente annalista all'anno suddetto: Ugo *Arboreae judex, omnibus invisus ob nimiam tyrannidem qua dominabatur, a suis interficitur, et libertas ab omnibus acclamatur, regnumque illud in rempubblicam vertere Sardi magnopere cupiebant*. Ma l'aspirazione dei Sardi alla libertà non potè aver effetto, perché, come scrive lo stesso Fara, Eleonora *Branchae-Leonis uxor, Hugonisque defuncti judicis soror, optimo comparato exercitu, Sardorum impetum cohibuit, et omnem judicatum Arboreae, fratrisque dominatum in obedientia continuit, atque* Fridericum*, ejus ex Brancha-Leone filium, adhuc infantem, judicem Arborensem recipi, iurarique fecit decennali immunitate omnibus concessa*. (Fara, *De Reb. Sard*. Lib. III. pag. 308). È questa la famosa Eleonora, la quale occupa un posto così luminoso nella storia di Sardgne, e d'Italia, nella seconda metà del secolo XIV. – (Ved. Tola, *Dizion. Biogr. dei Sardi Ill*. Vol. II. pag. 53. fin. 57, e Vol. III. pag. 277. fin. 280).

(2) Manca l'annotazione del giorno.

CXLVII

Il re Don Pietro di Aragona accorda agli Algheresi il privilegio, che tutte le barche, con le quali si farà la pesca del corallo dal Capo di Napoli *sino all'isola dell'*Asinara*, debbano far porto in Alghero, e pagare colà i dritti consueti per la pesca medesima*.

(1384, 28 luglio).

Dagli Archivj antichi della Città di Alghero.

Nos Petrus Dei gratia rex Aragonum, Valenciae, Maioricarum, Sardiniae, et Corsicae, comesque Barchinonae, Rossilionis, et Ceritaniae. Ut vos fideles nostri habitatores villae Alguerii qui propter guerrarum strepitus qui diu in Sardiniae insula viguerunt, et ats nimis estis oppressi suscipiatis aliquod relevamen, juraque nostra valeant augmentari tenore praesentis providemus, statuimus, et ordinamus, quod de caetero omnes barchae perquirentes, seu trahentes corallum a maribus del Cap de Napols, usque a la Linayre (1) habeant, et teneantur degere, et facere pertum suum in villa Alguerii, et non alibi quoque solvant, et solvere teneantur illud majus jus, quod pro dicto corallo est solvi assuetum tam per habitatores dictae villae, quam per extraneos et hoc sub poena ammissionis suarum barcharum, ac rerum, et mercium suarum quibusuis litteris aut concessionibus per nos factis, seu fiendis alicui, seu aliquibus in contrarium quas praesentis serie revocamus obstantibus ullo modo. Mandantes expresse gerentivices gubernatoris Lugudorii, duaneriis, et aliis officialibus dictae villae, quod si per importunitatem aut suggestionem aliquorum forsitan a nostra curia litterae aliquae in contrarium emanarent, illas non observent, nec eis obediant ullo modo. Mandamus igitur ipsis nostris officialibus, quod hanc nostram ordinationem, et provisionem teneant firmiter, et observent, et contra non faciant quavis causa. In cuius rei testimonium praesentem fieri jussimus, nostro sigillo munitam.

Datum in Monasterio Populeti vigesima octava die julij anno a nativitate Domini millesimo trecentesimo octuagesimo quarto. Rex Petrus, in Sardinia.

Rstra.

H. I.

NOTE

(1) Linayre; isola odierna dell'Asinara, aggiacente all'isola madre di Sardegna.

CXLVIII

Privilegio del re D. Pietro di Aragona, acciò nessun legno mercantile faccia porto, dal Capo di Marràs *fino a* Castel-Genovese*, fuorché in Alghero*.

(1384, 24 settembre).

Dagli Archivj antichi della Città di Alghero.

Nos Petrus Dei gratia rex Aragonum, Valenciae, Maioricarum, Sardiniae, et Corsicae, comesque Barchinonae, Rossilionis, et Ceritaniae. In favorem, augmentum, et bonum statum villae nostrae Alguerij, quae notabile membrum, et magnum obex, propter guerrarum strepitus, quae diu in regno Sardiniae viguerunt fuit est nimium oppressa, et a necessario gentium quasi destituta ut convenit quodam modo intendentes, tenore praesentis, providemus, statuimus, et ordinamus, quod de caetero aliqua vasa maritima seu navigia, tam subditorum nostrorum quam aliarum quarumvis nationum transfratarum ad insulam Sardiniae supradictam, non audeant caricare nec portum facere in aliquo locorum sistentium a Capite vocato del Marraç, usque ad Castrum Ianovès (1) insulae supradictae, nisi solummodo in villa Alguerij praedictae, et si per aliquem seu aliquos fuerit contrarium attentatum quod ammittant ipso facto vasa et navigia sua cum mercimonijs, rebus et alijs bonis in ea inventis. Mandantes per praesentem quam vicem Epistolae gerere volumus in hac parte gerenti vices gubernatoris Capitis Lugudorij, et Calleri, caeterisque officialibus nostri, tam citra, quam ultra mare constitutis, et eorum locatenentibus, praesentibus et futuris, quod hanc nostram provisionem teneant firmiter et observent, et contra non veniant aliqua ratione. Et ut huiusmodi provisioni, et ordinationi omnibus patefiat, et ignorantia per quemquem non valeat allegari, mandamus omnibus dictis nostris officialibus quod eam per loca assueta faciant publice nuntiari. Datum in Vilafranca Ponicensi Vigesima quarta die septembris, anno a nativitate Domini millesimo, trecentesimo, octuagesimo quarto. Rex Petrus.

NOTE

(1) Castrum Ianovès, o Ianuense; l’odierno Castel-Sardo.

CXLIX

Il Pontefice Urbano VI., accogliendo favorevolmente le supplicazioni fattegli da tutti i nobili della stirpe e della famiglia D'Oria, autorizza l'abate di s. Fruttuoso *di* Capo di Monte *della diocesi di Genova, di rivendicare, e raccogliere insieme le possessioni, ei redditi appartenenti al priorato di* S. Maria *dell'ordine di s. Benedetto, che gli antenati degli stessi D'Oria aveano fondato nella città di* Alghero *in Sardegna, il quale con la detta città era stato violentemente occupato dai Catalani, seguaci e fautori dell'antipapa Clemente VII, e di far edificare col mezzo di tali redditi una chiesa nel luogo di* Campi *in* Polvecera *sotto l'invocazione di s.* Teramo*, sottoponendola al patronato perpetuo del Priore (poi Abate) di s. Matteo di Genova.*

(1386, 12 dicembre).

Dall'Archivio della Chiesa abaziale di s. Matteo di Genova (1).

Urbanus episcopus servus servorum Dei dilecto filio abbati monasterii sancti Fructuosi de Capitemontis ordinis sancti Benedicti ianuensis dioecesis (2) salutem et apostolicam benedictionem. Ad ea, quae divini cultus augumentum conspiciunt libenter intendimus, et illa favoribus prosequimur opportunis. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte dilectorum filiorum universorum nobilium de stirpe de Auria civitatis ianuensium petitio continebat. Quod progenitores eorum propriis facultatibus in Insula Sardiniae, et Turritanensis dioecesis terram Aligerii fundaverant (3) et in ea quemdam Prioratum cum ecclesia sub vocabulo B. Mariae ordinis s. Benedicti de bonis eius a Deo collatis canonice construi fecerunt, et solemnissime dotaverunt, sic tamen quod idem prioratus prioratui sancti Mathaei apostoli januensis dicti ordinis per illos de dicta stirpe canonice fundato perpetuo subesset, et prior ipsius prioratus sancti Mathaei pro tempore existens, de voluntate ipsorum nobilium, et consilio abbatis tui monasterii, qui esset pro tempore, ad dictum prioratum Beatae Mariae cum vacaret personam idoneam eligeret et nominaret, et ita per octuaginta annos et ultra extitit observatum; et quod redditus et proventus dicti prioratus Beatae Mariae adeo brevi tempore excreverunt, quod prior ipsius prioratus pro tempore existens de hujusmodi redditibus et proventibus unam in civitate Saone, et duas alias possessiones in terra Rapali januensis dioecesis sitas, que tamen modici valoris existunt, nec non super mutuorum veterum sex et tertiam alius, et super salis introitibus decemnovem loca, et etiam tertiam alius locorum, partis quidem quorum locorum; et partium fructus, redditus, et proventus ad centum quindecim libras monetae januensis ascendentium annuatim dicto prioratui Beatae Mariae emptionis et aliis justis titulis acquisivit. *Et quod cum quidam Catalani terram* Aligerii *predictam de manibus predictorum nobilium contra Deum et justitiam violenter eripuerunt, eamque detineant de presenti* (4), ac iniquitatis filio Roberto olim Basilicae duodecim apostolorum presbytero cardinali, qui se Clementem septimum ausu sacrilego nominare presumpsit, notorie adhaereant, *dilectus filius* Ioannes de Turchis de Ast*, qui se gerit pro priore ipsius prioratus* Beatae Mariae*, in ea non residet, neque obsequium aliquod praestet, et nihilominus redditus locorum, possessionem, et partium huiusmodi sibi usurpat, licet quidam alius dictum prioratum a nobis impetrasse dicutur* (5). Quare ex parte dictorum nobilium nobis fuit humiliter supplicatum, ut ne huiusmodi redditus de cetero indebite distrahuntur, eos recolligi, et postquam ad sufficientem summam recollecti fuerint,

de eis in loco de Campi Potestariae Pulcifere (6) dicte januensis dioecesis, qui etiam a propria ecclesia multum distat, unam ecclesiam sub vocabulo Beati Therami, *qui vitam suam prope dictam terram Aligerii duxisse dicitur* (7), pro uno vel pluribus presbytero seu presbyteris perpetuo in ea servituro vel sercituris construi facere, et nihilominus redictus ipsos huiusmodi realiter de novo construendae ecclesiae pro dote de cetero in perpetuum applicare de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur qui divinum cultum nostris temporibus augeri intensis desideriis affectamus, de praemissis certam notitiam non habentes huiusmodi supplicationibus inclinati districtioni tuae, de qua in his et in aliis in Domino fiduciam obtinemus per apostolica scripta commitimus et mandamus, quatenus huiusmodi possessionum, locorum et partium redditus auctoritate nostra recipias, et postquam eos usque ad sufficientem summam penes te habueris et congregaveris, de ipsis unam ecclesiam sub vocabulo dicti Sancti Therami in loco predicto de mandato venerabilis fratris nostri archiepiscopi januensis, et de consilio duorum proborum de stirpe predicta fundari et erigi facias, ac eidem ecclesiae pro dote ac pro uno sacerdote in ea domum, ac redditus assignes auctoritate praefata, contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo. Non obstante si aliquibus comuniter vel divisim ab eadem sede apostolica sit indultum, quod interdici, suspendi, vel excomunicari non possit per litteras apostolicas, non facientes plenam et expressam, et de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Volumus autem quod prior dicti prioratus sancti Mathaei, qui erit pro tempore, ipsius ecclesiae sancti Therami in perpetuum patronus existat, et huiusmodi sacerdos per dictum Priorem, et seniorem de ipsa stirpe, qui erit tempore vacationis ipsius, archiepiscopo praefato per eum in eadem ecclesia instituendus praesentur, sic tamen quod idem archiepiscopus auctoritate apostolica hac vice ad nominationem huiusmodi senioris de dicta ecclesia idoneo provideat sacerdoti. Datum Ianuae XII. mensis decembris, pontificatus nostri anno XIIII (8).

NOTE

(1) Da un antichissimo Libro ms., in cui sono trascritte diverse autentiche Bolle di sommi Pontefici, e vari atti e memorie concernenti la chiesa abaziale e gentilizia di s. Matteo. In detto Libro leggesi a carte 108 retro fino a carte110 retro la presente Bolla di Papa Urbano VI, la quale fu fedelmente trascritta dal suo originale da Antonio Folieta di Francesco, Notaio e Scrivano della Curia arcivescovile di Genova, d'ordine del reverendo Rayneri di Arborio, canonico genovese, e vicario generale del reverendo Giacomo arcivescovo di Genova, a petizione di Fr. Gaspare abate di s. Fruttuoso *de Capite Montis* dell'ordine di s. Benedetto, che avea perciò presentato la Bolla originale. Le lettere approbatorie della copia levata dal Folieta sono datate in Genova *in audientia Curiae archiespiscopalis ad bancum ubi jura redduntur per dictum dominum vicarium, anno a nativitate Domini millesimo trecentesimo octuagesimo septimo, indictione nona secundum cursum Ianuae, die decima septima augusti, hora prima*. E Bartolomeo Folieta, figlio del detto Notaro Antonio già defunto, ne attesta sotto la data del 9 febbraio 1408 l'esattezza e l'autenticità.

(2) Dall'abate del monistero di s. Fruttuoso di *Capo di Monte* dipendeva anticamente la chiesa e priorato di s. Matteo di Genova, il quale in segno della sua dipendenza presentava annualmente nel dì della festa di s. Fruttuoso libre diciotto di cera al suddetto abate. Il Pontefice Giovanni XXII. con sua bolla del 29 gennaio 1413 esentò la chiesa e priorato di s. Matteo da tale soggezione, e ne accordò il patronato alla famiglia dei Doria, cui questo fu confermato da Papa Eugenio IV. con altra Bolla del 26 ottobre 1437. E il Pontefice s. Pio V,

con Bolla data in Roma nell'8 ottobre 1566, soppresso il titolo di *priorato*, eresse la mentovata chiesa di s. Matteo alla dignità di chiesa abaziale.

(3) Terram Aligerii fundaverant ecc. Dal che si deduce, che i Doria furono i fondatori della città di Alghero (Algherii, Aligerii). La qual fondazione, stando a ciò che si legge in appresso, cioè che già da ottanta e più anni avanti il priore della chiesa della B. V. Maria era stato sempre eletto dal priore della chiesa di s. Matteo di Genova, rimonta al precedente secolo XIII.

(4) I Doria furono spodestati della città di Alghero dai Catalani nemici loro, e dei genovesi; su del che si vedano i documenti riportati più sopra in questo stesso secolo XIV. ai Numeri LVII. LVIII. LXXXVII. LXXXVIII. XC. XCVII. XCVIII. XCIX. C. CVII. CIX. CX. CXI. CXXV. CXXVI. CXXVIII. CXXIX. CXXX. CXXXII. CXXXIII. CXXXIV. CXXXVII. CXXXVIII. CXXXIX. CXL. CXLI. CXLII. CXLIII. CXLVII. CXLVIII. Pag. 723. 724. 750. 753. 756. 765. 766. 767. 774. 775. 776. 791. 794. 797. 798. 800. 801. 804. 810. 811. 812. 813. 815.

(5) L'ultimo priore della chiesa di s. Maria di Alghero fu adunque Giovanni *de Turchis de Ast*.

(6) Pulcifere, cioè di Polcevera.

(7) tradizione religiosa dei Sardi. I Doria, fondatori di Alghero, la divisero co' nativi dell'isola, e chiesero perciò al Pontefice, che la nuova chiesa da erigersi in *Campi di Polcevera* ricevesse il titolo, e la invocazione di s. Teramo, il quale credevasi aver menato sua vita presso alla suddetta città, ossia nei luoghi alla medesima circostanti.

(8) Il Pontefice Eugenio IV. con sua bolla del 15 ottobre 1440, aggiunse al priorato di s. Teramo *di Campi* la cura d'anime dei patroni Doria, e loro congiunti e familiari. E il Papa Leone XII. nel 1827 trasferì il detto benefizio curato con gli stessi oneri e privilegj alla chiesa abaziale di s. Matteo in Genova.

CL

Atto solenne di pace tra il re Don Giovanni di Aragona, ed Eleonora Giudicessa di Arborea, col concorso delle città, ville, e comuni dipendenti da quest'ultima, e dei Sardi di lei fautori e aderenti, nel quale è riconfermata con varie modificazioni ed aggiunte la pace precedente conchiusa in Barcellona nel 31 *agosto* 1386 *tra gli ambasciatori della stessa Eleonora, e Don Pietro IV. re di Aragona*.

(1388, 24 gennaio).

Dai Regi Archivj di Cagliari, Vol. I. fol. 43 (1).

In nomine regis eterni et gloriosissime Virginis Marie matris eiusdem pateat enixius universis quod cum dudum per illustrissimum principem et dominum dominum Petrum excellentissime memore regem Aragonum Valencie Maioricarum Sardinie et Corsice comesque Barchinone Rossilionis et Ceritanie fuisse reverendo in Christo Patri Leonardo tunc episcopo Sancte Juste ac Comite Pancie notario cive Arestanni ambaxiatoribus nunciis et procuratoribus specialibus nobilis et egregie domine Elienoris *de* Arborea et Sardis eciam insule prelibate concessa quedam capitula cum carta sigillo dicti domini impendenti munita tenoris qui sequitur in hec verba (2). – In nomine Domini Ihesus Christi omnibus pateat evidenter quod nos Petrus Dei gracia rex Aragonum Valencie Majoricarum Sardinie et Corsice comesque Barchinone Rossilionis et Ceritanie provide attendentes quod si nonnulle sint culpe quibus est culpa relaxare vindictam illius tamen licet immeriti vicarii constituti in terris nobis subiectis qui parcendo maxime ac miserendo suam omnipotenciam manifestat libenter in cunctis nostris actibus misericordiam amplexamur illis qui culpas suas humiliter recognoscunt misericorditer ignoscendo ut misericordes a domino misericordiam consequamur et alii misericordiam consequti sciant se ad misericordiam aliis debitores. Oblatis nobis igitur reverenter per vos venerabilem patrem in Christo Leonardum episcopum Sancte Juste et Comitam Panciam notarium civem civitatis Arestanni Sardinie Insule ut procuratores actores ambaxiatores et nuncios speciales nobilis Elionoris judicisse Arboree cum publico instrumento inserto inferius capitulis que sequuntur: —- En nom de nostre senor Deus sia e de Madona Sancta Maria amen. Madona Elienor d Arborea e los Sards d Arborea del regne de Sardenya desijant sobiranament lo tranquille e bon stament llur e de tot lo dit regne qui per la dissencio qui es stada entre lo senyor rey e lo pare e frare quondam de la dita madona Elienor (3) es stat longament e es encara en tribulacio e oppressio molt gran de ques son seguits infinits damnatges e volents per conseguent venir a obediencia e deguda subiectio del senor rei offeren al dit senor e humilment suplicants demanan a ells esser atorgats los capitols seguents. — I. Primierament supliquen e suplicants demanen madona Elienor e los Sards que sia merce del senor rei perdonar a tots los Sards qui hagen e no hajen offesa la sua reyal maiestat e axi als seus Sarts (4) com a tots los altres de la Isla. (*Lo Señor Rey considerant que Nostre Señor Deu no vol la mort de peccador mas que convertesca, e attenent que es propria cosa als Reis esser misericordioses e perdonar reeb la dita noble Eleonor e los Sards a benefici de reconciliacio e atorga a aquells lo present capitol* (5). —- II. Item que placia al Senyor Rey que aquella concordia e convinença que fo fermada entre lo señor rey com passa en Cerdegna e lo jutge Mariano segons appar per carta publica lis sia servada. (*Plau* al Senyor

Rey (6)). — III. Item que plaçia al señor rey ara de nou refermar aquella concordia o convinença que es entre lo señor rey, e Micer Branca, segons apar per carta publica (7). (*Plau al Señor Rey*). — IIII. Item que sia merce del señor rey confermar aquella franquesa que Madona Eleonor los ha feta a X anys dels quals son ja passats tres anys per que a questa gracia no seria sino a VII anys (8). E en aco sien enteses los habitants en les viles. (Plau al Señor Rey axi empero que aytal franquitat com havran los Sards del judgat Darborea per la dita concessio hagen tots aquells qui seran tornats al dit Señor.). —- V. Item que les franqueses e libertats dels dits Sards sien servades segons de fur et de raho es fahedor, e ells de aquelles han privilegis e placia a la merce del señor rey que Sanctluri axicom es sia en aquella franquesa que es Vila Desglesyes (9). (*Plau al Senyor Rey exceptat en lo fet de Sanctluri com no y hoja com de Vila Desglesyes*). —— VI. Item supliquen la dita madona Elienor, e los Sards que sia merce del Senyor Rey deliurar Micer Branca e tots los Sards presoners que son en son regne axi deca com dellamar coes que sen pusquen tornar a despeses del Senyor Rey francament e quitia a llurs cases en Cerdenya ab tots llurs bens axi seents com mobles (10). — (*Plau al Senyor Rey pero quel dit Senyor nols haja a paguar les messions sino tansolament dels navilis ab que sen iran, e que aximateix sien deliurats e sen puixen tornar ab tots llurs bens a llurs cases francament e quitia tots les presoners del Señor Rey e de sa part*). — VII. Item que sia merce del senyor rey per tranquille e bon stament de la Isla que los officials dels Llochs reyals axicom Armentaires vegners sotsvegners consellers e altres officials exceptats governador e administrador sien ordenats dels llochs mateix e de la nacio sardesca (11). (*Lo Senyor Rey* se p te dit que us (12) *segons la forma del dit capitol, mas no si streyneria com no vulla ligar son poder qui deu esser franch*. —- VIII. *Empero sia entes quel Senyor Rey pusca furnir e stablir los Castells qui foren abans del Senyor Rey de aquella gent que ell volra exceptat pero lo Castell de Sasser en lo qual per les grans offensions que son stades entre lo Senyor Rey e ells siae merce del dit Senyor metre hi ha un Castella de aquella progenia que ell volra mas que los servents sien* Sards *de* Sasser *car en altre manera los de Sasser non fiaren considerats que ja per la dita rao se donaren a jenoveses y despuys ab patis e ab sagrament de no tornarlos jamas en poder del dit Senyor Rey se retren. E encars que en la dita manera lo dit Señyor Rey no vulla consentir placiali quel dit Castell se deja tot desfer e metre en terra lo Senyor Rey stablira Sasser e losaltres Castells axicom li plaura*.). — IX. Item que per maior fermetat e millor stament de la dita isla placia al dit Senyor Rey consentir que negun Heretat (13) no haia en la dita isla sino un Governador *per* Cap (14) e un official per loch de qualque progenia ell volra segons que demunt es expressat, e un administrador per recollir les entrades del dit señor, e que los altres officials sien sards aquells que el volra e elegira en los dits officis. Exceptat que en Castell *de* Caller e en Lalguer (15) meta lo senyor rey officials de aquella gent que a ell plaura. E segons que dessus es dit sentena dels Castells. Car stants heretats en la isla james bona pau no hi poria haver (16) (*Al Senyor Rey plau quen la dita isla no haja heretats que hajen jurisdictio sobre les altres coses contengudes en lo dit capitol com la hi es respost dessus. Empero ordona e vol lo dit Senyor per millor stament de la isla e dels habitants en aquella que tots los officials reyals tenguen e sien tenguts* tener taula (17) *de tres en tres anys segons que fa en Cathalunya. E que aquells qui per sentencia seran condamnats, e trobats mals no puxen a llurs officis tornar nè esser restituits e tornats aquells qui de la dita taula per sentencia seran absolts e trobats bons*. *E semblantment sia entes dels governadors pero de V. en V. anys*.). — Item que encars que Deu volent la dita concordia venga a bon compliment placia al Senyor Rey que cascuna persona tenga e posseesca sens tota contradicio tot co que huy te e posseheix. E que totes

aquelles persones que volran partir de les terres de la dita Madona Eleonor per anar star en terra del Senyor Rey lo pusquen fer, e mes pusquen fer de llurs robes tot co que volran sens tot contrast. E que aximateix totes aquelles persones de la terra del Senyor Rey qui volran star o venir star en terra de la dita Madona Elienor quell posquen fer e semblantment pusquen fer de llurs bens ço que volran axicom demunt es dit. (*Plau al Senyor Rey*). — XI. Item que de totes les dites coses se fassen cartes publiques ab grosses penes en la forma deguda e de rao segons que les dites partes se convendran. (*Plau al Senyor Rey*). — XII. Item que fermats e concordats tots los dits capitols e deliurat Micer Branca e los Sards presoners sien restituides e tornades al senyor rey ab les condicions demunt expressades totes les terres castells e viles que eren del dit senyor abans de la guerra (*Plau al Senyor Rey que a la dita* Madona Elienor *romangua tot co que era del* Jutge Mariano *ans que hagues la dissencio ab lo sit Senyor e quel sobre pus sia restituit al dit Senyor* (18) *e quel fet de la restitucio dessus dita e del deliurament de* Micer Branca *e dels altres sards sia mes en bona pratica e stament* (19)). Volentes regali clemencia predictis misereri pocius quam ulcisci nec non per viam concordie locum dare quod Sardi nostre reconcilientur gracie et amori ex que innovans altissimus spiritum veritatis in visceribus eorumdem dedit eis recte sapere ut scirent post lapsum resurgere ac resilientes a devio ad tramitem rectum et verum redire tenore presentis publici instrumenti cunctis temporibus firmiter valituri ex super contentis inducti et ut insula prelibata in qua diu bellicus furor invaluit queque innumera personarum rerumque subivit dispendia reparetur paulisper et extinctis dissentionum turbinibus et tranquillitatis amenitate resumpta continua prestante omnium conditore suscipiat incrementa gratis et ex certa sciencia recognitis diligenter et intellectis ad plenum capitulis omnibus preinsertis et quolibet eorumdem ac deliberacione prehabita diligenti laudamus et firmamus sub condicione tamen seu retencione subscripta et non alias ipsa capitula et unumquodque ipsorum juxta responsiones factas et positas in fine cujuslibet eorumdem quatenus capitula et responsiones ipsa nos obligant et astringunt. Et in nostra regia bona fide promittimus et juramus per Dominum Deum et ejus sancta quatuor evangelia corporaliter manibus nostris tacta penamque ducentorum milium florenorum auri de Aragonia nobis sponte imponimus si et quotiens contrafactum fuerit comittendum de qua adquiratur medietas apostolice Camere et alia medietas Judicisse predicte et eciam sub pena excomunicacionis cujus sententiam nunc pro tunc et tunc pro nunc in nos suscipimus spontanea voluntate que omnia supradicta capitula juxta responsiones factas eisdem quatenus capitula et responsiones jamdicta nos tangunt obligant et astringunt semper tenebimus servabimus ac complebimus tenerique servari eciam et compleri faciemus firmiter et ad unguem et contra ea vel aliqua de eisdem nullatenus veniemus nec contravenire sinemus quemquam jure aliquo racione vel causa. Et pro predictis omnibus attendendis complendis eciam et servandis et pro omnibus sumptibus interesse et damnis si que pro dictis seu deffectu ocasione sive pretextu eorum predictam nobilem Judicissam vel suos facere vel subire contigerit obligamus Judicisse eidem et suis ac vobis nomine eius et etiam pro medietate pene jamdicte apostolice camere supradicte cujus jurisdictioni et foro nos et nostros quoad ipsa supponimus omnia bona nostra ubique presentia et futura. Volumus tamen et retinemus nobis expresse quod concessa promissa atque firmata per nos superius censeantur concessa promissa atque firmata et valeant suumque operentur effectum si et cum impleta fuerint cum effectu et non alias neque ante contenta in capitulis que sequuntur (20). — I. *E vol lo Senyor Rey que per la dita* Noble Elionor *li sia pagat tot lo traut a ell degut de temps passat tot a la forma dels presents capitols, e que Longosardo romanga al Senyor Rey com a seu propri* (21). — II. *Item vol lo dit Senyor que* Mossen

Branca Leo Doria *marit de la dita noble* Eleonor *ferm e haja fermar los presents, e los dessus inserts capitols ab les respostes a aquells fetes, e faça al Senyor Rey prestech suficient a furnir los castells del dit Senyor qui aquell prestech restituidor e pagador sins temps convinent li assigure sobre totes les rendes e emoluments que ha en* Caller *e en* Lalguer*, com mills e pus fermament fer se puixa a seguretat del dit* Mossen Branca (22). — III. *E es entes e plau al Senyor Rey que per los presents e dessus inserts capitols o per les respostes a aquells fetes o per algunes coses posades en aquells no sia ne puga esser feta derogacio, o prejudici algun a qualsevol persones havents o pretenents haver dret o accio alcuna en* Terranova *situada en la dita isla de Serdenya* (23). — IIII. *Item vol lo dit* Senyor *que la dita noble* Eleonor *en propria persona conferm e jur los presents capitols per los dits seus procuradors oferts, e les respostes a aquells fetes en la forma e segons que per lo dit* Senyor *seran de present loats fermats e jurats. E encara conferm e jur en la forma dessus dita los capitols demunt per lo dit* Senyor *retenguts, e mes faca la dita* Noble Elienor *fermar per semblant manera tot los dits capitols e respostes per les universitats de les ciutats de* Oristany *e de* Bosa*, e dels altres lochs seus notables per via de sindicat ab sagrament e honematge prestador a qualsevulla dels governadors de* Caller *o del* Cap *de* Lugudor *e non del Senyor Rey o a altra persona deputadora a aço per lo dit Senyor* (24). == Ad hec nos Leonardus Dei gracia episcopus Sancte Juste et Comita Pancia notarius civis civitatis Arestanni Sardinie insule procuratores actores ambaxiatores et nuncii supradicte nobilis domine Elienoris judicisse Arboree de qua procuracione facimus promptam fidem per publicum instrumentum tenoris sequentis (25). In eterni Dei nomine amen. Noverint universi quod magnifica et excelsa domina donna Elionora Dei gracia judicissa Arboree comitissa Goceani ac vicecomitissa de Basso debita meditacione considerans crudelem et pestiferam guerram inter serenissimum principem et dominum donnum Petrum Dei gracia regem Aragonum suosque subditos complices et *valitores* et predecessores dicte domine judicisse videlicet dominos judices Arboree suosque subditos et *valituros* de qua guerra utrique parti multa damna et detrimenta fuerunt subsequta unde dicta magnifica domina volens in dicta causa remedio oportuno providere ut talia damna dissenciones et detrimenta cessent et in bonum statum pacificum et tranquillum utrarumque partium ipsa insula reformetur tenore presentis publici instrumenti fecit constituit et solemniter ordinavit suos procuratores actores factores et certos nuncios speciales et ambaxiatores reverendum in Christo Patrem et dominum domnum Leonardum Dei et apostolice sedis gracia episcopum Sancte Juste et honorabilem virum Comitam Panciam notarium civem civitatis Arestanni presentes et huiusmodi mandatum in se sponte suscipientes graciose et benigne videlicet quemlibet eorum in solidum ita quod occupantis condicio potior non existat sed quod unus eorum inceperit alter nihilominus mediare valeat et finire ad comparendum coram serenissimi domini regis presencie conspectu et se personaliter presentandum et ad pacem et tranquillum statum nomine et pro parte dicte domine inter dictum dominum regem suosque subditos adherentes et valituros et dictam nagnificam dominam judicissam suosque subditos vassallos et valituros contrahendum faciendum inhiendum ac eciam comparendum coram quibuscumque commissariis delegatis vel delegandis ipsius domini regis vel suis procuratoribus plenum mandatum ad hec facienda habentibus ac eidem serenissimo domino regi narrandum exponendum et declarandum pacta et convenciones cum quibus dicta domina petit et requirit a dicto domino rege dictam pacem fieri prout in quibusdam capitulis per dictam magnificam dominam eisdem suis procuratoribus et ambaxiatoribus exhibitis et datis clarius expressantur nullo modo excedendo necnon si dictus dominus rex pacem prelibatam fieri

voluerit secundum tenorem dictorum capitulorum pacem predictam cum dicto domino rege inhiendum firmandum et contrahendum (26). Et instrumenta publica omni juris solemnitate vallata prout in talibus requiritur faciendum et fieri faciendum. Et cujuscumque generis juramento pro dicta pace servanda in animam et super animam dicte domine judicisse constituentis prestandum. Et ipsam dominam judicissam et suos heredes et bona pro inde obligandum cum penis et solemnitatibus opportunis et versa vice ipsum dominum regem et suos heredes et bona sub dictis penis obligari faciendum. Et generaliter ad omnia alia et singula faciendum exercendum et libere exequendum que ipsa domina constituens in premissis et quolibet premissorum facere posset si adesset. Et eciam si talia forent que mandatum requirerent specialem dans et concedens dictis suis procuratoribus et ambaxiatoribus plenam et liberam et generalem administracionem cum libero et generali mandato omnium dependencium et emergencium et eis seu aliquo eorumdem promittens et conveniens eisdem suis procuratoribus et mihi notario infrascripto tamquam persone publice stipulanti pro omnibus quorum interest seu poterit interesse se perpetuo habere ratum gratum et firmum et inviolabiliter observare totum et quitquid dicti procuratores fecerint de premissis et quolibet premissorum secundum tenorem et continenciam dictorum capitulorum et non ultra et nullo tempore revocare sub bonorum suorum omnium presencium et futurorum ypotheca et obligacione. Et renunciavit in predictis omni juris exceptioni deffensioni auxilio et consilio tam canonici quam civilis quibus a predictis melius defendi possit et thueri. Actum in civitate Arestanni in camera palacii dicte domine judicisse presentibus reverendissimo in Christo Patre et et domino domno Gonario Dei et apostolice sedis gracia Tirensis et Arborensis archiepiscopo et honorabilibus viris domino Thomasio de Sacura major camere dicte domine judicisse et donno Michaele De Barca armentario loci ejusdem testibus ad hec vocatis et rogatis die XXVI mensis junii anno Dominice incarnacionis M.° CCC° LXXX septimo (27) indicione nona. Ego Bectus quondam Simonis Chelis imperiali auctoritate notarius publicus qui predictis omnibus et singulis interfui eaque omnia rogatus scribere scripsi firmavi et clausi. – Recognitis diligencius preinsertis capitulis per nos oblatis et responsionibus nobis factis per vos excellentissimum et magnificum principem et dominum domnum regem predictum gratis et certa scientia de jure predicte domine judicisse plenarie informati auctoritate nostre procuracionis jamdicte acceptamus humilitate et reverencia quibus decet et possumus responsiones per vos dominum domnum regem factas preinsertis capitulis per nos oblatis et inde vestre excellencie regie grates referimus quas valemus capitulaque ipsa oblata per nos et responsiones factas eisdem sub exceptione tamen seu retencione subscripta laudamus atque firmamus quatenus dictam nobilem judicissam principalem nostram obligant et astringunt et promittimus et juramus in animam dicte domine judicisse per dominum Deum et ejus sancta quatuor evangelia coram me dicto episcopo posita et manibus meis dicti Comita Pancia tacta penamque ducentorum milium florenorum auri de Aragonia nobis nomine dicte nobilis judicisse ac eidem spontanea voluntate imponimus si et quociens contrafactum fuerit comittenda de qua medietas aquiratur apostolice camere et alia medietas vobis dicto domino regi et eciam sub pena excomunicacionis cuius sentenciam nunch pro tunch et tunch per nunch in dictam principalem nostram et in nos nomine suo suscipimus que omnia supradicta capitula per nos ut prefertur oblata et unumquodque ipsorum et responsiones factas eisdem in quantum eandem dominam judicissam tangunt obligant et astringunt semper tenebimus servabimus atque complebimus et dicta nobilis judicissa tenebit servabit eciam et complebit tenerique servari et compleri faciet firmiter et ad unguem et contra illa vel aliqua de eisdem non veniet nec contravenire quenquam permittet

jure aliquo racione vel causa. Et pro predictis omnibus attendendis complendis eciam et servandis et pro omnibus sumptibus interesse et damnis si que pro predictis seu defectu ocasione sive pretextu eorum vos dictum dominum regem seu vestros facere et subire contigerit obligamus procuratorio nomine prelibato vobis dicto domino regi et eciam pro medietate pene jamdicte apostolice camere supradicte cujus jurisdictioni et foro dictam nobilem judicissam et suos quoad ista supponimus omnia bona ipsius domine judicisse ubique presencia et futura. Excipimus tamen a predictis laudatis firmatis premissisque per nos responsioni quinti capituli per vos date quatenus denegatur per eam franquitas que loco de Sanctluri petebatur concedi, et responsionem nec minus capitulo septimo factam inquantum suplicata in ea ipsa responsio non concedit reservantes premissa per nos excepta et illa eciam que per vos dictum dominum regem per viam retencionis seu condicionis sunt posita in quatuor capitulis ultimo suprainsertis disposicioni et voluntati dicte nobilis domine judicisse (28) et concordie super eis Deo duce fiende inter eam et ambaxiatores nunch vel de proximo per vos dictum dominum regem super negocio huiusmodi ad predictam insulam transmittendos. Et omnia supradicta ut desuper continentur paciscimur, et facimus nos dictus rex et nos procuratores nuncii et ambaxiatores predicti in posse secretarii et notarii infrafrascripti tamquam publice persone ea stipulantis et recipientis a nobis nomine omnium quorum intersit vel poterit interesse volentes et nos eciam dictus rex mandantes fieri de premissis duo consimilia publica instrumenta sigillo majestatis nostre dicti regis apendicio *coita* (comunita) quorum alterum nobis dicto regi et reliqum vobis ambaxiatoribus prelibatis seu dicte principali vestre tradatur per secretarium et notarium infrascriptum quod est actum in minori seu novo palacio regio Barchinone die XXXI mensis augusti anno a nativitate Domini M.° CCC.° LXXX sexto regnique nostri dicti regis quinquagesimo primo. Realis cancellarius. Signum † Petri Dei gracia regis Aragonum Valencie Majoricarum Sardinie et Corsice comitisque Barchinone Rossilionis et Ceritanie qui predicta prout superius continentur laudamus concedimus et firmamus pariterque juramus rex Petrus S_na Leonardi episcopi Sancte Juste et Comite Pancia procuratorum ambaxiatorum et nunciorum dicte nobilis judicisse qui premissa nomine quo supra laudamus firmamus pariterque juramus. Testes sunt qui fuerunt ad premissa presentes Bernardus archiepiscopus callaritanus Raimundus Elvens episcopus cancellarius nobilis Ugo de Angularia Camerlengus Berengarius de Apilia et Berengarius Barutelli majordomi milites Narcisus de Sancto Dionisio legum doctor et Anthonius de Nancis promotores consiliarii dicti domini regis. Sig†num mei Bartholomei Sirvent secretarii domini regis predicti et auctoritate ipsius notarii publici per totam terram et dominacionem suam qui premissis interfui eaque de mandate ejusdem scribi feci et clausi. Corrigitur autem in linea nona *Senyor Rey* et in undecima *puixen tornar ab tots llurs bens a llurs* et in quadragesima prima *se sponte susci*. == (29) Tandem ex post hoc et die quinta januarii anno a nativitate Domini M°CCC°LXXXVII° sublato de medio dicto excellentissimo principe et domino domino rege Petro sicut placuit altissimo Creatori serenissimus dominus dominus Joannes ejus filius primogenitus tamquam ejus universalis heres legittimus et successor eidem domino regi Petro in regnis et terris ejus predictis extitit substitutus qui cupiens finem imponere concordie supradicte nos Eximinum Petrum *de* Arenosio militen quem gubernatorem suum generalem posuerat in hoc regno procuratorem specialem ad predicta constituens ad hanc insulam Sardinie destinavit cum potestate per eum nobis plenarie attributa circa subscripta facienda quoque firmanda prout per cartam suam suo regali sigillo apendicio comunitam apparere dinoscitur sub serie et eciam forma sequenti (30). In Dei nomine pateat universis quod nos Joannes Dei gracia rex Aragonum, Valencie, Majoricarum

Sardinie et Corsice comesque Barchinone Rossilionis et Ceritanie. Quoniam tractatus qui diucius olim ducti fuerunt inter dilectum nostrum Raymundum Cervarie decretorum doctorem procuratorem ad id una cum nobili Bernardo *de* Senesterra milite constitutum per serenissimum dominum regem patrem nostrum memorie recolende ex parte una et certos procuratores et ambaxiatores nobilis Elionore Judicisse Arboree sive eciam ipsam Judicissam ex parte altera super quibusquidem tractatibus certa inter eos capitula concordata et certa ad deliberacionem ipsius Judicisse retenta fuere nondum fuerunt debito fine conclusi (31). Et previa deliberacione matura placet nobis eisdem tractatibus sub certis vero correctionibus et addicionibus racionabilibus et eciam necessariis de quibus vos nobilem et dilectum consiliarium et camerlengum nostrum Eximinum Petri *de* Arenosio militem gubernatorem insule Sardinie informavimus dare locum. Igitur attendentes quod tam pro parte nostra qui sumus noviter Dei gracia ad regiam dignitatem evecti quam pro parte dicte Judicisse quam eciam sardorum dicte insule percepimus sano ducti consilio ad obedienciam et subjectionem nostram a qua manifeste erroris obducti caligine longo tempore deviarunt affectant cum integritate reverti et eciam per nobilem Brancam Leonem *de* Auria militem comitem de Montileone ipsius Judicisse maritum et per alios sunt quam plura tractanda firmanda et fienda in insula memorata de et super ac pro premissis et dependentibus ac emergentibus ex eisdem eorumque expedicione exequcione et conclusione felici quod cum in eis personaliter nequeamus intendere deliberavimus ea vobis comittere tanquam per nos inde verbo et alias de jure intencionis beneplacito et eciam voluntate plenarie ut prefertur instructo. Tenore presentis publici instrumenti firmiter valituri de legalitate industria et prudencia circumspecta vestri dicti nobilis Eximinii Petri *de* Arenosio confidentes ad plenum de certa sciencia et consulte facimus et constituimus vos nostrum procuratorem et ambaxiatorem in insula predicta. Ita quod vos qui propterea nec non et pro exercicio atque regimine vestri officii gubernatoris predicti estis meaturus ad eamdem insulam de presenti possitis auctoritate procuracionis hujusmodi et ex plena quam inde vobis conferimus potestate firmas dictorum nobilium conjugum et Sardorum utique predictorum et aliorum quorumvis *fiendis* de et super contentis in dictis capitulis et responsionibus per jamdictum dominum genitorem nostrum ad eam factis sub tamen et cum correctionibus sive addicionibus per nos factis ut premittitur in eisdem vel aliis prout vestre discrecioni videbitur bonum esse stipulari nostro nomine et pro nobis et omnia ac singula tractata et contractata nunc usque pretextu capitulorum et aliorum predictorum purificare laudare approbare firmare pariter et jurare atque omnino perficere et complere tam liberando et relaxando dictum Brancam Leonem si et prout et quando vobis visum fuerit (32) quam alias omnia faciendo et complendo ex parte nostra et petendo ac obtinendo per alios firmari jurari fieri et compleri que circa eorum finalem effectum facienda sint quomodolibet ac complenda. Possitis eciam corporalem possessionem vel quasi civitatum villarum locorum castrorum et terrarum que juxta conventa et alias nobis debentur in insula supradicta restitui nostro nomine et pro nobis recipere realiter et receptum retinere effectualiter et potenter ipsaque castra et loca furnire victualibus armis et aliis de quibus et prout vobis necessarium et expediens videatur et officiales castellanos et alios ad eorum regimen tuicionem et custodiam opportunos in eis et eorum quolibet ponere et tenere et a dicta nobili Judicissa expetere recipere et habere tributum nobis hactenus debitum quod nobis per eam ut succedentem in judicatu Arboree debet annis singulis tribui et exsolvi (33) nec non a dicto nobili Branca Leone certam pecunie sumam mutuo nobis tradendam per eum ad opus furnimenti dictorum castrorum ipsamque pecunie sumam sub certo termino sibi solvere promittere cum expensis interesse et damnis si qua ipsum propter ea facere et

subire quomodolibet opportebit. Et proinde redditus et emolumenta quecumque nos recipimus et habemus in Castro Callari et villa Alguerii assignare eidem et ea ac omnia alia bona nostra specialiter et generaliter obligare (34). Et de ac super contentis in dictis capitulis et super tractatu et actu concordie reformande et tranquilli status insule prelibate et alias super predictis et eciam infrascriptis et quolibet eorumdem et aliis de quibus vobis videbitur pacta et capitula ac convenciones quascumque facere et inire et illa per nos firmari teneri et servari promittere obsides dare et ab altera parte petere recipere et habere. Et inquam possitis expetere recipere et habere a dicta nobili Judicissa et ab eius filio (35) seu procuratore judicisse ipsius ad hec plena potestate suffulto et a tutore vel administratore filii sui supradicti recognicionem feudi quod in Sardinie insula tenet pro nobis et tributi quod nobis inde prestare tenentur prout exactis temporibus per Judices Arboree fieri consuevit et facta recognicione huiusmodi eos de feudo predicto nostro nomine investire ut jam alias per dictum dominum patrem nostrum est investitura ipsa preteritis Arboree Judicibus fieri consueta (36). Et super omnibus et singulis supradictis et subscriptis et eorum pretextu possitis firmare nostro nomine et pro nobis instrumenta quecumque cum pactis pacionibus provisionibus penis spiritualibus et temporalibus renunciacionibus submissionibus fori obligacionibus juramentis clausulis et cautelis necessariis et eciam oportunis ac de quibus et prout vobis visum fuerit expedire. Et demum possitis alia omnia facere et liberaliter exercere que in et super premissis omnibus et quolibet eorumdem et super dependentibus et emergentibus ex eisdem et ipsis adherentibus et connexis ac ocasione et pretextu eorum necessaria imineant atque utilia et vobis oportuna et expediencia videantur eciam si sint talia que mandatum exhigant speciale et si sint majora paria vel minora superius expressatis et que nos possemus personaliter constituti nullo obstante defectu si quis forsan in procuracione huiusmodi intervenit. Nos enim defectum ipsum suplentes de plenitudine nostre regie potestatis comittimus vobis super predictis omnibus et singulis et super dependentibus et emergentibus ex eisdem ipsisque adherentibus et connexis plenarie vices nostras ac plenam et liberam administracionem cum plenissima facultate. Promittentes in nostra Regia bona fide et juramento per Dominum Deum et ejus sancta quatuor evangelia corporaliter manibus nostris tacta quod nos ratum et firmum semper habebimus tenebimus atque servabimus tenerique et servari firmiter faciemus *quicquid* et quantum per vos dictum procuratorem nostrum in insula prelibata procuratum gestum et actum fuerit in premissis et quolibet eorumdem idque nullo revocabimus tempore sub bonorum nostrorum omnium ypotheca et sub omni juris renunciacione pariter et cautela. Quod est actum Barchinone VI die madii anno a nativitate Dominj M°CCC°LXXX septimo regnique nostri primo. Franciscus ça Costa. Signum † Joannis Dei gracia regis Aragonum Valencie Majoricarum Sardinie et Corsice comesque Barchinone Rossilionis et Ceritanie qui hec laudamus firmamus eciam et juramus huique instrumento sigillum nostrum appendicium jubemus apponi in testimonium premissorum. Testes sunt qui fuerunt ad ista presentes inclitus infans Martinus dux Montisalbi et comes de Luna domini regis prefati germanus nobilis Berengarius Arnaldi de Cervilione Donnicellus Bernardus Margariti miles armorum Uxerius et Pardus La Casta camerarius dicti domini regis. Sig†num mei Petri de Beniure secretarii dicti domini regis et auctoritate regia notarii publici per totam terram et dominacionem suam qui de ipsius domini regis mandato premissis interfui eaque scribi feci et clausi. Corrigitur autem in linea prima *quoniam tractatus* et in IIII *fuerint* et in XXIII *petere recipere*.

Advenientibus igitur ad presenciam nostram in Castro Callari et in ipso personaliter constitutis nunciis et ambaxiatoribus dicte domine Elienoris eciam et Sardorum juxta voluntatem et preceptum dicti domini regis nunch regnantis fuerun aliqua in capitulis superius contentis et quondam concessis per dictum dominum regem Petrum mutata sive detracta ac eciam addita in secundo capitulo quod sequitur sic. == *Item que placia al Senyor Rey que aquella concordia o convinencia que fo fermada entre lo Senyor Rey quan passa en* Cerdenya *e lo Jutge* Mariano *segons appar per carta publica los sia servada* (*Plau al Senyor Rey*) scilicet quod eo quia in dicta concordia est capitulum loquens super duobus castris que vocantur unum capitulum loquens super duobus castris que vocantur unum Ardara et aliud La Capola in quibus dictus dominus rex dicit se jus habere et dictum capitulum non fuerit execucioni mandatum fuit concordatum capitulum sequens. *Es acordat que romanga lo sequestre de aquells Castells en poder del Arcabisbe* Daristani*, e del Bisbe* Dales (d'Ales) *segons la forma del capitol. E perçe com lo Papa era jutge de la questio, e lo cisma es en la sgleya de Deu es concordat que dos añys se haya la questio a sobreseure sots speranca si a Deu plaura quel cisma sia cessat e llavors quel Papa do la sentencia segon forma del dit capitol. E si lo cisma no era passat entretant les parts se avinguen de un jutge si avenir sen poden sino de II. que cascun pos lo seu. E de tercer en cars de discordia de aquells los quals passats los dos añys facen tantost la seguretat de nou ques contenguda en lo dit capitol, e les parts facen obligacio nova segons lo dit capitol e prop la fi dels dits dos anys sien tenguts de elegir los dits jutges, e terçer* (37). == In nono vero capitulo quod incipit *Item que per major fermetat* etc. fuit responsio et provisio dicti domini quondam regis Petri inquantum tangit officiales suos et in hoc est facta de precepto dicti domini regis nunch regnantis mutacio talis (*que tots los oficials reyals tenguen e sien tenguts* tenir taula *de añy en añy drins Castell de Caller, e que si la part lu requerra li sia donat qui culla la informacio en lo lloch on sera stat lo official, e que closa, e segellada sia remesa a mossen lo governador perçe que y faca sa justicia segons que pertanyara pero no hajen a* tenir taula *los governadors com lo Senyor Rey expressament e de certa sciencia no ho vulla* (38)). Ceterum quia dictus dominus rex Petrus celebris memorie retinuit sibi in firma dictorum capitulorum quod haberetur tributum debitum de preterito tempore et quod haberetur castrum sive locus *de* Longosardo tanquam proprius ipsius domini regis et certae pecunie quantitas tradenda mutuo pro nobile Branca Leonis fuit super tributo et mutuo certus modus inter nos conventus et eciam concordatus. Et super Longosardo quod tradatur et restituatur libere dicto domino regi tanquam res sua propria sicut cetere terre et castra ipsius domini regis traduntur et restituuntur que olim per judicem Arboree occupata fuerunt et prout in dictis capitulis concessis per dictum dominum regem dicte judicisse et sardis specialiter est retentum et ut in responsione XII capituli continetur. (Retento tamen per dictos nuncios et eis per nos concesso quod tenente et habente dicto domino nostro rege dictum Longum Sardum et possessionem ejusdem sicut de aliis terris et castris predictis dicta nobilis judicissa possit supplicare eidem domino regi quod pro bono et tranquillo statu ipsius insule faciat ipsum Longo Sardo dirui et in terra poni quod si dictus dominus rex denegaverit quod eo casu paciatur eam ostendere coram ipso de jure ipsius judicisse et si per instrumenta vel alia legitima documenta apparuerit jus ipsius quod ista oblacione et tradicione non obstante dictus dominus rex teneatur dicte judicisse justicie debitum ministrare (39)). Et cum de omnibus mediante divina gracia concordes essemus quod in XI de capitulis per dictum dominum Petrum bone memorie regem concessis dicitur sich: *Item les coses se facen cartes publiques ab grosses que de totes penes en la forma deguda e de*

raho segons que les dites parts se convendran; propterea pro firmitate et corroboracione concordie supradicte fuerunt inter nos facta et tandem concordata capitula infrascripta (40).

1. Primerament que madona Elienor ferm ab consentiment de Micer Branca jur e prometa en nom propri obligant tots sos bens que tendrà e observera la dita pau e contra a quella en ninguna manera no vendra o venir fara per si o per interposita persona ans si sabra quel dit marit seu o son fill o alguna universitat o loch o persona singular, o altre qualsevol del judicat darborea o *de la terra de* Micer Branca (41) o de la dita isla de Sardenya o dels comuns de Genova o de Pisa o de Italia o de qualsevol *terres o partides del mon* (42) tractassen, o procurassen, o volguessen fer algun dan o damnatge al senyor rey o al seus officials, o a la nacio cathalana qui pogues noure o en res venir contra la dita pau o capitols de aquella que de continent ho notificara al senyor rey o als seu officials e de tot son poder fara obra ab acabament sen tota fenta que res nos faca nes puxa fer en prejudici o dan del dit senyor rey ne de ses viles e castells ne de la sua nacio cathalana. E si contrafahia que de continent fos perjura bara e traydora a costum de Cathalunya e fur de Arago e daço nos pugues scusar per batalla (*duello*) ne per neguna ley dret o manera. E aximateix de continent hagues perdut tot dret a ella pertanyent, o pertanyer podent en lo jutjat darborea e altres terres e castells los quals lo senyor rey ara de non li dona e conferma en feu en la dita isla segons que en los dits capitols de la pau es largament contengut e per tenir e complir aço hoyra no res menis sentencia de excomunicacio en la qual fos encorreguda de continent la qual sentencia dara larchabisbe de Caller e duristany (*d'Uristany*, di Oristano) per special pacte e convinencia fahent encara sagrament e homenatge per procurador de servar les dites coses.
2. Item la dita madona Elionor dara tudor al fill seu Mariano lo qual en nom de tudor del dit fill fermera e fara tots los actes pertanyents a la pau e fermetat de aquella e aço fara a instancia dels seus sotmesos (43).

III. Item per tal com lo noble Mariano fill del dit Micer Branca e de la dita noble Madona Elienor en gran prejudici del senyor rey sia stat jurat en jutge per tots les universitats, e homens del regne de Sardenya qui son de la terra del senyor rey en poder de la dita jutgessa que sia donat de continent tudor al dit noble Mariano per lo noble mossen lo governador ledesmament e juridicament e aço a sobreabundant cautela lo qual ab spres consentiment de la dita noble Madona Elienor absolva totes les dites universitats, e singulars de aquellas del dit sagrament e homenatge, e absolts aquells faran sagrament e homenatge, e absolts aquells faran sagrament e homenatge de *proprietat* al senyor rey e en uom seu a mossen lo governador o qui ell volra, e en apres ab sindacat fermaran la pau per aquella manera que sera acordat (44).

de Nughis comorantibus in villa proxime dicta. Item a Dominico *Piços* majore ville de Gonono (238) Salvatore Tronce Leonardo Cominu Mateu Vacca et Arsoco de Serra *juratis* et Joanne de Murtas ac Guantino de Orru habitatoribus ville proxime dicte. Item ab Andrea *Posulu* majore de Iscopediu (239) Gomita de Lacon Nicolao Badari Nicolao de Orru Nicolao Porcedu et Michele Sequi *juratis* Joanne de Cossu Gunnario de Orro Joanne Mereu et Salvet te Deo Tronci habitatoribus ville proxime dicte. Item ab Arsoco *de Quartu* majore ville de Cepera (240) Sisinnio Capai Martino de Serra Juliano de Lacon Ioanne de Serra et Michele de Sancta Anna habitatoribus ville proxime dicte. Item a Juliano *Mancha* majore ville de Pau (241) Antioco de Aceni et Petro Traci habitatoribus ville proxime dicte. Item a Petro *Meloni* ville de Siris (242) Benedicto Manieli Joanne de Orru Mateo Uda et Bartholomeo de Orru *juratis* habitatoribus ville proxime dicte. Item a Petro *Melone* majore ville de Bannari (243) Margiano Porquedu et Galuro de Unali *juratis* et habitatoribus ville proxime dicte. Item a Francisco *de Sii* majore ville de Funtana (244) Salvatore Desii et Joanne de Lussu juratis et habitatoribus ville proxime dicte. Item a Leorio *de Curchas* majore ville de Serdis *de* Monte (245) Petro Ischirru et Joanne Manca *juratis* habitatoribus ville proxime dicte. Item a Gunnario *de Murgia* majore ville de Usedos (246) Laorencio de Leda Margiano Cede et Bartholomeo de Cannas *juratis* et habitatoribus ville proxime dicte. Item a Guantino *Sabiu* et Cogono Piricotu in villa de Margini (247) comorantibus. Item ab Stephano *Cugenti* majore ville de Barumela (248) Joanne Cau Saltaro de Jana Guantino Porchu Andrea Pala et Juliano Cossu *juratis* habitatoribus ville de Barumela. Item a Georgio *Capai* majore ville de Figu (249) Matheo Marras Sisinnio Magia Guantino Castangia et Nicolao Loce *juratis* habitatoribus ville proxime dicte. Item a Petro *Mocha* majore ville de Poupo (250) Joanne de Yana Arsoco de Querqui Andrea Mereu Barisono Manus et Arsoco de Ogla *juratis* Matheo Virdis Paulo Cau Anthonio Coghi et Barçolo Carau habitatoribus ville proxime dicte. Item a Guantino *Loru* majore ville de Alas (251) Margiano Pede Petro Cauli Petro de Lacon Joanne Penna Joanne de Iba et Matheo de Caputerra *juratis* et habitatoribus ville proxime dicte. Item a Joanne *Porchu* majore ville de Morgogiori (252) Petro de Unali Andrea de Pani Joanne Carau et Petro Melone *juratis* et habitatoribus ville proxime dicte. Item ab Urgarino *de Serra* majore ville de Almos (253) Christofolo de Sextu Petro Loni Murono Altea et Mateo Mereu *juratis* et habitatoribus ville proxime dicte. Item a Guantino *Sabiu* majore ville de Margini Cogono Tidia et Bartholomeo Surri *juratis* et habitatoribus ville proxime dicte omnibus et singulis habitatoribus dicte contrate et alia ipsius contrate et villarum suarum multitudine hominum ibidem existencium copiose sic quod nisi pastores bestiarium defecerunt congregatis in villa de Gonnos *de* Tramacia prelibata ante domum habitacionis Guantini Marmeda officialis predicti facientibus et representantibus universitatem dicte contrate et villarum suarum et majorem et saniorem partem universitatis ejusdem prout constat ad plenum de potestate hujusmodi tenore cujusdam publici instrumenti inde confecti in villa de Gonnos *de* Tramacia prelibata in platea domus habitacionis dicti Guantini in posse Ambrosii Penna quondam Guiducii Penna de civitate Arestanni publici imperiali auctoritate notarii undecimo die januarii subscripti et clausi per eumdem notarium proxime dictum (254).

Et ego Guillermus *Seche* habitator Montis Leonis (255) sindicus actor et procurator universitatis Montis Leonis predicti et contrate *de* Caputabas habens plenam et legittimam potestatem faciendi subscripta similem et talem qualem habent sindici actores et procuratores civitatis Aristanni predicte desuper insertam hoc est ab universitate eadem seu

a Chirico Duras *potestate* Montisleonis et *officiali* contrate *de* Caputabas jamdicte pro magnifica judicissa Arboree Gugliermo Seche Leonardo Murtinu Christoforo Pintus Raymundo Spanu Francisco Capillu Joanne Runchura Nicolao Polighe Mariano Fancellu Guantino Morrochu Guantino Congiu Joanne de Sustani Guantino Pinna Nicolao de Riu Joanne de Serra Juliano Barbaracino Francisco Pischella Petro de Villa Simeone Megioradu Joanne de Muro Francisco Porchu et Francisco *Corssu* habitatoribus dicti montis: Dominico *Vaca* majore ville de Putu-majore (256) Guantino Marras Angelo de Masia Nicolao Pilialbu Joanne de Aceni Satornio de Salinas Manuele Olfanu Barçolo de Querqui Gonargiu Tracha Juliano Penna Barisone Vargiu et Leonardo de Marongio habitatoribus ville proxime dicte; Joanne *Poddighe* majore ville de Cossein (257) Petro Virde Joanne de Carbia Joanne Littera Janne Runchina Guantino de Montes Michele de Zori Elia Corda et Gavino de Serrenti habitatoribus dicte ville: Barisono *Sanna* majore ville de Giavi (258) Comita Corbe Nicolao de Leda Joanne Secundinu Petro Canchis Andrea de Logu Leonardo Seche Gonnario Manuça Petro Nigro et Gonnario Penna habitatoribus proxime dicte ville: Simeone *Pischella* majore ville de Chelemale (259) Petro Pisano Simeone Pulla Taniele de Ogiani Comita Virde et Joanne de Zori habitatoribus ville proxime dicte: Martino *de Olian* majore ville de Tiesi (260) Manuel Capita Anthonio Seche Petro de Tola Petro Penna Elia Porchu Petro Spangia Gaini de Monte et Joanne de Scanu habitatoribus dicte ville: Manuele Plana majore ville de Berssude (261) Leonardo Piga Arsoco de Marongiu Michele de Bare Martino de Querqui Comita Fancellu et Nicolao Cachula habitatoribus ville proxime dicte omnibus et singulis habitatoribus Montis Leonis predicti et contrate de caput Abbas et alia ipsius montis et contrate et villarum suarum multitudine hominum ibidem existencium copiose quod non nisi pastores bestiarium defecerunt congregatis per inde in Monteleone ante ecclesiam Sancti Stephani ubi solitum est congregari concilium ipsius Montis Leonis atque contrate facientibus et representantibus universitatem dictorum castri et contrate ac majorem et saniorem partem ejusdem prout de hujusmodi potestate constat ad plenum per publicum instrumentum inde confectum in Monteleone ante ecclesiam prelibatam in posse Arsoci Salarj quondam Nicolai habitatoribus Bose publici imperiali auctoritate notarii XII die januarii infrascripti et clausum per notarium proxime dictum (262).

Et ego Nicolaus *Porcu* habitator ville de Sola Russa (263) sindicus actor et procurator universitatis contrate Campitani majoris (264) habens de subscriptis plenam et legittimam potestatem similem et talem qualem habent sindici actores et procuratores civitatis Aristanni predicte desuper insertam hoc est ab universitate eadem seu a Suaceso Puligha locumtenente *officialis* Campitani Majoris pro magnifica domina judicissa Arboree Joanne *Loci* majore ville de Cerfallio (265) Borsolo de Sii Ponso Trochu Juliano Cauli Jacobo Cocho Guantino Pili Philipo de Suni Mariano Samuti Joanne Seche Comita Pira Juliano Porcellu Amico Vutinu Petro de Scala Benedicto Pucelu et Nicolao Melone *juratis* ville proxime dicte: Joanne de Paulis majore de Solarussa Andrea Seche Antiocho Trochu Joanne de Yecha Nicolao de Jerre Andrea Querqui Dominico de Aceni Gonario de Martis Joanne de Orru Comita Carta Aramo Canchuci Nicolao Sogia Amico de Mela Basilio Maduru Simeone Barberi et Joanne Penna *juratis* Juliano Lente Majore ville Longe Torbino Masala Arso de Racia Seraphino de Scano Mursino de Corona Dominico de Orru Andrea de Corona et Mariano de Iba juratis ville proxime dicte. Item a Sarraceno *Corria* majore ville de Sii Majore (266) Gennargio de Zori Joanne de Sii Francisco Vacha Comita Conchas Gonnario Corru Joanne Melone Joanne Porru Matheo

Loche Guiglelmo de Scanu Vincencio Uselli Borsolo Pira et Borsolo de Sii *juratis* ville proxime dicte: Leonardo *de Serra* majore ville Petra Veurra (267) Seraphino de Cortis Joanne Frau Nicolao Pipiri Masulino Poda Georgio Mancha et Mariano Casu *juratis* ville proxime dicte: Petro *de Urghe* majore ville de Maassama (268) Joanne Mele Guantino de Mulas Juliano de Logu Mariano de Echa Petro de Pani Petro de Miali et Saturno de Orru juratis. Item a Comita *Cossu* majore ville de Nuraci Niello (269) Anthonio Podda Joanne de Frailis Petro de Frailis Nicolao de Loi Joanne Cau Silvestro Castai Michele Longuo Joanne de Loi et Joanne de Leda *juratis* ville proxime dicte: Arçoco *de Lacon* majore ville de Fenugheda (270) Joanne de Idida Guantino Portis Andrea Perra Matheo çori Aesu de Onni Mannai de Aceni Nicolao Tiris et Petro Muschas *juratis* ville proxime dicte: Joanne *de Orru* majore ville de Nurau Albu (271) Guantino Polla Nicolao de Pani Gonnario Carau Pericono Mula et Ogittu de Serra *juratis* ville proxime dicte: Aeso Cea *majore* ville de Capras (272) Leonardo Frongia Francisco Line Alibrando de Serra Pero de Talasia Gonnario de Querqui Guiglelmo Pinna Barisone de Mandas Mariano Tando Thomanio Ortulanu Joanne Sogia Petro de Serra et Juliano Meloni *juratis* ville proxime prelibate: Donato *de Scala* majore ville de Salanis (273) Joanne Cordella et Michele de Pau *jurato* Corria Merceale de Orru Gonnario Cocho Ferrerio Carau et Mariano Lampis *juratis* ville proxime dicte: Comita *de çori* majore ville de Sernische (o Senusthe) (274) Petro Pullio Ioanne Marti Guantino de Congia Nicolao de Orru Murronu de Quartu et Pilosu Porchu juratis ville proxime dicte: Francisco *de Zori* majore ville de Nuraci *de* Pische (275) Gierdano de Sii Barono de Leda Juliano de Serra Troischo Cupula Christoforo Vacha Comita de Jana et Philipo Tronu *juratis* ville proxime dicte: Joanne *Pirella* majore ville de Ersorra (o Erjorra) (276) Joanne de Villa Nicolao de Zori Lazarino Caria Joanne Penna Mariano Galluri et Petro de Zori *juratis* ville proxime dicte: Petro *Murtino* majore ville de Donugagia (277) Nicolao Canba Joanne de Figus Anthioco Mameli Joanne Mameli et Nicolao Littera *juratis* ville proxime dicte; Jacobo *Salis* majore ville de Sellejani (278) Gaspario de Orru Jacobo Fala Petro Fala Nicolao de Yana Marcho Penna Francisco Deligia et Dominico Campana *juratis* ville proxime dicte: Vincencio *Duras* majore ville de Baratili (279) Joanne Canchedi Joanne de Ledda Sisinnio Porru Mariano Canchedi Guantino Cani Borçolo Cani et Fuliato de Arca *juratis* ville proxime dicte omnibus et singulis habitatoribus prelibate contrate et alia ipsius contrate et villarum suarum multitudine hominum in eis habitancium copiose sic quod non nisi pastores bestiarium defecerunt congregatis in villa de Solarussa ubi est solitum congregari concilium universitatem dicte contrate facientibus et representantibus et eciam majorem et saniorem partem ejusdem prout de potestate hujusmodi constat ad plenum per publicum instrumentum inde confectum in villa de Solarussa in staulo ecclesie Sancte Marie ville ejusdem in posse Leonardi Sanna filii Guantini Sanna de civitate Sasseri publici imperiali auctoritate notarii die undecima januarii infrascripti et clausum per notarium proxime precontentum (280).

Et ego Agustinus *Ferrali* habitator ville de Mahara (281) sindicus actor et procurator universitatis contrate Marmille et villarum ejusdem habens plenam et legittimam potestatem faciendi subscripta similem et talem qualem habent sindici actores et procuratores civitatis Oristanni predicte desuper insertam scilicet ab universitate eadem seu a Nicolao Longhu *castellano* Marmille Stephano *de Urghu* maiore ville de Mahara Barbaraghesa Gunnario Longu Andrea Daceni Librando de Montis Petro de Urghu Ecu Cambuli et Paulo Pinna Michele Cara Nicolao Masala et Gantino Maniceda juratis ville proxime dicte:

Philipo Gastai Guantino Tirichu Joanne de Sii Andrea Longu Michele de Pascha Meglori de Orru Barisono Canpana Salvatore de Yana Colo de Murtas Paschalino de Melas Gunnario Ardu Francisco Mancha Joanne Conchas Nicolao Meddoni Benedicto de Cortis Joanne Tronce Anthonio de Murtas Thomeo Pigha Salvatore de Pira Laurencio Marcia Filipo Dunali Anthonio Vermilla Gunnario Campana Barçolo de Murtas Philippo Puddina Salvatore Daceni Crescenti de Castay Barçolo Corria Petro de çori Margiano de Marongiu Comita Piludu Gunnario Dorru Guantino Pani et Casu Nicolao Urray Comita de Campu Cippari Frau Petro de Suhergiu Nicolao Merreus Michele Polla Hogitto Sabiu Francisco de Sii Nicolao de Corongiu Joanne de Honni Joanne de Circha Laurencio de Achamu Gabriele Ardu Angilotto Daceni Comita Apis Pantaleo Puteri Salvatore de Sii Joanne Masala Nicolao de Paulis Anthonio Cadeddu Matheo Coça Petro Arrubiu habitatoribus ville proxime dicte. Item a Leonardo *Polla Porchu* majore Ville Noa *de* Forru (282) Nicolao Capellu Anthonio Moyu et Francisco de Bogia *juratis* ville ejusdem. Item a Torbino *de Unali* majore ville de çiçalmo (283) Barçolo Manca Sanghineu Coma et Barçolo de Serra *juratis* ipsius ville Mariano Tiddus Andrea Frau Manfroni Piras Laurencio de Murru Gunnario Corropiu habitantibus in villa eadem. Item a Guantino *Serrau* majore ville de Luna Madrona (284) Nicolao Isquirru Joanne Coccho Gantino Tuveri Joanne de Paulis Mariano Eccha Andrea de Perinu *juratis* ipsius ville Michele Serrau Barçolo Dunali Jacobo Avina Benedicto de Ligia Petro Casu Bertucu de Sii Juliano de Montis Benedicto de Corona Gunnario de Lillos habitantibus in villa proxime dicta. Item a Michele *de Tidora* majore ville de Silli (285) Margiano de Idda Joanne Mannonu Annos e Vida Melone *juratis* ville proxime dicte. Item a Nicolao *de Serra* majore ville de Pauli (286) Gantino de Yana Joanne de Puçara Matheo Porcellu Joanne de Serra et Joanne Carumatta *juratis* ville ejusdem Nicolao de Figos Sisinnio de Serra Vincencio de Massa et Ioanne de Massa habitatoribus ville proxime dicte. Item a Margiano *Coccho* ville de Ses Plasses (287) Joanne Bina Petro de Murru Matheo Murgia Francisco Murgia et Genargio de Serra habitatoribus in villa proxime dicta. Item a Nicolao *Sece* ville de Tuyli (288) Gantino Piçalis Majoribus Laurencio de Pardu Torbino Mereu Massargiu Montigha Salvatore de Sinctas Creyendeu Sece et Nicolao Farris *juratis* ville ipsius Joanne de Yana Petro de Pau Nicolao Cossu Bernardo Mecuci Dominigho de Orro habitantibus in villa proxime dicta. Item a Mirai *de Marongiu* majore ville de Barumini (289) Barçolo Oreddu Francisco Cuddas Nastencii Boy Gantino Pateri habitantibus in villa proxime dicta. Item a Sadurru *de Serra* majore ville de Turri (290) Petro Conco Comita de Nuraghe Furradu de Baus Torbino Lierru Barçolo de Marongiu Joanne Meçuçi et Petro Serellu *juratis* ville ipsius Joanne Pelle Nicholao Cancha Salvatore Cau Comita dessu Donnu Comita de Serra Georgio Brerru Joanne Frau Murrone Clava Cochotti de Meçuçi Comita de Piçalis habitantibus in villa proxime dicta. Item a Murrono *Serpe* majore ville Duçara Manna (291) et Marco Cadeddu ville proxime dicte. Item a Margiano *de Bosay* majore ville de Baradili (292) Salvatore Dunnali Margiano Dunnali Nicolao Isquintu Deusdadu Tronce et Dominighu de Loy *juratis* et Joanne Suche de villa proxime dicta. Item a Margiano *de Quartu* majore ville de Cilicia (293) Francisco Daceni Matheo de Mussa et Comita de Paris *juratis* ville ipsius. Item ab Antioco *de Serra* majore ville de Gestori (294) Salvatore Uteri Stephano de Archa Giuddu Tronce Barçolu Cossu Petro Dorru Antiocho Maçucha et Andrea Pullu *juratis* et Michele de Orlandu ville proxime dicte. Item a Murrono *de Serra* majore ville de Sini (295) Facio Donu et Margiano de Frailis *juratis* ville proxime dicte. Item a Silvestru *Pipiri* majore ville de Jenuri (296) Hoguitto de Zori Leonardo Carcana et Georgio Ferru ipsius ville *juratis*. Item a Barisono *Cuddas* majore ville de Bareça (297) Petro de Quisa Saraghinu Longu et

Nicolao de Yana proxime dicte ville *juratis*. Item a Barisono *Pucellu* majore ville d'Acene (298) a Petro Dorru Gantino Loy et Petro Perdighi *juratis* ville proxime dicte omnibus et singulis habitatoribus dicte contrate universitatem contrate ipsius ac villarum suarum et majorem ac saniorem facientibus et representantibus partem ejusdem congregatis per inde in dicta villa de Mahara Barbaraquesa ante ecclesiam Sancti Saturnini una cum multitudine hominum ipsius contrate et villarum suarum qui erant ibidem copiose sic quod non nisi pastores bestiarium defecerunt prout de potestate hujusmodi constat ad plenum per publicum instrumentum inde confectum in villa de Mahara predicta ante ecclesiam Sancti Saturnini predictam in posse Andree Virde quondam Joannis Virde de civitate Sasseri filii publici imperiali auctoritate notarii XII die januarii infrascripti et clausum per notarium proxime prelibatum (299).

Et ego Barsolus *de Lacon* habitator ville Bidoni (300) sindicus actor et procurator universitatis contrate seu Partis *de* Varicato (301) et villarum dicte contrate habens super subscriptis peragendis et omnino complendis potestatem plenam et legittimam similem et talem qualem habent sindici actores et procuratores civitatis Aristanni predicte desuper insertam hoc est ab universitate eadem seu a Torbino Dargiolas *officiali* Partis Varicati pro magnifica domina judicissa Arboree Guantino *de Pira* majore ville Busache (302) Stephano de Laccon Joanne Conchedda Nicolao Concedda Barsolo de Ru Dominico de Marongio Andrea Corria Lemono Seche Nicolao Seche Comita Frau Neruccio de Ru Petro de Bangius Santoro Mele Joanne Frau Petro Adi Comita de Serra Joanne Curedda Saracino Curedda Arsoco de Uras Comita Mameli habitatoribus ville proxime dicte. Item a Parisono *Seche* majore ville de Uta (303) Stephano de Ledda Nicolao de Ledda Petro Dessori Francisco Dessori et Comita Boi *juratis* Arsoco Boe Salvatore Coso Bernabobo Nucio Mariano Marras et Mariano de Staara morantibus in villa proxime prelibata. Item a Mariano *de Uta* majore ville de Sorrai (304) Petro Mancha Petro Marras et Joanne Mula *juratis* Filuccio de Caton Dominico Lodde Joanne de Pira Comita de Unali Parisono Marras Joanne Marras Dominico Murgia et Fiindeo Pisu habitatoribus ville proxime dicte. Item a Comita *Murtino* majore ville Leunelli (305) Baldofino Musiu Simone Porro et Arsoco de Sii *juratis* Arsoco de Sii Francisco Carbone Petro Cao Francisco Tigula Juliano Frongia et Juliano Carta habitatoribus ville proxime dicte. Item a Juliano *Mameli* majore ville de Loddu (306) Joanne Mameli Guantino de Uta et Laurencio Mele *juratis* Michele de Ru Mariano Contona Petro de Pira et Juliano Capissa habitatoribus ville proxime dicte. Item ab Arsoco *de Urghe* majore ville Fodrongiani (307) Laurencio de Molargia Laurencio de Sena Comita Spanu et Joanne de Addis Joanne Onida Paulo de Cherqui Parisono Cocho Joanne Seche Petro Spiga Laurencio de Ru Joanne Puddio et Petro de Martis habitatoribus ville proxime dicte. Item a Parisono *Useli* majore ville de Monte Santo Joso (308) Dominico Tode Sisinnio Pische et Nicolao Puddio *juratis* Joanne Puddio Matheo Penna Paglassino Siculo et Petro Frongia habitatoribus ville proxime dicte. Item a Petro *Pistis* majore ville Alary (309) Matheo Serroni Gonnario Machao Petro de Cherqui et Guantino de Cherqui *juratis* Ughetto de Urgo Jacobo de Archa Gonnario Seche Molentino Dessori et Mirai Simbula habitatoribus ville proxime dicte. Item a Juliano *Meleddu* majore ville de Barbargiana (310) Sisinnio de Ru Gherardo de Uta et Joanne de Scanu *juratis* Joanne de Ru Molentino de Liggia Lusurgio de Urgo Joanne de Patro Santoro de Prato et Benedicto Sancha habitatoribus ville proxime dicte. Item ab Anthonio *de Villa* majore ville Moddaminis (311) Gonnario Uccho *jurato* Bono de Urgo et Parisono Pala comorantibus in villa eadem. Item a Barsolo *de Laccon* majore ville Ardauli (312) Nicolao

de Sori Petro de Sori Juliano Leccha Petro de Sori Nicolao Useli Nigro de Scano Mariano Marras et Juliano Pissalis ville habitatoribus proxime dicte. Item a Joanne *de Serra* majore ville Soradili (313) Petro Sannio Arsoco de Onida et Nicolao de Uta juratis Francisco Pira Francisco Sicilia Nicolao *Per*.° Juliano Pala Parisono Falche Basilio Verde Sisinnio de Argiolas Petro de Cherqui Joanne de Luccha et Anthonio Manna habitatoribus ville proxime dicte. Item a Jacobo *de Ore* majore ville de Truschedo (314) Laurencio Uras et Parisono Poddighe juratis Leonardo Mameli Mariano Duras et Guantino Poddighe in villa habitantibus proxime dicta omnibus et singulis de dicta contrata et alia ipsius contrate multitudine hominum in ea habitancium copiose sic quod non nisi pastores bestiarium defecerunt congregatis in platea domus Gantini de Pira majoris ville de Busache ubi est solitum congregari concilium universitatem dicte contrate ac majorem et saniorem partem ejusdem facientibus et representantibus prout de potestate hujusmodi constat ad plenum per publicum instrumentum inde confectum in villa de Busache in platea domus supradicte in posse Ambrosii Penna notarii de civitate Aristanni publici imperiali auctoritate notarii XV die januarii infrascripti et clausum per notarium prelibatum (315).

Et ego Tomeus *Sogia* habitator ville de Sia Sancte Luciae sindicus actor et procurator universitatis Contrate Campitani *de* Simagis (316) habens plenam et legittimam potestatem faciendi subscripta similem et talem qualem habent sindici actores et procuratores civitatis Aristanni predicte desuper longe insertam hoc est ab universitate proxime dicte Contrate seu a Petro *de* Lacon *officiali* Campitani *de* Simagis pro dicta domina judicissa Mariano *de Yana* Majore ville de Simagis *de* Margiani (317) Ioanne de Orani Joanne de Valle Nicolao de Valle Paulo de Serra Francisco Peco Romano Zori Aramo de Zori Colo Meloni Dominico Cidis et Saltoro de Querqui *juratis* ville proxime dicte: Gonnario *de Yana* Majore ville de Simagis de Santo Juliano (318) Comita de Mogoro Santoro de Sii Angelo Masala Guantino de Curchas Santoro Mocy Nicolao de Yana Gonnario de Solas et Lazarino Masala *juratis* ville proxime dicte: Leori *de Campo* Majore ville de Simagis Josso (319) Mariano Pirri Angelo Lira Ioanne Pinglieri Bugino Mancoso Vincencio de Orru Petro de Zori et Nicolao Melone *juratis* ville proxime dicte: Leonardo *Pilella* Majore ville de Bangios (320) Ioanne Murru Ioanne Porchu Francisco de Arcedi Petro de Cherqui Gonnario de sii et Comita de Quia *juratis* ville proxime dicte: Guantino *Magia* Majore ville de Capriles (321) Crescente Mele Nicolao Dunedo Gonnario Lai Comita Mugulo et Barisono Mugulu juratis ville proxime dicte: Paulo *Tancha* Majore ville de Ugiastra (322) Ioanne Ecte Leonardo de Angu Petro de Zori Sabatino de Manchu Gugliermo de Quia et Vincencio Lecis *juratis* ville proxime dicte: Comita *Lai* Majore ville de Sia Sancti Nicolai (323) Bonnano Capula Laurencio de Serra Sisinio de Marchi Sisinio Pees Anthonio de Serra et Juliano de Muru *juratis* ville proxime dicte: Lesio Loddo *Majore* Ville Olbane (324) Borçolo de Massa Mariano de Serra Guiducio de Quirrus Nicolao Zaru Nicolao Chintu et Thomeo de Orru *juratis* ville proxime dicte: Comita *de Querqui* Majore ville de Siili Murrono Puligas (325) Nicolao Serraglu Iacobo Dardu Ioanne de Ibba Nicolao Uras et Nicolao Mela *juratis* ville proxime dicte: Petro *de Piras* Petro Cercho et Nicolao Mula *juratis* ville Curie (326) predicte: Guantino *Schuru* Majore ville Sancte Juste (327) Petro Murra Arsoco Colle Anthioco Cadahino Saro Cogoni et Cogotti Corbu *juratis* ville proxime dicte: R.° *Loche* Maiore ville de Palmas *de* Ponte (328) Gonnario Boe Ioanne Uda et Ioanne Mancha *juratis* proxime dicte ville: Arsoco *Castagno* Majore ville de Palmas (329) *Majore* de Pani Bonu (330) Guantino Murru et Petro Pau *juratis* ville proxime dicte: Joanne *Penna* Majore ville de Palmas (331) Petro de Sancto Gavino Petro de Benefacta

Leonardo Cartona Petro de Filicittu Ioanne Ardu et Ioanne de Serra *juratis* ville proxime dicte: Juliano *de Zori* Majore ville de Sancte Haeru (332) Sarracenu Porcellu et Juliano Murgia *juratis* ville proxime dicte: Arsoco *Catellu* Majore ville de Sia Sancte Lucie (333) Borçolo Sullas Borçolo Mele Ioanne Paradari Garcia Deus Marras et Michele de Campu *juratis* ville proxime dicte omnibus et singulis de dicta Contrata et alia ipsius et villarum suarum multitudine hominum inibi stancium copiose sic quod non nisi pastores bestiarium defecerunt congregatis per inde in dicta villa de Simagis *de* Margiani ubi est solitum congregari concilium facientibus et representantibus universitatem dicte Contrate et majorem ac saniorem partem ejusdem prout de potestate hujusmodi constat ad plenum per publicum instrumentum inde confectum in villa Simagis de Margiani in platea ecclesie sancti Giminiani ville ejusdem in posse Leonardi Sanna filii Guantini Sanna de civitate Sasseri publici imperiali auctoritate notarii die XII januarii infrascripti et clausum per notarium prelibatum (334).

Et ego Jacobus *de* Sii habitator ville de Solgono (335) sindicus actor et procurator universitatis Curatoriarum *de* Mandraholisay *et* Barbargie *de* Bilbi (336) habens plenam et legittimam potestatem faciendi subscripta similem et talem qualem habent sindici actores et procuratores Aristanni civitatis predicte desuper insertam hoc est ab universitate Curatoriarum predictarum seu a Joanne *Pinna* locumtenente *officialis* Curatoriarum predictarum pro domina judicissa jamdicta: Francisco *Piçalis* Majore ville de Solgono Joanne Cece Petro de Asenu Flore Piçalis Mariano Teneru Gonnario de Casta Saltaro de Serra Ioanne de Corona Gasparro de Curcas Salvadu de Murtas *juratis* ville ejusdem ac Gonnario Mancha Gonnario de Serra Comita Cathellu Antonio Calba Francisco Marras Mariano Cathellu Comita Marras Gonnario Marchio Fuliato Moci Ioanne de Corongiu Guantino de Marongiu Benedicto Calba Moncone de Serra Nicolao de Serra Petro de Ligios Comita Polla Mariano Orgolesu Arsocco Marras Guantino de Yana et Petro de Marongio habitatoribus ville proxime dicte.

Item a Lotto de Serra Majore ville de Açara (337) Juentinu de Martis Mariano de Sori Barsolo Marras et Guillermo Marras *juratis* ville ejusdem ac Ioanne Sarai Mariano Sarrau Guantino Maneli et Barzolo Albay comorantibus in villa proxime dicta. Item ab Arsoccho *Chirroni* Majore ville de Spasulee (338) Gonnario de Serra Laurencio Fulla et Gonnario de Corongiu *juratis* ac Georgia Lecha Parasono de Serra Barsolo Fulla et Petro Uda habitatoribus ville proxime dicte. Item a Mariano *de Ligia* Majore ville de Meana (339) Suachesu Carta Petro Pelle et Ioanne Caponi *juratis* a Petro de Naitan Gonnario Urru Petro Leppori Barisono Seche et Guantino Tacula habitatoribus ville proxime dicte. Item a Btldosino *de Sori* Majore ville de Tonara (340) Arsoco de Lacon et Matheo de Querqui *juratis* ac Francisco Murgia Petro Marras Juliano Uras et Margiano Seche habitatoribus ville proxime dicte. Item a Nicolao *Mele* Majore ville de Desilo (341) Ioanne de Sii et Sisinni Mele *juratis* ac Gonnario Mura Matheo Loche et Comita de Curcas habitatoribus ville proxime dicte. Item a Creyndeu (*Credi in Dio*) *de Curcas* Majore ville de Bilbi (342) Ioanne de Curcas et Gonnario de Curcas *juratis* ac Taniele Marras Ioanne Pelle et Guantino de Sori habitatoribus ville proxime dicte. Item a Laurencio *Penna* Majore ville de Aricu (343) Francisco Penna et Ioanne Penna *juratis* ac Gonnario Mameli Ioanne Furca et Petro Seche habitatoribus ville proxime dicte. Item a Gonnario *de Lacon* Majore ville de Summungleo (344) Parasono de Barca Philippo de Martis et Gonnario Cuculla *juratis* ac Simeone de Sori Gonnario Mele Anthonio de Martis Mariano de Serra Paolo Marras

Anthonio Mele Michele Fay Comita de Martis *u u u u u* (sic) et Petro Cau habitatoribus ville proxime dicte. Item a Mariano *Mele* Majore de Leonissa (345) Guantino Boe jurato ac Mariano Mura et Ioanne de Asuni habitatoribus ville proxime dicte. Item a Petro *Cocho* Majore ville Arcueri (346) Laurencio de Lacon Petro de Illa Guantino Dorruu et Guantino de Serra *juratis* ac Petro Marras Parasono de Serra Anthonio Seche Petro Murtinu et Mariano Usay habitatoribus ville proxime dicte omnibus de Curatoriis supradictis et alia ipsarum Curatoriarum et villarum suarum multitudine hominum ibidem stancium copiose sic quod non nisi pastores bestiarium defecerunt congregatis in villa de Solgono predicta ante curiam ville ejusdem facientibus et representantibus universitatem dictarum Curatoriarum ac majorem earum partem et eciam saniorem prout de potestate hujusmodi constat ad plenum per publicum instrumentum inde confectum in villa de Solgono predicta in curia prelibata in posse Ambrosii Penna filii quondam Guiducii Penna notarii de civitate Arestanni publici imperiali auctoritate notari XIIII die januarii infrascripti et clausum per notarium proxime prelibatum (347).

Laudamus aprobamus et firmamus tam nominibus nostris propriis quam nominibus eciam dictarum universitatum et singularium de eisdem ac auctoritate constitutis per universitates nobis atribute easdem modo et forma predictis omnia et singula supradicta concessa aprobata et firmata per egregiam dominam Elionorem judicissam Arboree *dominam nostram* seu procuratores ejus superius notatos inquantum ea et eorum singula nos et dictas universitates et singulares earum tangunt et concernunt ac pertinent per nos et eas eciam observari. Et promittimus nos omnes dicti sindici actores et procuratores et quilibet nostrum pro universitate cujus est sindicus actor et procurator et singularibus de eadem et nominibus eorumdem auctoritate potestatis ejusdem et nominibus eciam nostris predictis ea omnia supradicta attendere et complere ac eciam observare perpetuo et contra illa vel aliquod eorumdem nunquam facere vel venire aliquo modo racione seu causa. Et si contrafecerimus volumus dictis nominibus et quolibet eorumdem incurrere penas superius expressatas tam spirituales quam temporales quam eciam pecuniarias eis via et modo quibus in capitulis continentur jamdictis. Quibus penis commissis vel non nichilominus predicta per nos promissa in eorum maneant robore et valore et ad corroboracionem predictorum juramus in animas nostras proprias et illorum quorum sindici et procuratores existimus per dominum Deum et ad sancta ejus quatuor evangelia nostrum cujuslibet corporaliter manibus tacta gratis. Et nichilominus facimus homagium ore et manibus comendatum ad consuetudinem Ispanie et prout in dictis capitulis continetur vobis nobili domino Eximino Petri *de* Arenosio gubernatori predicto illud recipienti nomine et vice domini regis predicti. Ceterum substituimus actores universitatum predictarum ac procuratores nostrum et singularium de eisdem Anthonium Serrani et Petrum de Vineolis notarium habitatorem Castri Callari et utrumque eorum in solidum ita quod prius occupantis condicio pocior non existat sed quod per unum eorum fuerit inceptum per alium mediari valeat et finiri ad summitendum nos et dictas universitates et singulares de eisdem jurisdictioni reverendorum in Christo patrum dominorum archiepiscopi Callaritani et archiepiscopi Aristanni simul in hoc casu tantum et ad recipiendum ab eis sicut et nos cum presenti summitimus nos eorum jurisdicioni et recipere intendimus voluntarie et ex pacto sententiam interdicti in universitatum qualibet predictarum et excomunicacionis in nos et singulares alios de universitatibus prelibatis promittentes habere ratum gratum et firmum quicquid per dictos Anthonium et Petrum factum fuerit in premissis et non venire contra aliqua eorumdem racione aliqua jure modo seu causa. Et pro predictis omnibus et singulis attendendis et complendis ac firmiter

observandis et pro penis eciam pecuniariis prelibatis ei et quociens in predictis vel aliquo eorumdem extiterit contrafactum et pro sumptibus expensis et damnis si quas dictum dominum regem et suos vassallosque ejusdem ocasione seu defectu predictorum facere et pati contingerit quomodolibet exsolvendis et eciam emendandis obligamus omnia bona nostra et dictarum universitatum et singularium earumdem presencia et futura ac ubique habita eciam et habenda videlicet notario stipulanti ut infra.

Et *assimili* (*a simili*) nos inferius nominati sindici actores et procuratores universitatum terre domini regis nostri predicti videlicet nos Marcus Joveri et Franciscus Roig habitatores Castri Callari (348) nominibus nostris propriis et ut sindici actores et procuratores universitatis castri predicti et singularium de eadem habentes ab ipsa universitate plenum et legittimum posse faciendi subscripta cum publico instrumento tenoris sequentis (349). = Noverint universi quod ad convocacionem venerabilis Rodrigui Lençol Domicelli vicarii Castri Callari pro illustrissimo domino rege Aragonum voce preconia sonoque tube factam per Michaelem Darbo preconem publicum et juratum dicti Castri prout est moris consiliarios et juratos ipsius Castri in vel pro talibus convocari in domo in qua consilium dicti Castri consuevit congregari convenerunt et interfuerunt venerabilis Nicolaus Carbonelli Guillermus Canielles Iacobus Xarch Arnaldus Carreres et Petrus Geronella consiliarii anno presenti universitatis dicti Castri Berengarius Rigolf Arnaldus Frigula Matheus Muluer Petrus Palacals Franciscus Oriol Iacobus Cases Ferrarius Simon Petrus çalort Simon Rubei Petrus Torrent Ferrandus Yuanyes Petrus Sauri Ioannes Leo Andreas Salvador Iacobus Rossell Guillermus Oliva Petrus Terrer Petrus Guitard Benvengut Soler Petrus Carusses Berengarius Massaguer Guantinus Maçet Guantinus Torres Arnaldus Vilar Arnaldus Sancta Cilia (350) Ioannes Feliu Petrus Pinol Iacobus Colomer et Petrus Ros omnes jurati et habitatores dicti Castri majorem ac saniorem partem consilii dicte universitatis facientes et totam ipsam universitatem representantes. Confidentes ad plenum predicti consiliarii et jurati de fide industria et legalitate *venerabilium* Marchi Jover absentis et Francisci Roig presentis habitatorum dicti Castri vice et nomine dicte universitatis et singularium ejusdem cum auctoritate et decreto dicti Venerabilis Vicarii in his intervenientibus fecerunt constituerunt et ordinarunt suos et ipsius universitatis sindicos actores et procuratores ac nuncios speciales prenominatos Marcum Jover et Franciscum Roig et utrumque eorum in solidum ita quod non sit melior condicio occupantis negocium sed id quod alter eorum inceperit alius nichilominus id prosequi valeat et finire ad comparendum et se representandum humiliter et devote tam coram illustrissimo domino eorum Rege Aragonum et eius honorabili consilio et audiencia quam coram ipsius domini regis nobili Gubernatore et Reformatore Regni Sardinie et pro ipsis venerabilibus consiliariis et juratis et pro tota dicta universitate et singularibus de eadem consenciendum paci seu concordie concordate seu que fieri et concordari in domino speratur inter dictum Dominum Regem seu dictum ejus nobilem *gubernatorem* ex una parte et nobilem et egregiam Dominam Elienoram Judicissam Arboree et nobilem Brancam Leonem *de* Auria ejus maritum ac Sardos Insule Sardinie ex altera ipsamque concordiam et capitula ejusdem nominibus jamdictis firmandum et quascumque obligaciones speciales et generales faciendum et eciam sacramentum et homagium et alias securitates et cautelas cum illis penis tam pecuniariis quam spiritualibus et aliis quibus libet et ut ipsis videbitur et alias quascumque concordatas seu concordandas inter partes predictas nominibus jamdictis faciendum pariter et firmandum. Et ad impetrandum habendum et obtinendum ab ipso domino rege et ejus sacro consilio et audiencia confirmacionem et de novo concessionem

privilegiorum graciarum franquitatum et immunitatum concessarum eidem universitati per precessores suos Aragonum reges necnon eciam de novo impetrandum habendum et obtinendum alia quecumque privilegia libertates et immunitates literas et rescripta gracias et remissiones vel justiciam continentes facientes et faciencia pro ipsis et universitate predicta et singularibus de eadem. Et adjutorium et succursum ab eodem domino rege et ab quibuscumque sindicis et procuratoribus terrarum regnorum et civitatum suarum humiliter et cum instancia postulandum requirendum et obtinendum pro restauracione et deffencione hujus Castri Callari et per consequens tocius Sardinie regni et ipsis hujusmodi de causa si opus fuerit suplicandum protestandum monendum et requirendum. Et jus dicte universitatis in omnibus postulandum manutenendum et defendendum et graciam liberacionem et enfranquimentum super censibus sive censualibus ad que hospicia propter incendium diruta et alia in Castro Callari obligata sunt ac summissa petendum a dicto domino rege et obtinendum ut per hoc facilius reformentur et refecta in statu sincero diligencius perpetuo habeantur. Et super hiis aliis omnibus supradictis quecumque pacta promissiones avinencias transaciones stipulaciones et obligaciones que ipsis sindicis actoribus et procuratoribus ac nunciis vel alteri eorum videbitur faciendum et recipiendum et inde publicum seu publica faciendum et firmandum fieri petendum et recipiendum instrumenta cum illis clausulis securitatibus et cautelis que eis vel alteri eorum videbitur et ad premissa necessaria fuerint vel eciam opportuna. Et demum omnia alia et singula in predictis et circa premissa libere faciendum procurandum et exercendum que veri et legittimi sindici et procuratores ac nuncii ad similia constituti facere possunt et debent et que ipsa universitas consiliarii et jurati ac singulares de eadem facere possent si presentes adessent eciam si talia sint vel fuerint que mandatum exhigant speciale. Comittentes dictis eorum sindicis et procuratoribus ac nunciis et utrique eorum in solidum super predictis et dependentibus ex eisdem ac connexis plenarie vices suas et dicte universitatis et singularium ejusdem cum libera et generali administracione. Promittentes eisdem sindicis actoribus et procuratoribus ac nunciis et mihi notario infrascripto tanquam publice persone hec ab eisdem constituentibus legittime stipulanti et recipienti nomine et vice dicti Marchi absentis et omnium aliorum quorum interest intererit et poterit interesse se nomine tocius dicte universitatis et singularium de eadem semper habere ratum gratum et firmum quicquid per eosdem sindicos actores procuratores et nuncios vel alterum eorum in predictis et circa premissa actum procuratum fuerit sive gestum et nullo tempore revocare sub bonorum omnium dicte universitatis et singularium de eadem obligacione que acta fuerunt in Castro Callari in aula domus consilii predicta XVIII die mensis decembris anno a nativitate Domini M.° CCC° LXXXVII presentibus testibus Natale Bertran. Callari et Iacobo Bacallar de Majorica ad hec vocatis specialiter et rogatis Signum mei Roderici Lançol Domicelli vicarii Castri Callari pro illustrissimo domino rege Aragonum. Qui huic sindicatui tanquam actui legittimo ex parte dicti domini regis et auctoritate officii quo fungimur auctoritatem nostram interponimus pariter et decretum quod hic apponi iussimus per Bartholomeum de Osona notarium publicum auctoritate regia per totum regnum Callari et Gallurii insule Sardinie regentemque scribaniam curie vicarie dicti Castri pro venerabili Marco Joverii *notario et scriba ejusdem* Curie in cujus posse hanc firmam fecimus die et anno predictis presentibus testibus venerabilibus Francisco Ioannis de Sancta Columba milite et Petro Mironi habitatore dicti Castri. Et ideo ego Bartholomeus de Osona notarius et regens dictam scribaniam predictus in cujus posse dictus venerabilis vicarius hanc firmam fecit die et anno predictis et presentibus testibus suprascriptis hec scripsi et hoc meum solitum hic apposui sig†num: Signum Arnaldi Cerolli auctoritate illustrissimi domini regis Aragonum notarii

publici per totam terram et gubernacionem Calleri et Gallurii qui predictis rogatus interfuit eaque scripsit et clausit cum raso et aptato in XVIIII linea ubi dicitur utrique eorum.

Et nos Bernardus Camella Franciscus Bos et Anthonius Ferret habitatores ville Alguerii (351) sindici actores et procuratores universitatis ville ut asserimus prelibate tam nominibus nostris propriis quam nomine universitatis ville Alguerii prelibate et singularium de eadem per quos huc de dicta villa Alguerii extitimus destinati cum sindicatu quem sufficientem credebamus existere ad hunc actum qui revera non erat immo in dubium vertebatur ob quod ratificacio fieri habet ut convenit per dictam universitatem et consiliarios ejusdem de subscriptis que pro dicta universitate et nomine ejus paciscimur et facimus et laudamus aprobamus et firmamus nominibus nostris propriis supradictis dictarumque universitatum et singularium de eisdem omnia et singula supradicta capitula et contenta in instrumento presenti quatenus nos et dictas universitates terre domini nostri regis predicti concernunt et eciam quoque tangunt ac pertinent per nos et dictas universitates observari eciam et compleri. Promittentes nominibus supradictis et quolibet eorumdem ea omnia supradicta attendere et complere ac eciam observare perpetuo et contra illa vel aliquod eorumdem nunquam facere vel venire aliquo modo racione seu causa. Et si contrafecerimus volumus dictis nominibus et quolibet eorumdem incurrere penas superius expressatas tam spirituales quam eciam temporales quam eciam pecuniarias eis via et modo quibus in dictis capitulis continentur quibus penis commissis vel non nichilominus predicta per nos promissa in eorum permaneant robore et valore. Et ad corroboracionem predictorum juramus in animas nostras proprias et illorum eciam quorum sindici actores et procuratores existimus per dominum Deum et ad sancta quatuor ejus evangelia nostrum cujuslibet corporaliter manibus tacta gratis et nec minus facimus homagium ore et manibus commendatum ad consuetudinem Ispanie et prout in dictis capitulis continetur vobis nobili domino Eximinio Petri de Arenosio gubernatori predicto illud recipienti nomine et vice domini regis predicti. Ceterum substituimus actores universitatum predictarum terre domini regis predicti et procuratores nostrum et singularium de eisdem Damianum Baringe canonicum Aristanni et Nicolaum Vergili civitatis ejusdem et utrumque eorum in solidum ita quod prius occupantis condicio pocior non existat sed quod per unum eorum fuerit inceptum per alium mediari valeat et finiri ad submittendum nos et dictas universitates et singulares de eisdem juredicioni reverendorum in Christo patrum dominorum archiepiscopi Callaritani et archiepiscopi Aristanni simul in hoc casu tantum et ad recipiendum ab eis sicut et nos cum presenti submittimus eorum juredictioni et recipere intendimus voluntarie et ex pacto sentenciam interdicti in universitates predictas et excomunicacionis in nos et singulares alios de universitatibus prelibatis. Promittentes habere gratum et firmum quicquid per dictos Damianum et Nicolaum factum fuerit in premissis et non venire contra ea aliqua racione. Et pro predictis omnibus et singulis attendendis et complendis ac firmiter observandis et pro pena sive penis pecuniariis memoratis si et quociens in predictis vel aliquo eorum extiterit contrafactum et pro sumptibus expensis et damnis si quos vel quas dictos nobiles Judicissam et Brancam Leonem *de* Auria militem ejus maritum ac suos et vassallos eorum facere et pati contigerit predictorum ocasione sive defectu quomodolibet exsolvendis et eciam emendandis obligamus notario infrascripto stipulanti ut infra omnia bona nostra et utriusque nostrum et dictarum universitatum et singularium eciam de eisdem presencia et futura ac ubique habita eciam et habenda (352).

Et nos superius nominati Thomas *de* Serra major camere Gomita Pancie subcancellarius dicte domine judicisse et Anthonius Caso procuratores ejusdem domine judicisse habentes ab eadem de his potestatem plenam atque legittimam cum publico instrumento cujus tenor est totaliter desuper insertus ultra predicta per nos firmata jurata promissa et facta superius liberamus et absolvimus nomine dicte Domine Judicisse et ex potestate per eam nobis superius attributa omnes et singulos homines civitatum Sasseri et Ville Ecclesiarum ac loci Sellurii Locorumque *Mole de* Posata et Iscle *de* Galtelli ac Contrate *de* Baronia et alios quoscumque homines qui virtute presentis concordie sunt restituendi dicto domino regi ab omni juramento et homagio et obligacione quacumque quibus obligati existunt seu que prestiterunt sive fecerunt dicte nobili Judicisse et eciam nobili Mariano filio suo presente in et super his et eciam consenciente ac ea volente *venerabili* Jacobo *de* Vierio milite cive Aristanni tutore et curatore nobilis Mariani predicti eidem Mariano dato tam per dictam nobilem dominam Judicissam quam per nobilem gubernatorem predictum retento tamen inde per nos et dictum tutorem et eciam curatorem quod presens liberacio et absolucio valeat et suum operetur efectum cum nobilis Branca Leo *de* Auria prelibatus et Sardi capti fuerint restituti in libertate eorum. Et ego Jacobus *de* Vieri predictus tutor et curator datus et eciam assignatus nobili Mariano filio nobilium et egregiorum Elienoris Judicisse Arboree et Branche Leonis *de* Auria militis mariti ejusdem cum potestate peragendi subscripta tam per dictam nobilem judicissam et ejus curiam quam per nobilem dominum gubernatorem et procuratorem regalem predictum prout de his constat ad plenum per duo publica instrumenta quorum unum scilicet dicte nobilis judicisse tenoris dinoscitur existere subsequentis (353). = In eterni Dei nomine amen. Noverint universi quod magnifica et excelsa domina Elienora Dei gracia judicissa Arboree comitissa Gociani et vicecomitissa de Basso diligenter attendens inter nobilem et prudentem virum dominum Eximinum Petri *de* Arenos militem gubernatorem et reformatorem regni Sardinie generalem pro illustrissimo domino Rege Aragonum et in hac parte procuratorem ipsius domini regis ex una parte et honorabiles viros Thomam *de* Serra Comitam Panciam notarium cives Arestanni et Antonium Cases civem Sasseri procuratores dicte domine judicisse ad presenciam dicti domini gubernatoris per eamdem dominam judicissam novissime destinatos ex altera parte fuisse concordatum quod inclito domicello Mariano filio carissimo ejusdem domine judicisse detur et constituatur tutor et curator idoneus qui nomine tutorio et curatorio dicti domini Mariani faciat firmet et confirmet omnes actus pertinentes paci et concordie dicti regni Sardinie et firmitati eorumdem jccirco prelibata domina judicissa ad requisicionis instanciam sindicorum civitatum et locorum sui dominio submissorum volens dictum tutorem et curatorem constituere et dare ut predicta omnia concordata inter predictum dominum gubernatorem et procuratores dicte domine judicisse de et cum ejus voluntate et consensu tanquam cernencia bonum et tranquillum statum insule supradicte effectum debitum sorciantur tenore presentis publici instrumenti instantibus requirentibus et suplicantibus dictis sindicis et subditis ejusdem domine judicisse dedit constituit et assignavit tutorem et curatorem dicto domino Mariano filio suo et ejus bonis nobilem virum dominum Jacobum *de* Vierio militem civem Arestanni de cujus industria fide et legalitate jamdicta domina judicissa ab experto confidit dans et concedens eidem domino Iacobo plenam et liberam potestatem quod possit assumere regere et tueri gubernacionem et administracionem bonorum dicti pupilli et persone sue. Et in judicio et extra pro ipso et bonis suis esse facere et firmare omnes actus pertinentes paci predicte et firmitati ejusdem ac liberacioni et relaxacioni Sardorum qui pertinent ad dominum regem predictum et omnia alia et singula facere et complere que verus et legittimus tutor et curator facere potest et

debet. Qui siquidem dictus dominus Iacobus tutor et curator onus dicte tutele cum reverencia debita in se suscipiens sponte et gratis ac consulte convenit et promisit prefate domine judicisse et michi notario infrascripto tanquam persone publice legittime stipulanti pro dicto pupillo et omnibus aliis quorum interest seu poterit interesse. Et eciam ad sancta Dei evangelia libro corporaliter tacto juravit res pupilli ministrare et procurare et inutilia pretermittere et totis viribus evitare ac inventarium seu repertorium si necesse fuerit facere per publicam personam. Et pro his complendis et firmiter observandis dictus dominus Iacobus obligavit eidem domine judicisse et michi dicto notario prescripto et stipulanti ut supra omnia bona sua habita et habenda. Et renunciavit in predictis omni juri et exceptioni contra hec repugnantibus. Insuper dictus dominus Iacobus ut premissa omnia uberiori gaudeant firmitate dedit fidejussores donnum Gonnarium *de* Villa et donnum Bartholomeum Muscha cives Arestanni. Qui solemniter fidejubentes pro eo promiserunt et convenerunt facere et curare cum effectu quod dictus dominus Iacobus tutor et curator faciet attendet et observabit omnia per eum super promissa sub obligacione eorum bonorum omnium presencium et futurorum. Renunciantes quantum ad hec ex certa sciencia nove constitucioni et beneficio dividende actionis et legi dicenti quod prius conveniatur principalis quam fidejussor. Et omni alii iuri racioni et consuetudini contra hec vel aliquod eorumdem repugnantibus de quibus omnibus dicta domina judicissa petiit et requisivit per me notarium infrascriptum inde confici prescriptum publicum instrumentum quod fuit actum in civitate Arestanni in camera palacii dicte domine judicisse presentibus honorabili viro domino Torbini Marinella *Potestate* ejusdem civitatis Arestanni Anthonio Polvirella scribano majore cancellarie dicte domine judicisse et Barçolo Sirgo civibus Arestanni testibus ad hec vocatis et rogatis die vigesima mensis januarii anno Dominice incarnacionis millesimo CCCLXXXVIII° indicione undecima secundum consuetudinem provincie Arboree † Ego Bectus quondam Symonis Chelis imperiali auctoritate notarius publicus qui predictis omnibus et singulis interfui eaque omnia rogatus scribere scribsi firmavi et clausi cum raso et emendato in lenea XXV ubi legitur *solemniter*. Et alterum instrumentum scilicet gubernatoris nobilis prelibati sigillo ejus reformacionis officii antiquo appendicio communitum sequitur in hec verba (354). = Noverint universi quod die veneris que fuit XXIIII mensis januarii anno a nativitate Domini M° CCC° LXXXVIII° comparentibus coram nobili viro Eximino Petri *de* Arenosio milite vices gerente generalis gubernatoris in regno Sardinie pro serenissimo domino rege Aragonum ipso vices gerenti pro tribunali sedenti intus curiam gubernacionis Callari pro reddendo jus et justiciam quibuscumque postulantibus videlicet Thoma *de* Serra Anthonio *de* Caxo et Gomita Panxa ut procuratoribus nobilis et egregie domine Elienoris Judicisse Arboree asserentibus se super infrascriptis et aliis plenum posse habere ab ipsa nobili domina judicissa Arboree matri nobilis Mariani *de* Arboree filii sui et nobilis et egregii viri Branche *de* Auria comitis Montis Leonis. Et comparentibus eciam infra nominatis sindicis et procuratoribus universitatum civitatum terrarum villarum et locorum insignium quas et quos ipsi nobiles et egregii conjuges nunch habent et possident in insula Sardinie in quibus dictis eorum filius Marianus pupillus ut jam juratus succedere speratur videlicet Nicola *Querau* et Petro *de Sant-Luri* pro universitate civitatis Arestanni. Galeaço Masala pro universitate civitatis Bosane. Et Lemuxio *de* Culto pro universitate Terranove. Petro *de* Casilis pro universitate Castri Januensis. Augustino Ferrali pro universitate de Marmilla. Mariano Galluresu pro universitate Castrimontis (Castri Montis) Regalis. Laurencio *de* Montis pro universitate de Parte Montibus. Francisco Sabiu pro universitate de Parte *de Valença*. Jacobo *de* Sii pro universitate de Mandreolisay. Basilon *de* Lacono pro universitate de Parte Virigadis.

Thoma *de* Sogiu pro universitate de Campitani Maiore. Gontino *de* Porco pro universitate de Parte Milis. Francisco *de* Sori pro universitate Partis *de* Gilcier. Joanne *de* Agus pro universitate Montis *de* Verro. Barisono *de* Senalo pro universitate Plenargie *de* Bosa. Guantino Seque pro universitate Montis Leonis et Capitis *d'*Abbas. Joanne Masala pro universitate Serre *de* Vallis. Petro Coghu pro universitate de Macumerio et de Marghini. Anthonio Aletxi pro universitate de Alçana. Petro *de* Monte pro universitate Dore. Folco *de* Si pro universitate de Monte Acuto. Nicolao *de* Vare pro universitate de Claramonte et Anglona. Et Elia Sunna pro universitate de Meljoloco qui omnes sindici de eorum potestatibus dixerunt habere publica instrumenta de quibus in contractu pacis et concordie iniende de proximo Altissimo permittente inter Cathalanos et Aragonenses Sardos et alios honorem regium preservantes ex parte una et domum Arboree et Sardos ad domum ipsam spectantes ex altera obtulerunt se facere promptam fidem. Et scientes e cetero quod in capitulis dicte pacis iniende et firmande est expresse actum et conventum quod pro dicto nobili pupillo Mariano *d'*Arborea tutor et curator dari debeat ac assignari qui suo nomine et pro eo firmet in dicto contractu pacis et concordie iniende liberetque nonnullos qui eum certo casu in eorum dominum elegerunt ac jurarunt minus consulte et debite juxta seriem capitulorum conventorum omnes simul concordes nominibus eorum propriis et vice ac nomine omnium illorum a quibus procuratores et sindici constituti fuerunt ac sunt pecierunt ac requisiverunt humiliter suplicando per eundem nobilem vices gerentem prefato Mariano pupillo provideri de tutore et curatore ad firmandum dictam concordiam et absolvendum omnes homines et vassallos Sardinie ab omni sacramento et homagio quod prestiterunt dicto nobili Mariano videlicet de provido et discreto viro Jacobo *de* Vieri milite habitatore Oristanni quem velut aptum ad hec et idoneum eidem nobili vices gerenti nominarunt et presentarunt. Qui quidem nobilis vices gerens peticionibus et suplicacionibus premissorum tanquam justis et racioni consonis *condessendere* voluit in hac parte. Et reputans dictum providum et discretum virum Jacobum *de* Vieri coram eo stante abilem et idoneum ad gerendum onus et exercendum regimen dictarum tutele et cure ex parte dicti domini regis et sua auctoritatibus officiorum sibi commissorum de illa causa cognita providit dicto pupillo in tutorem et curatorem ad predicta et ad ipsum articulum dicte pacis et concordie iniende et firmande pertinet seu expectat aut poterit modo aliquo pertinere et expectare in futurum juxta mentem et seriem dictorum capitulorum pacis et concordie conventorum. Mandans et committens eidem tutori ut in dicto actu et contractu pacis et concordie intervenire pro ipso pupillo debeat et omnia et singula tangencia dictum actum compleat et faciat ac promittat se et dictum pupillum servare tenere attendere et complere et alia procuret que videantur sibi vergere in salvacionem protectionem custodiam et deffensionem persone et bonorum dicti pupilli inutilia evitando ut sue prudencie et discrecioni videbitur faciendum. Et generaliter faciat et procuret quecumque alia que tutor et curator datus et constitutus in simili articulo potest facere atque debet tam de consuetudine quam de jure super premissis omnibus et singulis generalem administracionem sibi committendo cum plenissima potestate. Ad hec dictus Jacobus *de* Vieri tutor et curator predictus onus dictarum tutele et cure in se admittens et acceptans convenit et promisit prelibato nobili vices gerenti et michi Ioanni Saurini notario publico regentem scribaniam dicti officii gubernatoris Calleri ut publice persone hec ab ipso tutore et curatore legittime stipulanti et recipienti nomine et vice predicti pupilli et omnium inquam aliorum quorum interest et intererit ac potest et poterit interesse. Et in posse ipsius nobilis vices gerentis juravit sponte per dominum Deum et ejus sancta quatuor evangelia suis manibus corporaliter tacta quod in dicto actu et contractu pacis et concordie ac bone amicicie iniende se bene fideliter et legaliter habebit absolvendo et liberando ipsius

pupilli nomine et pro eo a vinculo juramenti et homagii quos liberare et absolvere tenetur et debet juxta dictorum capitulorum series et tenores et stipulando illius nomine et pro eo que in dicto contractu ac negociis venerint stipulanda et alias utilia ipsi *popilo* pro posse procurando et inutilia pretermittendo hoc sibi salvo et expresse retento quod semper in omnibus uti valeat veritate. Et pro his sic attendendis et complendis dictus tutor et curator obligavit ipsi domino vices gerenti et michi dicto et infrascripto notario ut supra stipulanti omnia et singula sua ubique de quibus omnibus dictus nobilis vicesgerens mandavit fieri instrumentum ad memoriam rei geste et sigillo antiquo reformacionis Calleri appensione muniri cum sigilla officiorum sibi commissorum nondum facta existant. Quod fuit actum die loco hora et anno predictis presente me notario infrascripto et pro testibus ad hec vocatis venerabilibus Iordano de Tholono Poncio de Iardino et Francisco Ioannis Coloma militibus Petro de Colle jurisperito Francisco Tomich Iacobo Rigolfi Bernardo Sacristani Petro Monge Notario Betto Celis Ville Ecclesiarum de Sigerro et Berengario Bassagoda Castri Calleri): Ximen Perez de Arenos: Sig†num mei Ioannis Saurini auctoritate illustrissimi domini regis Aragonum notarii publici per totam terram et dominacionem ejusdem Regentisque scribaniam officii gubernacionis Calleri pro venerabili Bernardo de Ionquerio scriptore dicti officii qui predictis rogatus interfui et hec scribi feci et clausi cum raso et aptato in XIII linea ubi ponitur *et curator ad firmandum dictam concordiam et absolvendum omnes homines et vassallos Sardinie ab omni sacramento et homagio quod prestiterunt dicto nobili* Mariano *videlicet de provido et discreto viro*: et in XV linea ubi legitur *ad predicto* ac in XVII linea ubi dicitur *et* necnon in XVIIII linea ubi scribitur *potestate*. Iccirco tam nomine meo proprio quam tutorio et curatorio dicti nobilis Mariani nomine supradicto et ex potestate inde michi superius attributa liberacioni et absolucioni predictis per procuratores dicte nobilis judicisse superius proxime fatos consenciens laudo approbo et eciam confirmo omnia et singula capitula supradicta et alia in presenti instrumento contenta quatenus me et dictum nobilem Marianum personamque ejus concernunt et tangunt obligant eciam et astringunt conveniens et promittens eisdem nominibus vobis dicto nobili gubernatori et eciam procuratori ac notario infrascripto stipulanti ut infra eadem omnia et singula attendere et complere ac eciam observare et non contrafacere vel venire jure aliquo sive causa. Et si contrafecero dictis volo nominibus incurrere penas pecuniarias spirituales et temporales in dictis capitulis expressatas si et quociens extiterit contrafactum quibus penis comissis vel non nec minus predicta in suis permaneant robore et valore. Et ad corroboracionem omnium predictorum dictis nominibus juro per Dominum Deum et ad sancta ejus quatuor evangelia manibus meis corporaliter tacta gratis et homagium eciam facio ore et manibus comendatum vobis dicto nobili gubernatori et procuratori illud recipienti nomine et vice domini regis predicti ad consuetudinem Ispanie et ut in dictis capitulis continetur necnon libero et absolvo nomine dicti nobilis Mariani cujus tutor et curator existo omnes et sungulos homines civitatis Sasseri et Ville-Ecclesiarum ac loci Selluri et alios eciam quoscumque homines qui virtute presentis concordie sunt restituendi dicto domino regi ab omni juramento et homagio et obligacione quacumque quibus obligati existunt seu que prestiterunt nobili Mariano predicto. Hoc tamen retento quod presens liberacio et absolucio valeant ac suum operentur effectum cum dictus nobilis Brancha Leo *de* Auria et Sardi capti fuerint constituti in libertate eorum. Et hec facio prout dicti procuratores nobilis judicisse predicte superius fecerunt. Et substituo procuratores meos discretos Anthonium Serrani et Petrum de Vineolis notarium habitatores Castri Callari et utrumque eorum in solidum ita quod prius occupantis condicio pocior non existat sed quod unus eorum inceperit alter prosequi valeat mediari eciam et finire videlicet ad

submittendum me dictis nominibus juredicioni reverendorum in Christo patrum archiepiscopi Callaritani et archiepiscopi Aristanni et ad recipiendum ab eis contra me dictis nominibus sicuti submitto juredictioni eorum et recipere intendo voluntarie et ex pacto excomunicacionis sentenciam cujus penam incurrere volo nominibus prelibatis si et quociens contrafactum fuerit in predictis vel aliquibus earumdem. Promittens dictis nominibus habere ratum gratum et firmum quicquid super his factum fuerit per dictos Anthonium et Petrum seu alterum eorumdem et nullo tempore revocare aliqua racione. Et pro his omnibus et singulis sic attendendis et complendis ac pro penis pecuniariis predictis et sumptibus eciam damnis et interesse si quos vel que dictum dominum regem et suos ac vassallos ejusdem ocasione seu defectu predictorum facere et pati contigerit quomodolibet exsolvendis et eciam emendandis obligo notario infrascripto stipulanti ut infra omnia bona mea et dicti nobilis Mariani ubique habita et habenda (355).

Preterea die sexta febroarii anni subscripti *venerabilis* Pascasius *Veguerii* Bononatus çavila Raymundus Rabassa Michael Cercos et Andreas Stephani consiliarii anno presenti ville Alguerii una cum aliis universitatem facientes ville ejusdem attendentes quod Bernardus Camelia Franciscus Bos et Anthonius Ferret superius nominati ville Alguerii memorate contenta in presenti instromento firmarunt et jurarunt et alia fecerunt ac promiserunt ut supra nomine universitatis ville ejusdem eadem omnia per eosdem nomine ipsius universitatis et singularium de eadem firmata jurata facta et promissa ut prefertur rata habuerunt ratificarunt et confirmarunt cum publico instrumento tenoris sequentis: = Noverint universi quod nos Pascasius *Veguerii* Bononatus çavila Raymundus Rabassa Michael Cercos et Andreas Stephani consiliarii anno presenti ville Alguerii et Guillermus *de* Camos *administrator regius reddituum et jurium regiorum* Capitis Lugudorii Guillermus Rigolf Guillermus de Podio Locumtenens scriptoris Porcionis domus domini regis in dicto Capite Andreas Sagarra Laurencius Ledo Bernardus Savallaneda Petrus Pertegas Franciscus Capera Guillermus Faxat Anthonius de Plano Petrus Cirerii Michael dAlcanys Guillermus Roca Franciscus Comte Petrus Stephani Laurencius çaenylada Guillermus Ianerii Ioannes Cornelli Bernardus Robert Marchus Sancte Crucis Gabriel Font Ioannes Costa Vincentius Carbonis Saucius de Xea Guillermus Valls Franciscus Pico Michael Regalis Petrus Vendrelli Arnaldus Terragoni Bernardus Vila de Pors Bernardus Mayol Saucius de Borsa Anthonius Berya Petrus de Podiogrosso Michael Serra Macianus Leyda Anthonius Gil Franciscus Lolet Guillermus Verdinu Petrus Tixador Petrus Bertrandi Nicolaus Strada Berengarius Canlada Macianus Pedriça Iacobus de Podio Berengarius Marchoni Petrus Magrin Bernardus de Montlor Ioannes Figuera Alfonsus Bendicti Guillermus Andree Petrus Isern Ioannes Cantanella Benedictus Garcie Franciscus Roberti Iacobus Fabra Alfonsus Campanioni Iacobus Martini Antonius Nigri Petrus Iordani Bernardus Perpiniani Petrus Vilar Franciscus Bonino Bernardus Xurbes Raymundus Ros Guillermus Carbonis Egidius de les Coves Dominicus Martini Iacobus Pallaris Bartholomeus Carbonis Anthonius Barenys Guillermus Rufa Guillermus Alboris Bernardus Frumenti Nicolaus Carret Iacobus Sclet Ioannes Alguerii Iacobus Vilavert Petrus Riera Petrus Ioannis Petrus Fort et Dominicus Su Torre habitatores ville predicte convocati et congregati ad generale consilium voce preconis sono tube ut est moris intus ecclesiam Beate Marie ville prehabite ubi solitum est ipsum consilium pro actibus comunibus ville ejusdem convocari consilium dicte universitatis in quo major et senior pars dicte universitatis affluit facientes et universitatem representantes predictam habitis colloquio et matura deliberacione super infrascriptis concordiam ac bonum et tranquillum statum insule

Sardinie quippe cernentibus attendentes vos Bernardum Camella Franciscum Bos et Anthonium Ferret habitatores ville Alguerii prelibate ad presenciam nobilis et prudnetis viri domini Eximini Petri *de* Arenosio militis gerentis vices gubernatoris regni Sardinie ac procuratoris per serenissimum dominum dominum regem Aragonum in dicta insula deputati pro faciendo et firmando in ea nostri ex parte et ut nostros sindicos et procuratores quippe venisse causa laudandi et firmandi dictam concordiam et capitula tam ipsius concordie quam capitula firmitatis concordie memorate. Sane quia percepimus vos dictam concordiam que contractata fuit inter dictum nobilem vices gerentem et procuratorem nomine dicti domini regis ex una parte et nobilem et egregiam dominam Elienoram judicissam Arboree seu ipsius procuratores ac nobilem Brancam Leonem *de* Auria ejus maritum et sardos insule prelibate ex altera et postea per omnes dictas partes nempe firmata sub certis securitatibus juramentis penis spiritualibus et pecuniariis necnon et homagiis et aliis eciam firmitatibus et securitatibus comprehensis et initis inter partes concorditer supradictas ut in capitulis inde factis continetur laudasse approbasse et firmasse nominibus dicte universitatis et singularium de eadem mediis juramentis et homagiis et penis pecuniariis et spiritualibus prelibatis sicut predicte partes firmaverunt ut prefertur. Et quia sindicatus vobis factus per nos fuit revocatus in dubium an esset sufficiens ad omnia supradicta propterea ad tollendum omne dubium presentis serie instrumenti nominibus dicte universitatis et singularium de eadem et nominibus nostris propriis quicquid per vos prenominatos dictis nominibus in et super concordia predicta et capitulis suis et capitulis eciam firmitatis ejusdem que concordata et firmata fuerunt inter et per partes comuniter supredictas actum laudatum approbatum firmatum juratum promissum obligatum et assecuratum jamque fuit cum penis pecuniariis et spiritualibus juramentis et homagiis et aliis cautelis quibuslibet ratum habemus ratificamus laudamus et hujus serie confirmamus. Et substituimus ad recipiendum contra nos et quemlibet nostrum et singulares omnes de dicta universitate sentenciam excomunicacionis si contrarium duxerimus faciendum et interdicti in universitatem predictam Damianum Baringe canonicum Arestanni et Nicolaum Virgilii dicte civitatis Arestanni sicuti jamdictis nominibus substituistis quod ratificamus eciam cum presenti. Promittentes dictis nominibus ad cautelam predictam concordiam et capitula ejusdem et capitula eciam que pro firmitate habenda perpetuo dicte concordie concordata et jurata fuere omnia et singula in eis contenta attendere complere perpetuo et servare quatenus nos et dictam universitatem tangunt et tangere videntur et non contrafacere vel venire aliqua racione sub bonorum nostrorum et dicte universitatis et ejus singularium habitorum et habendorum omnium ypotheca et juramus dictis nominibus pro securitate predictorum uberiori per Dominum Deum et ejus sancta quatuor evangelia manibus nostris corporaliter tacta nobisque et singularibus dicte universitatis imponimus et pro impositis haberi volumus gratis et sponte penas quaslibet supradictas ac pro presenti homagia supradicta. Quod est actum in villa Alguerii sexta die mensis febroarii anno a nativitate Domini M° CCCLXXXVIII° (356) S†††††††na nostrum predictorum qui hec dictis nominibus nostri propriis et nominibus quibus supra laudamus concedimus firmamus et juramus. Testes vocati et rogati hujus rei sunt venerabilis et discretus Franciscus Canals rector ecclesie parrochialis ville Alghерii Ioannes Aranyola Portarius Iacobus Cathalani et Nicolaus Solinella habitatores ville predicte. S†num Guillermi Riba subvicarii ville Alguerii pro illustrissimo domino rege Aragonum qui huic ratihabicioni ratificacioni et confirmacioni tanquam actui legittimo et de voluntate licencia et consensu nostris factum ex parte dicti domini regis et auctoritate officii quo fungimur auctoritatem nostram judicialem interponimus pariterque decretum appositum manu mei Ioannis Codina notarii subscripti de

licencia ipsius subvicarii die VIII mensis febroarii anno a nativitate Domini M° CCC° LXXXVIII° presentibus testibus venerabili Guillermo Rigolf et Satino Navarro habitatoribus dicte ville et ideo manu mei hic meum apposui sig†num. Sig†num mei Ioannis Codina auctoritate regia notarii publici per totam terram et dominacionem illustrissimi domini regis Aragonum et scriptoris venerabilis consilii ville Alguerii qui predictis omnibus dum sic agerentur requisitus interfui et in hanc formam publicam redigi et scribi feci et clausi cum raso et correcto in XVI linea ubi dicitur ipsius.

Et nos eciam Anthonius Pugioni et Salatinus de Lacon cives Sasseri civitatis nominibus nostris propriis et ut sindici actores et procuratores universitatis predicte habentes ab ipsa universitate plenam et legittimam potestatem faciendi subscripta cum publico instrumento tenoris sequentis (357). = In nomine Domini amen. Noverint universi quod nos Arsocus Marringoni miles Potestas ac Capitaneus civitatis Sasseri pro magnifica et excelsa domina domina Elienora Dei gratia judicissa Arboree comitissa Gociani et vicecomitissa de Basso Petrus de Carbia miles Ioannes de Scano Gavino de Yola Stephanus Murro Nicolaus Vighinu Ioanne de Capillis Franciscus Pischella Ioannes Farri Petrus Masala Ioannes Mannu Arsoco de Lacon Franciscus de Alca Corbu Nicolaus Pigioni Perinus Mancha Barcholus Pulighi Antonius Ogianu Parasonus Usan Seraphin Lumbardus Arsoco Sanna Iuliano Penna Comita de Ruda Antonius Capita Ioannes Meloni Parisonus Cams Raynerius Vais Laurencius Pisanu Nicolaus Corbu Franciscus Carbia Nicolaus Tacula Leonardus Arigi Petrus Sanna Comita de Riu Saturnius Carboni Archus Penna Iulianus Coghe Comita de Marongiu Ambrosius Capita Guantinus de Cannas Iulianus de Sori Ioannes Florentinus Comita Mannu Franciscus Manussa Ioannes Caras Pantaleo de Serra Ioannes de Naiçan Christoforus Veruca Guantinus de Sori Paulus de Martis Marianus de Scanu Comita Mannu Arsoco de Sori Ioannes de Sori Gonnarius Solina Comita Penna Stephanus de Varru Guantinus Corru Petrus Pischella Guantinus Loriga Petrus Masala Guantinus de Riu Antonius de Serra Ioannes de Martis Pantaleo de Sori Arsoco Pilu Matheus Sanna Leonardus Spanu Petrus Seche Barzolus Scarpa Lussurgius de Asen Gennargiu de Yana Guantinus Porcu Antonius Carsia Elias de Mura Flasius Antona Orlandus Penna Ioannes Pilu Comita Sogia Andreas Caras Nicolaus Mannu Georgius de Serra Parasonus de Campo Antonius Penna Petrus de Campo Flasius Canu Gennargius Oppinu Guillermus Ogianu Petrus Meloni Ioannes Cambella Antonius Ogianu Ioannes Pischella Guillermus Corsu Corrainus de Serra Anthonius Solina Basilius Seche Ioannes Pisanu Nicolaus Sogia Petrus de Nurchi Marianus de Sori Ioannes Sapa Petrus Mameli Franciscus Sancha Nicolaus de Scano Antonius Loriga Ioannes Accolis Nicolaus de Sori Comita Spanu Matheus Solina Benedictus Masala Marianus Penna Matheus de Lacon Comita Corru Petrus Frau Andreas Opinu Agustinus de Lella Laurencius de Urgo Nicolaus de Sori Ioannes Pilu Andreas Contona Ioannes Virde Aramus Cossigu Nicolaus Pilu Petrus de Virgu Marianus de Cherqui Gonnarius de Serra Guantinus Ogianu Angelus Capra Ioannes de Caprilis Martinus Villan Petrus Sanna Cichus Pulighe Nicolaus de Sori Parasonus Pilu Paulus Supa Leonardus Penna Gonnarius Pilu Andreas Masala Petrus Mannu Andreas de Serra Gonnarius Penna Michael de Serra Nicolaus de Scanu Arsoco de Varca Nicolaus Corsu Antonius Penna Morrochu Michael de Marongiu Georgius de Arc Elias Canu Barsolus de Serra Julianus Spanu Parasonus Pira Ioannes de Campo Paulus Verre Ioannes Penna Anthonius Manuça Basilius Seche Gonnarius Contona Ioannes Carras Andreas Penna Leonardus de Puçolu Antonius Solina Guantinus de Asen Nicolaus Porcu Santorus Penna Gomita Serpio Maniel Penna Leonardus Sanna Andreas de Marongiu Nicolaus Paris Petrus Vulpis Cichus Pulighe

Nicolaus Capra et Guantinus Mannu omne cives et habitatores predicte civitatis et alia ipsius civitatis multitudo hominum in ea habitancium copiose taliter quod non deficiebant nisi pastores bestiaminum et quorum dificulter dinumerari non poterant congregati in eadem civitate apud ecclesiam sancte Caterine ipsius civitatis ubi est solitum congregari consilium ejusdem civitatis universitatem dicte civitatis et majorem et saniorem partem universitatis predicte facientes et representantes attendentes quod tractatus felicis pacis fiende in insula Sardinie inter excellentissimum principem et dominum Dominum Joannem regem Aragonum ex parte una et magnificam atque egregiam dominam dominam Elienoram judicissam Arboree prelibatam et Sardos insule dicte domine judicisse subiectos ex parte altera sunt inter nos partes predictas precedente divina gracia concordati quibus nos adhesimus et eciam adheremus tanquam nostro spontaneo velle peractis. Et nos superius nominati sicut alii de insula Sardinie habemus sicuti debemus dictam pacem firmare. Et quia non possumus omnes personaliter ad Castrum Callari ire in quo est pax dicta firmanda. Propterea oportet nos dare potestatem alicui qui nomine nostro ad dicte universitatis et singularium de eadem firmet pacem predictam. Iccirco habitis colloquio et deliberacione plenarie super his tanquam bonum et tranquillum statum dicte universitatis et totius insule cernentibus prelibate gratis et ex certa sciencia facimus constituimus et creamus nominibus nostris propriis et eciam dicte universitatis et singularium ejusdem vos discretos viros Anthonium Pugioni et Salatinum *de* Lacon concives nostros ipsius civitatis sindicos et actores ejusdem universitatis et procuratores singularium de eadem ad firmandum dictis nominibus et quolibet eorumdem dictam pacem cum illis et sub illis capitulis et ordinacionibus quibus fuit concordata inter partes predictas et cum illis eciam clausulis renunciacionibus obligacionibus promissionibus pactis et firmitatibus juramentis et homagiis et penis temporalibus pecuniariis et spiritualibus et aliis cautelis quibuscumque ut vobis videbitur et prout pro parte dicte domine judicisse firmabitur et per tractores ipsius pacis fuit et extiterit eciam concordatum necnon ad instandum faciendum consenciendum gratis et bono ac liberali animo per nos et nominibus nostris ac dicte universitatis et singularium ejusdem ad hoc ut dicta civitas et possessio ejus tradantur et restituantur dicto domino regi realiter et de facto et ipsi domino regi seu domino gubernatori pro ipso insule prelibate juramentum et homagium fidelitatis et proprietatis et alias nominibus prefatis prestandum et juramento et homagio et qualibet obligacione quibus teneamur dicte domine judicisse seu ejus filio nos absolvi petendum et obtinendum. Et demum omnia alia et singula in predictis et circa ea que necessaria fuerint et eciam oportuna et quecumque nos dictis nominibus et quolibet eorumdem facere possemus si personaliter adessemus faciendum expediendum tractandum et liberaliter exercendum eciam si talia fuerint que mandatum speciale requirant et eciam si majora fuerint vel eciam graviora superius enarratis. Nos enim dictis nominibus et quolibet eorumdem committimus vobis super predictis omnibus et singulis cum dependentibus eorum plenarie vices nostras cum libera et generali administratione ac eciam plenissima potestate promittentes eisdem nominibus et quolibet eorumdem vobis et notario infrascripto ut publice persone hec a nobis dictis nominibus stipulanti et recipienti legittime pro nobis et omnibus et singulis quorum interest et intererit nos semper habere ratum et firmum quicquid per vos actum procuratum et firmatum extiterit in predictis et nullo tempore revocare aliquo jure racione titulo sive causa sub bonorum nostrorum et cujuslibet nostrum et dicte universitatis et singularium suorum presencium et futurorum ac habitorum et habendorum ubique omnium ypotheca. Actum est hoc in prenominata civitate Sasseri et apud jamdictam ecclesiam presentibus Iacobo Corda Francisco Magnispesa et Francisco de Muscara habitatoribus Castri Ianuensis testibus ad

hec vocatis et rogatis die XIIII mensis januarii anno Dominice incarnacionis M° CCC.LXXXVIII° indicione XI. † Et ego Anthonius de Valle filius quondam Dominici de Valle de Villa Ecclesiarum et nunch habitator civitatis Sasseri auctoritate imperiali notarius publicus qui predictis omnibus et singulis presens fui rogatus scribere scribi feci et publicavi meumque signum consuetum apposui (358).

Et ego Ludovicus *de* Nelli Pelliparius civis et habitator terre et Ville Ecclesiarum nomine nostro proprio et ut sindicus et procurator universitatis terre et Ville Ecclesiarum habens plenam et legittimam potestatem subscripta faciendi similem et talem qualem habent sindici actores et procuratores universitatis civitatis Sasseri memorate desuper insertam videlicet ab universitate ejusdem terre et Ville Ecclesiarum seu a Joanne Formentino *capitaneo* et *camerlengo* terre Ville-Ecclesiarum de *Sigerro* Colo de Guillermo Barsolo Rubiu Ioanne Manca Palmerio Frascu et Pucio Lampis consiliariis dicte terre ac Peruccio Seda Petro de Bangius Beucio de Bentivenni Bernardo Falla Guillermo Corsu Iuliano Carau Comita Loce Mundino Picinnu Vincencio de Quirras Nerucio Puligha Ioanne da Peçuli Gracia de Aceni Guiducio Murgia Maniel Sallio Comita Truncone Michele Maturru Guntino Pisquella Juliano de Mussuti Taddeo Granellu Petro Istuppa Antonio Capellu Bintulino Dunali Saltaro Dore Juliano Marras Juliano Falla Petro de Ghalicia Brancacio Attolli Petro de Ibba Gregorio Corsu Hugolino de Cori Guillardo Dupeçuli Anthonio Carau Nigoletto Carau Nicolao Axetta Geronimo Valdo Venittu Bisconti Cessa Aramo Dorru Athonio Malta Guillardu Murru Comita de Cori Guantino Murgia Cippario Pirri Thomeo de Lorrunu Petro de Sii Benedicto de Serra Dautas Georgio de Heci Sisinnio de Serra Francisco de Bacumen Anthiogo Leu Marchiono Pisanu Hugolino de Puçulu Arsoco de Serra Juliano de Salvestru Barisono Capra Comita Capillu Deucio Ispina Andrea Loce Gantino Husule Lucenti Puligha Ioanne de Lucenti Perucio Isparavollo Puciarello de Bonifacio Iacobo Ghertu Ioanne Piçolu Barçolo Coglu Torbino Carra Sisinnio Mella Ioanne de Ligios Guantino de Piras Baldo Pisanu Petrucio Falci Gantino de Serra de Justa Vincencio Puligha Salvatore Ducca Anthonio de Bonanu Georgio Sitta Ioanne Lampis Lusurgio de Piras Leuco de Querqui Dominigho Capita Vannuccio de Ybba Matheo de Vogla Petro Pisanu *Dastia* (*De Astia*) Anthiogo Cancellu Gantino Ischaloco Pucio d'Ortu Petro Barone Angelo Furcha Gontino d'Aceni Turbino Dore Petro Fruischu Ioanne Mancone Leonardo de Sabba Laurencio Corona Puciarello de Francischu Andrea Castagna Ioanne Puligha Marchucio de Cola Perucio Carau Nicolao Salis Murrone de Martis Francisco Bullargiu Bonifay de çori Petro Ischaloca Benedicto de Caputerra Ioanne de Saturnu Gantino Caglus Gunnario Murgia Benenato Pulla Comita Strighu Leorio Fece Martino Cane Gantino de Pirus Matheo de Serra Maniel Pinna Torbino Dorru Guingiano Gamba Nicolao de Miali Ioanne Lampis Nicolao Darceta Ioanne Dunali Anthiogo de Cirras Iuliano Dortu Ioanne de Coni Michaele Passiu Gantino Passiu Murgiano Corbellu Petro de Laçaru Hurigerio Loce Ioanne Sece Petro Marras Juliano Cancellu Iacobo Hugolini Barçolo de Piriçolu Assay de Piriçolu Barçolo Viculi Comita de Frailis Manneti Pannuça Francisco de Barisone Perucio Pinna Petru Musiu Petro Dorru Nicolao Calleo Benedicto Coglu Gantino Pintus Mighalucio Passiu Angioleddo Murgia Nappulli de Porta Petro de Istrina Michaele de Sii Anthonio de Pirri Salvatore Maçullas Francisco Caria Petro Puligha Petro Cau Andrea Cuchu Francisco Pinna Petro Pisanu de Suergiu Torbino Leu Murrono Manchosu Ioanne Caria Lemo Conguilargiu Pelegrino Caria Iuliano Pintus Francisco Pintus Margiano Pani Petro de Bangius de Guidili Francisco Loce Comita de Pericolu Gadducio Lampis Leonardu Manchosu Murusino Coghu Antiogu Porru Ioanne de Villa Nicolao de

Villa Juliano de Villa Philipo Carau Ioanne Pinna Juliano Mele Petro Curras Joanne Dortu Umbrosio de Massa Barisono Cilicha Petro Pintus Petro Cella Antiogho Porcu Gantino Cilicha Arçoco Contu Joanne Frabu Nicolao Cotthu Gantino de Jubianu Gantino Cau Junta Porchu Georgio de Muschu Salvatore Pullu et Anthonio de Bançu omnibus habitatoribus et burgensibus dicte terre et Ville Ecclesiarum congregatis in curia magna dicte terre in qua continue inhabitant omnes capitanei et alii officiales terre ejusdem et in qua jus redditur universis sonu campane et voce preconis ut est moris antiqui et ubi est solitum congregari concilium universitatis dicte terre et ville ac majorem ipsius partem facientibus ac representantibus et eciam saniorem prout de potestate hujusmodi constat ad plenum per publicum instrumentum inde confectum in dicta Villa Ecclesiarum et in curia prelibata in posse Andree Virde quondam Joannis Virde de civitate Sasseri filii publici imperiali auctoritate notarii nona die januarii infrascripti et clausum per notarium proxime prelibatum.

(359) Et ego Marcus Capula habitator terre Sellurii nomine nostro proprio et ut sindicus actor et procurator universitatis terre ejusdem habens plenam et legittimam potestatem faciendi et peragendi subscripta similem et talem qualem habent sindici actores et procuratores civitatis Sasseri prelibate desuper insertam hoc est ab universitate terre Selluri memorate seu a Petro de Castay locumtenente capitanei et Margiano Costa locumtenente potestatis terre Sellurii ac Comita Gadulesu Joanne de Yola Joanne *Perna* (o *Perria*) Gantino Maçalloy Petro de çandra Ambrosio de Portas Petro Faedda Comita de Serra Barçolo de Caputerra Juliano Loce Paulo Arastis Petro de Sii Comita Musteddini Petro de Franchadu Joanne de Saschia Petro Corgiolu Andrea de Sonedda Georgio Fay Michaele Capula Bernardo Dagus Joanne de Philippe Margiano Muçacu Gantino de Scanu Sisinnio Gadulesu Petro Tronce Anthioco de Simoni Basilio de Saschia Joanne Saraghu Petro Flacha Gantino Muschu Laçaro Bacheddu Gantino Aramini Arsocho Serrica Joanne Serriceddu Joanne de Maynas Nicolao Fray Stephano de Pillay Guglielmo de Arcedi Dominigho de çori Francisco de Murtas Margiano Chinus *Guingiano* (o *Gimigiano*) Lampis Nicolao Cinus Francisco de Porco Antiocho Dorru Petro Costedda Furado de Pahulis Petro Cordedda Gantino Origas Barçolo Loce Joanne Tronce Georgio Mallochu Petro Corsu Filipo de Scanu Petro de Vincencio Andrea de Calaxia Nicolao Mancha Petro Pitau Torbino Porcella Joanne Parrava Gunnario de Villa Juliano de Solanis Matheo Cogloni Joanne de Ciù Gantino Curchu Petro Porcella Leone Cuchu Furado de Coredda Petro Cane Joanne Pinti Margiano Barba Georgio Secce Francisco Concas Arsocheddo Meneddu Petro Farre Mirai de Serra Nicolao Marotto Salvatore Coglu Joanne de Caputanni Petro Barcha Oghitto de Marongiu Gantino Lardu Dominigho Muschas Joanne Cara Antiocho Frau Comita Buda Simone Fay Masedu Mele Joanne Lampis Ioanne Tronce Inentino Cuddas Petro Carau Cippari de Puças Comita Nasu Juliano Carra Gantino Medda Comita de Serra Barçolo dArgiolas Andrea Cau Joanne Trincas Barçolo de Yana Joanne Carone Anthonio Musteddinu Barisono Corria Gunerio de Serra Matheo de Siddu Thomeo de Sellori Petro Porcella Comita Collostru Comita Coriseddu Comita de Siddi Joanne Barbarischu Gunariu de Schanu Nicolao Coredda Gimigiano Pilu de Cau Joanne de Serra Antiocho Tronce Petro de Serra Matheo Manca Matheo de Patrona Nicolao Mellu Joanne Poredda Joanne Coccho Anthonio Istupitu Joanne Tronce Istrina Caprargiu Juliano Trascu Gantino de Ogla Dominigho de Stupitu Gantino Pisu Margiano Loy Gantino Ischemadu Furadu de Margiani Petro Cambuli Juliano de Cerurgios Margiano de Palmas Petro de Gantini Comita Freno Joanne Porcella Joanne de Saduranu Francisco Piddiu Dominigho Marroni Petro de Candru

Petro Isquintu Salvatore Curreri Basilio de Cungiadu Margiano de Ledda Anthonio Marroni Leonardo de Serra Corgiolu Murru Gantino Sorigha Benedicto de Nuras Joanne Caldaragu Murreali Gadulesu Comita Carau Laurencio Pees Basilio de Curchas Nicolao Cau Arsoco de Susana Nicolao Casu Antiocho Ragaçu Joanne Daceni Juliano Calleddu Angileddu Careddu Juliano Calleo Nicolao Daceni Georgio de Ledda Nicolao Merreus Gantino Quisa Joanne Museddinu Nicolao Conchu Ferreri Coccho Antiocho Pisanu Jacobo Sunda Barsolo Cardia Gantino Fala Petro de Costa Deusdadu Vaccha Jacobo Isquintu Barisono Vargiu Marrani Salis Antiocho de Raveri Gantino Cungiadu Francisco de Curchas Martino de Stara Michele Cordedda Gantino Dargiolas Joanne Leo Petro Marrancha Assay de Ogla Petro Columbu Basilio Jugey Barçolo Daceni Petro Cocche Juliano Soccu Stephano Saraghu Lurencio Dorru Laurencio Dargiolas Joanne Mocha Nicolao Marras Margiano Peças Joanne Culleo Arsoco Cane Nicolao Pinna Joanne Capita et Agustino Albinu omnibus habitatoribus dicte terre Sellurii congregatis in quadam curia dicte terre in qua jus redditur voce preconis ut est moris et ubi est solitum congregari concilium facientibus et representantibus universitatem dicte terre Sellurii ac majorem et saniorem partem ejusdem prout de hujusmodi potestate constat ad plenum per publicum instrumentum inde confectum in dicto loco et terra Sellurii et in curia ejus predicta in posse videlicet Andrea Virde quondam Joannis Virde de civitate Sasseri filii publici imperiali auctoritate notarii X die januarii infrascripti et clausum per notarium proxime memoratum.

(360) Et ego Petrus Quisu *de* Urise habitator nomine meo proprio et ut sindicus actor et procurator universitatis Mole *de* Posata et Iscle *de* Galtelli habens plenam et legittimam potestatem faciendi subscripta simile et talem qualem habent sindici actores et procurators universitatis civitatis Sasseri desuper insertam scilicet ab universitate ipsorum locorum predicta seu a Nicolao Cucullu potestate Mole de Posata pro dicta domina judicissa Comita Asonu Mariano Porchu Piguisono de Lacon Michaele de Unali Agustino Cane Arçoco Cofaa Nicolao Carmoni Joanne Murgia Andrea de Sarule Jacobo Mura Joanne Carta Pispisedo Osille Jacobo Literas Anthonio de Lacon Salvatore de Aceni Laurencio Coru Stephano Osille Comita Murgia Mariano de Serra Saltaro de Silis Joanne Isquintu Vitoraso Marras et Comita Puntori habitatoribus Mole *de* Posata predicte Folco de Lacon Jacobo Loche Gonnario de Addis Guantino Mancha Raterino Irrache Joanne Pinna Ferrucio Porchu et Mariano Pinsi habitatoribus Iscle *de* Galtelli et alia multitudine hominum dictorum locorum in eis habitancium copiose sic quod non nisi pastores bestiarium defecerunt congregatis per inde in dicta Mole *de* Posata in ecclesia Sancti Antoni loci ejusdem facientibus et representantibus universitatem eandem ac majorem et saniorem partem ejusdem prout de potestate huiusmodi constat ad plenum per publicum instrumentum inde confectum in dicta Mola in ecclesia videlicet ejus predicta in posse videlicet Arsoci Salari quondam Nicolai habitatoris Bose publici imperiali auctoritate notarii XV die januarii infrascripti et clausum per notarium proxime supradictum.

(361) Et ego Gavingius Masala habitator loci de Ploaghe nomine meo proprio et ut sindicus actor et procurator universitatis contrate *de* Baronia habens plenam et legittimam potestatem faciendi subscripta simile et talem qualem habent sindici actores et procurators universitatis civitatis Sasseri prelibate desuper insertam et hoc ab universitate contrate ejusdem seu a Joanne *de* Querqui *vicario de* Baronia pro domina judicissa Andrea Villan *potestate* Burgi *de* Osilo Paulo de çori Francisco Sapa Nicolao de Ugas Anthonio de Serra Anthonio Carai Petro Seche Arsoco de Loghu Gonnario Isquintu Petro Sogia

Anthonio Mosconi Nicolao de Marongiu Guillermo Pinna et Joanne Peru habitantibus in burgo predicto. Item a Petro Virde majore loci sive curie *de* Sacargia Nicolao Sirigu Paulo Codoni Mariano Pilialbu Petro de Martis Petro de Murgia Andrea de Maça Paulo de Querqui Joanne çancha Nicolao Lente Elia Carta et Gantino de Campo habitantibus in loco de Sacargia prelibato. Item a Laurencio *de* Murtas loci sive Curie *de* Ploaghe Stephano de Scanu Ambrosio de Portas Nicolao Masala Juste Pinna et Petro de Murtas habitantibus in loco de Ploaghe predicto. Item a Thomasio Seche *majore* curie sive loci de Salvenor Leonardo Pinna Anthonio Tolla Andrea Solina Petro de Vare Gantino Murgia et Gantino de Flumen de loco proxime dicto omnibus habitatoribus in dicto vicariatu sive contrata et alia ipsius contrate et villarum suarum multitudine hominum in eis habitancium copiose sic quod non nisi pastores *pastores* bestiarium defecerunt congregatis per inde in dicto loco de Sacargia scilicet intus ecclesiam Sancte Trinitatis loci ipsius facientibus et representantibus universitatem eandem ac majorem et saniorem partem ejusdem prout de potestate hujusmodi constat ad plenum per publicum instrumentum inde confectum in dicta curia *de* Sacargia et intus ecclesiam memoratam die XIIII januarii infrascripti et clausum per notarium proxime supradictum. = Habita prius et obtenta liberacione et absolucione ab omni juramento homagio et quacumque obligacione que fuimus obligati et astricti domui Arboree tam in jurando nobilem Marianum de Arborea filium egregie domine Elienoris de Arborea in judicem Arboree futurum post mortem dicte egregie domine Elienoris de Arborea quam alias ut predicta liberacio et absolucio superius continentur laudamus approbamus et firmamus omnia et singula capitula supradicta et contenta in presenti instrumento quatenus nos et dictas universitates quarum sumus sindici actores et procuratores tangunt eciam et concernunt ac pertinent per nos et eas et singulares earumdem observari eciam et compleri. Promittentes nominibus supradictis et quolibet eorumdem ea omnia supradicta attendere et complere ac eciam observare perpetuo et contra illa vel aliquod eorumdem nunquam facere vel venire aliquo modo racione seu causa. Et si contra fecerimus volumus dictis nominibus et quolibet eorumdem incurrere penas superius expressatas tam spirituales quam temporales quam eciam pecuniarias eis via et modo quibus in dictis capitulis continentur. Quibus penis comissis vel non nichilominus predicta per nos promissa in suis permaneant robore et valore. Et ad corroboracionem predictorum juramus in animas nostras proprias et illorum eciam quorum sindici actores et procuratores existimus ut prefertur per Dominum Deum et ad sancta quatuor ejus evangelia nostrum cujuslibet corporaliter minibus tacta gratis. Et nec minus facimus homagium ore et minibus comendatum ad consuetudinem Ispaniae et prout in dictis capitulis continetur vobis nobili domino Eximino Petri *de* Arenosio gubernatori predicto illud recipienti nomine et vice domini regis predicti. Ceterum substituimus actores universitatum predictarum terre domini predicti et procuratores nostrum et singularium de eisdem Damianum Baringe canonicum Aristanni et Nicolaum Virgili civitatis ejusdem et utrumque eorum in solidum ita quod prius occupantis condicio pocior non existat sed quod per unum eorum fuerit inceptum per alium mediari valeat et finiri ad sumittendum nos et dictas universitates et singulares de eisdem jurisdictioni reverendorum in Christo patrum dominorum archiepiscopi Callaritani et archiepiscopi Aristanni simul in hoc casu tantum et ad recipiendum ab eis sicut et nos cum presenti submittimus eorum juredictioni et recipere intendimus voluntarie et ex pacto sentenciam interdicti in universitates predictas et excomunicacionis in nos et singulares alios de universitatibus prelibatis. Promittentes habere ratum et firmum quicquid per prenominatos et utrumque eorum factum fuerit in premissis et non venire contra ea aliqua racione. Et pro predictis omnibus et singulis attendendis et complendis ac firmiter

observandis et pro pena sive penis pecuniariis memoratis si et quociens in predictis vel aliquo eorum extiterit contrafactum et pro sumptibus expensis et damnis si quos vel quas dictos nobiles Iudicissam et Brancam Leonem *de* Auria militem ejus maritum ac suos et vassallos eorum facere et pati contigerit predictorum occasione sive defectu quomodolibet exsolvendis et eciam emendandis obligamus notario infrascripto stipulanti ut infra omnia bona nostra et utriusque nostrum ac dictarum universitatum et singularium eciam de eisdem presencia et future ac ubique habita eciam et habenda (362).

Et hec omnia et singular supradicta nos dicte partes et omnes et singuli superius nominate facimus paciscimur et promittimus alter alteri ad invicem et vicissim et notario eciam infrascripto tanquan publice persone hec ab una parte nostrum pro altera ad invicem et pro omnibus et singulis eciam quorum interest et intererit ac poterit eciam quomodolibet interesse legittime stipulanti et recipient ac eciam paciscenti volentes de predictis et infrascriptis fieri duo publica instrumenta per alphabetum divisa quorum unum domino regi predicto et aliud dicte judicisse tradantur. Que acta fuerunt in castro Callari insule Sardinie in aula palacii regii dicti castri die veneris XXIIII januarii anno a nativitate Domini M.° CCC.° LXXXVIII.° presentibus ad hec honorabilibus viris Raimundo Cervarie decretorum doctore consiliario domini regis ac curie sue negociorum Promotore Francisco Joannis de Sancta Columba Jordano de Tholono Galcerando de Villanova Poncio de Jardino et Raynerio de Pisquella militibus Berengario Dentexea castellano castri de Ayguafreda Roderico Lançol Vicario Calleri et Joanne Planis domicellis Petro çalort mercatore Bartholomeo Pujades Bernardo Rubei Francisco Tomich Petro de Colle jurisperito Michaele Carovira Francisco Tola jurisperito habitatoribus dicti castri Calleri et aliis pluribus castri ejusdem existentibus circumquaque pro testibus ad hec vocatis specialiter et rogatis nec non et presentibus pro testibus firme dicti Bernardi Lepori sindici actoris et procuratoris universitatis contratarum Barbargie de Ololla et curatorie de Agustis predictarum qui firmavit et fecit ut prefertur predicta in dicto palacio castri Callari scilicet in quadam camera ubi tenet scriptorium dictus nobilis gubernator die videlicet sabbati XXV januarii proxime dicti qua fuit festum *Conversacionis* (i.e. *Conversionis*) Beati Pauli Apostoli Joanne Planis domicello Becto Quelis notario Aristanni et Jacobo Claret portario domini regis ad hec vocatis eciam et rogatis et pro testibus eciam firme dictorum Bernardi Cametla Francisci Bos et Anthoni Ferret habitatoribus ville Alguerii qui predicta firmarunt et fecerunt ut prefertur in dicto palacio ubi est capella die XXVII januarii proxime dicti scilicet dictis honorabilibus Raymundo Cervarie et Galcerando de Villanova militibus ac venerabili Arnaldo Porta de Thesauraria domini regis predicti.

